Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

urn:nbn:de:bsz:31-241482

Visual Library



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

42 C 24, II, 2 RE

VI

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg



Salomon Kleiner delineavit et sculpsit Vienn. 1720.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

NUMMOTHECA
PRINCIPUM AUSTRIÆ

ex gazis Aulæ Cæsareæ potissimum instructa,
& aliunde aucta: exhibens

HABSBURGICÆ GENTIS PRINCIPUM
LINEÆ
GERMANO-AUSTRIACÆ,

Nummos cujuscunque formæ & metalli: præcipue tamen Mnemonicos atque Iconicos, qui vel horum iussu, vel eorum gratia percussi vel fusi fuerunt, typis æneis expressos: ducendo initium

A
FERDINANDO I. ROM. IMP.

& serie non interrupta progrediens

AD USQUE
FERDINANDUM IV. REGEM ROM.

PARS SECUNDA TOMI II.
MONUMENTORUM
AUG. DOMUS AUSTRIACÆ:

complectitur tabulas æri incisas num. XLI.

OPERAM & STUDIUM CONFERENTIBUS

P. R. P. MARQUARDO HERRGOTT,
Ord. S. Benedicti, Principalis Asceterii ad S. Blasium Capit. Reverendiss. ac Celsiss. S. R. I. Principi San-Blasiano a Secretis Consiliis, Vices Gerente, & Præposito in Crozingen, nec non Sac. Cæs. Reg. Maiestatis Consiliario & Historiographo,
ET
M. R. P. RUSTENO HEER, eiusdem Congregationis Capitulari, Bibliothecæ San-Blasianæ Præfecto, & Nummophylagii Directore.



CUM PERMISSU SUPERIORUM.

FRIBURGI BRISGOVIÆ,
Typis Joannis Georgii Felneri Universitatis Typographi.
MDCCLIII.

1142 Kf 169

42 C 24, II, 2 RE

LECTORI.

IN conquirendis Principum Auſtriæ cum ex ſtirpe *Babenbergica*, tum priorum Ducum, ſanguine *Habsburco-Auſtriaco* oriundorum, nummis, quos tomi huius volumine primo unacum ſerie numiſmatum a FRIDERICO *Placido* Imp. ad CAROLUM II. Regem Hiſpaniarum uſque exegimus; non parum ſane nobis deſudandum fuit: ubi vero ad alteram hanc partem progreſſi, & ad viciniora nobis tempora proveniendo, manus ad nummos Auſtriacos denuo admovimus; incredibile eſt, quanta id genus monumentorum vis ſeſe nobis quaſi ſponte obtulerit.

Modum itaque tenendum, certosque ſcriptioni noſtræ limites ſtatuendos rati, a nummis quidem FERDINANDI I. Cæſaris, ut fidem in priori volumine datam liberemus, initium capientes, filum iſtud in præſentia ad FERDINANDUM IV. Regem Romanorum, nec ultra producere in animum induximus. Tot namque de tribus poſterioribus ex gente Auſtriaca Auguſtis: LEOPOLDO *Magno*, IOSEPHO *Victorioſo*, & CAROLO VI. *Bonarum artium Patre & Inſtauratore*, ſuppetunt numiſmata, ut ſi illa cum ceteris eorundem uxorum proliumque nummis contuleris, illorum, quos hic typis expreſſos damus, numerum facile æquent, ſi non ſuperent.

Si quis porro inſignem nummorum apparatum Auguſtorum hodie feliciter Regnantium, qui fere indies nova incrementa capit, prioribus illis addere vellet, næ is alia duo, admodum iuſta, volumina, quæ Nummothecæ huic continuationis loco deſervire poſſent, conficeret.

Nobis vero, Lector Benevole, conſtitutum cum ſit, illa Principum Auſtriæ monumenta, quæ & a ſacra quadam vetuſtate commendationem habent, & ab adulatione ſuperſtitum aliena ſunt, ſtilo atque typis cum primis perſequi; inſtituti noſtri memores, relictis tantiſper recentioribus & hodiernis nummis, ad parandam *Pinacothecam*, quam Tomo III. Monumentorum exhibere promiſimus, nos accingimus.

Habent harumce deliciarum amatores, qui æra prædictorum trium poſteriorum Imperatorum Auſtriacorum, typis expreſſa, videndi deſiderio tenentur, Scriptores nonnullos, in præfatione ad partem I. §§. VIII. XII. XIII. a nobis laudatos, quos interim conſulere poterunt: donec Nummotheca Auſtriaca ea, qua cœpimus ratione, vel a nobis vel ab aliis continuabitur.

LECTORI.

Nos quidem in pertexenda hacce tela, poſt tot iam exhauſtos labores, novas curas & operas, quæ ſumptus non modicos, ſudoriſque plurimum depoſcunt, levibus noſtris humeris non ante nobis imponere apud noſmetipſos ſtatuimus: quam cum nobis innotuerit, ſtudia hæc noſtra cum & viris eruditis, tum vero & iis, quorum maxime intereſt, non omnino diſplicere.

Cœperunt quidem prius illud viri quidam in republica litteraria honoratiſſimi, quibusque prima ſubſellia merito debentur, teſtatum facere; e quibus cum primis grati memoramus Eruditos Lipſienſes; utpote qui publica recenſione Tomi I. Monumentorum Auſtriacorum lucubrationes noſtras calculo ſuo probare iam iam dignati fuerunt. Acceſſit ſingularis *Iulii Caroli* SCHLAEGERI, Viri Clar. benevolentia, qua catalogum nummorum ex inſtructiſſimo Nummophylacio Saxo-Gothano *Fridenſteinenſi* ad ſupplendam Nummothecam Auſtriacam accommodatiſſimum, edita prima huius operis parte, nobis ultro ſubminiſtravit. Quin non ita pridem Celeberrimus in Academia Goetingenſi Profeſſor publicus, & in Germania Nummomyſtarum Princeps *Io. Dævid* KOEHLERUS, quo nos ad proſequenda id genus Auſtriaca monumenta impelleret, ectypa nummorum ære expreſſa, ad hiſtoriam numiſmaticam Divi LEOPOLDI Aug. a V. Cl. *Io. Wilhelmo* EBNERO Senatore Norimbergenſi, quondam deſtinatorum, nobiscum communicata, liberaliſſime dono dedit: quod opus, ut laudatus KOEHLERUS per litteras nos docuit, HERÆI livor interruperat; is quippe, prætenſa auctoritate Imp. IOSEPHI, ſimile quid ex æmulatione affectavit: cuius vero conatus adverſa fortuna ſubvertit.

Subſidia quoque nova ſubinde nobis attulerunt cum ad ſupplendam, tum ad perficiendam Nummothecam Auſtriacam Viri humaniſſimi, nummorum, ad hoc opus pertinentium, poſſeſſores; quos inter cum laude memorandus Reverendiſſ. & Ampl. D. PHILIPPUS IACOBUS ad S. PETRUM, Ordinis noſtri, in Nigra Silva Abbas, qui non modica nobis aurea argenteaque commodavit archetypa: nobis vero eorum delineationes aliquot, quas iam in præſens volumen adſcivimus, litteris *M. S. P.* diſtinctionis cauſſa ab aliis muſeis, notare placuit: ſervatis de cetero ſiglis parte I. a nobis aſſumptis, ibidem expoſitis. Interim Nummotheca hac utere, B. L. fruere feliciter, & noſtro bene merendi ſtudio fave & vale.

Dab. in Muſeo noſtro Crozingæ ipſis Cal. Iunii.
MDCCLIII.

SCHE-

SCHEMA GENEALOGICUM

Stirpis HABSBURGO - AUSTRIACÆ, lineæ Germanicæ: facto initio a FERDINANDO I. Imp. uſque ad FERDINANDUM IV. Regem Rom.

Nomina perſonarum, quarum nummi hoc volumine continentur, mainſculis litteris exarata ſunt, quod & in primo volumine factum eſt.

TABULA I.

FERDINANDUS I. PHILIP. *Pulchri* fil. nat. 10. Mar. 1503. Hung. & Boh. 1527. ac Rom. Rex 1531. Imp. 1556. † 25. Iul. 1564.
Ux. ANNA, LADISLAI R. Hung. fil. † 1547. mater 15. liberorum.

- MAXIMILIANUS II. nat. 1. Aug. 1527. Rex. Boh. 1562. Hung. 1563. Imp. 1564. † 12. Oct. 1576.
  Ux. MARIA, CAROLI v. Imp. fil. † 26. Feb. 1603.
- ELISABETHA, nat. 9. Iul. 1526. † 15. Iun. 1545.
  Mar. SIGISMUNDUS AUGUST. R. Polon. † 1572.
- ANNA, nat. 7. Iun. 1528. † circa an. 1587.
  Mar. ALBERTUS V. Dux Bav. † 1579.
- MARIA, nat. 15. Maii 1531. † 1587. aut ſerius.
  Mar. GEORG. WILH. Dux. Iuliæ, Cliv. Mont. † 1592.
- MAGDALENA, nat. 14. Aug. 1532. † in monaſt. 1590.
- CATHARINA, nat. 23. vel 25. Sept. 1533. † 1572.
  Mar. I. FRANCISC. Dux Mant. † 1550.
  II. SIGISMUNDUS Aug. R. Pol. † 1572.
- ELEONORA, nat. 2. Nov. 1534. † 5. Aug. 1594.
  Mar. GUILIEL. Dux Mant. † 1587.
- MARGARETHA, nat. 16. Febr. 1536. † 10. Mar. 1567. in monaſt.
- BARBARA, nat. 30. Apr. 1539. † 1572.
  Mar. ALPHONS. II. Dux Ferrar. † 1597.
- HELENA, nat. 24. Ian. 1543. † 5. Mart. 1574. in monaſt.
- IOANNA, nat. 24. Ian. 1547. † 1578.
  Mar. FRANCISC. Mag. Dux Etrur. † 1587.

- RUDOLPHUS II. nat. 18. Iul. 1552. R. Hung. 1572. Boh. 1575. Imp. 1576. † cœlebs 12. Ian. 1612.
- ERNESTUS, nat. 15. Iun. 1553. † 20. Febr. 1595.
- MATHIAS, nat. 24. Febr. 1557. R. Hung. 1608. Boh. 1611. Imp. 1612. † 20. Mart. 1619.
  Uxor ANNA, FERDIN. TYROL. ex CATHARINA *Gonzag.* fil. nat 1585. † 1618.
- MAXIMILIANUS III. nat. 12. Oct. 1558. Ord. Teutonici Magiſt. 1595. † die ſecunda Nov. 1618.
- ALBERTUS, nat. 13. Nov. 1559. † 13. Iul. 1621.
  Ux. ISABELLA CLARA EUGEN. PHILIPPI II. R. Hiſp. fil. † 1633. Vid. vol. 1.
- WENCESLAUS, nat. 7. Mart. 1561. † 7. Nov. 1578.
- ANNA, nat. 1. Nov. 1549. † 26. Oct. 1580.
  Mar. PHILIP. II. R. Hiſp. † 1598. Vid. vol. 1.
- ELISABETHA, nat. 5. Iun. 1554. † 22. Ian. 1592.
  Mar. CAROLUS IX. R. Franc. † 1574.
- MARGARETHA, nat. 25. Ian. 1567. † in monaſt. 1633.
- FERDINANDUS, FRIDERICUS, CAROLUS, MARIA, MARIA, ELEONORA in infantia deceſſerunt.

- FERDINAND. *Tyrol.* nat. 14. Iun. 1529. † 24. Ian. 1595.
  Ux. I. PHILIPPINA WELS. † 24. Apr. 1580.
  II. CATHARINA *Gonzaga*, WILHEL. Mant. Ducis fil. † 1620.
- CAROLUS *Styrenſ.* de quo tab. ſequenti.
- IOANNES & URSULA in iuventute obierunt.

- ANDREAS *ab Auſt.* nat. 4. Maii 1558. Cardinal. 1567. † 12. Nov. 1600.
- CAROLUS *ab Auſtr.* nat. 1560. March. Burgov. † 1618.
  Ux. SIBYLLA, WILHEL. Duc. Cliviæ fil. † 1628.
- ANNA, nat. 1585. † 20. Mart. 1618.
  Mar. MATHIAS Imp. † 1619.
- ANNA CATHARINA in monaſterio obiit.
  Tres alii in infantia deceſſerunt.

TAB-

TABULA II.

Continens ſtemma genealogicum reliquorum Archiducum a CAROLO, *Lineæ Styrenſis* Satore, ad LEOPOLDUM *Magnum* Imp.

CAROLUS *Styrenſis*, FERDIN. I. Imp. fil. nat. 3. Iun. 1540. † 10. Iul. 1590.
Ux. MARIA, ALBERTI V. Duc. Bav. fil. † 30. Apr. 1608. mater 15. liberorum.

- FERDINANDUS II. nat. 9. Iul. 1578. Rex Boh. 1617. Hung. 1618. Imp. 1619. † 15. Feb. 1637.
  - Ux. I. MARIA ANNA, GUILIELMI V. Duc. Bav. fil. † 1616.
  - II. ELEONORA, VINCENTII Mant. Duc. fil. † 1655.
- ANNA, nat. 16. Aug. 1573. † 10. Feb. 1598.
  - Mar. SIGISMUND. III. R. Pol. † 1632.
- MARIA CHRISTINA, nat. 10. Nov. 1574. † 6. Apr. 1621.
  - Mar. SIGISMUND. BATHOR. Tranſilv. Dux. † 1613.
- CATHARINA RENATA, nat. 4. Ian. 1576. † 29. Iun. 1595.
- GREGORIA MAXIMILIANA, nat. 22. Mart. 1581.
- Sponſa PHILIPPI III. R. Hiſp. † 20. Sept. 1597.
- ELEONORA, nat. 25. Sep. 1582. † in monaſt. 28. Ian. 1620.
- MAXIMILIANUS ERNEST. nat. 17. Nov. 1583. † 18. Febr. 1616.
- MARGARETHA, nat. 25. Dec. 1584. † 3. Oct. 1611.
  - Mar. PHILIP. III. R. Hiſp. vid. vol. I.
- IOANNES CAROLUS, nat. 1. Nov. 1605. † 16. Dec. 1619.
- FERDINANDUS III. nat. 13. Iul. 1608. Rex Hung. 1625. Boh. 1627. Imp. 1637. † 2. Apr. 1657.
  - Ux. I. MARIA, PHILIP. III. R. Hiſp. fil. † 1646.
  - II. MARIA LEOPOLDINA, LEOPOLD. V. A. A. fil. † 1649.
  - III. ELEONORA, CAROLI II. Duc. Mant. fil. † 1686.
- CHRISTINA, nat. 12. Iun. 1601. in infantia obiit.
- MARIA ANNA, nat. 13. Ian. 1610. † 28. Sept. 1665.
  - Mar. MAXIMIL. Dux Bav. † 1651.
- CÆCILIA RENATA, nat. 16. Iul. 1611. † 24. Mart. 1644.
  - Mar. ULADISLAUS IV. R. Pol. † 1648.
- LEOPOLDUS GUILIEL. nat. 6. Ian. 1614. Epiſc. Argent. & Patav. &c. † 20. Nov. 1662.
- FERDINANDUS IV. nat. 8. Sept. 1633. Rex Bohem. 1646. Hung. 1647. Rom. 1653. † 9. Iul. 1654.
- MARIA ANNA, nat. 22. Dec. 1631. † 1696.
  - Mar. PHIL. IV. Rex Hiſp. de quo vol. I.
- LEOPOLDUS, nat. 9. Iun. 1640. Rex Hung. 1655. Boh. 1656. Imp. 1658. † 1705.
- CAROLUS IOSEPH. nat. 7. Aug. 1649. † 1664.
- ELEONORA MARIA, nat. 31. Maii 1653. † 1697.
  - Mar. I. MICHAEL. Polon. Rex. † 1673.
  - II. CAROLUS V. Dux Lotharing. † 1690.
- MARIA ANNA IOSEPHA, nat. 30. Dec. 1654. † 1689.
  - Mar. IOAN. WILHEL. Com. Palatin.
- Quatuor alii infantes obierunt.

- LEOPOLDUS. V. nat. 9. Oct. 1586. † 13. Sept. 1631.
  - Ux. CLAUDIA *Medicea*, Duc. Urbinat. vidua, † 1648.
- CONSTANTIA, nat. 24. Dec. 1588. † 10. Iul. 1631.
  - Mar. SIGISMUNDUS III. R. Pol. † 1632.
- MARIA MAGDALENA, nat. 7. Oct. 1589. † 1631.
  - Mar. COSMUS II. Mag. Dux Etruriæ. † 1621.
- CAROLUS *Poſthumus*, nat. 7. Aug. 1590. Epiſcop. Uratisl. 1608. Brixinenſ. 1614. Ord. Teuton. Magiſt. 1618. † 1625.
- FERDINANDUS, CAROLUS, & ELISABETHA in infantia obierunt.
- MARIA ELEONORA, nata 9. Febr. 1627. infans obiit.
- FERDINANDUS CAROLUS, nat. 17. Maii 1628. † 30. Dec. 1662.
  - Ux. ANNA *Medicea*, COSMI II. Mag. Duc. Etrur. fil. † 1676.
- ISABELLA CLARA, nat. 12. Aug. 1629. † 1685.
  - Mar. CAROLUS III. Mant. Dux. † 1665.
- SIGISMUNDUS FRANCISC. nat. 28. Nov. 1630. † 1665.
  - Sponſa MARIA HEDWIG. CHRISTIANI AUG. Com. Palat. fil.
- MARIA LEOPOLDINA, nat. 28. Nov. 1632. † 1649.
  - Mar. FERDIN. III. Imp. de quo ſupra.
- CLAUDIA FELICITAS, nat. 30. Maii 1653. † 1676.
  - Mar. LEOPOLD. Imp.
- MARIA MAGDALENA, nat. 17. Aug. 1656. † 1669.

CON-



Salomon Kleiner del. et sculpsit. Vindob. 1730.

CONTINUATIO NUMMORUM PRINCIPUM AUSTRIÆ,

DUCTO INITIO

A

FERDINANDO I. IMP.

USQUE AD

FERDINANDUM IV. REG. ROM.

FERDINANDUS I. IMP.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

FERDINANDUS, Caroli v. frater, Maximiliani i. nepos (32. 34. 36–42.) *Compluti* in Hiſpania anno 1503. die x. Martii genitus, patre Philippo *Pulchro*, Caſtiliæ Rege, matre Ioanna, Ferdinandi *Catholici* filia, uſus eſt. Tab. I. ſeqq.

Ab hoc in ſpem regni educatus (1.), atque prioribus teſtamenti tabulis heres ex aſſe inſtitutus, iisdem tamen mutatis, Rex primum *Siciliæ* deſignatur (32.). Deinde vero & hoc conſilio iterum abiecto, provincias non ſolum *Auſtriacas*, una cum Ducatu *Wirtembergico* (2.) obtinuit, ſed & a Carolo Cæſare S. R. I. *Vicarius* (7.) conſtitutus, eodemque procurante, anno 1531. Romanorum Rex electus, atque Aquisgrani die xi. Ianuarii (10. 11.) coronatus fuit. (10–13.)

FERDINANDUS I. IMP.

Iis honoribus graviter, & ex dignitate Imperii functus, comitiis sæpe, ac cum primis etiam anno 1523. (7.), & una cum Imperatore, annis 1547. (34.) 1550. (38. 39.) & 1555. (23.) non sine præsenti reipublicæ utilitate interfuit: fratremque bello Schmalkaldico, adversus Principes *Protestantes* suscepto, fideliter adiuvit. (21. 31.). Quocirca tamen uterque impedire haud potuerunt, ut novella Religio longe lateque ne diffunderetur; Supremo Numine populo suo, ob gravissima eius tempestatis scelera, iuste indignante. Tab. I. seqq.

CAROLO anno 1556. abdicante, Imperii administrationem solus quidem tenuit, at honoris vocabula, insigniaque prius non assumpsit, quam cum Imperii Maiestatem ab Electoribus, anno 1558. Francofurti congregatis, die IV. Martii (27.) in se translatam vidisset (25--27.), tumque quod coronam auream a Summo Pontifice suscepturus haud esset, ut plurimum non nisi *Imperatoris Electi* titulo usus (ibid. & num. 50. 57. 58. 60.).

Præter Imperatorium fastigium regna quoque *Hungariæ* & *Bohemiæ*, ob pactum cum LADISLAO initum, successionis iure obtinuit FERDINANDUS (8.). Atque hoc quidem satis adhuc tranquille fruitus, in altero Transsilvaniæ Regulum, IOANNEM de *Zapolia*, æmulum nactus, coronam diu nutantem vidit. Is namque FERDINANDI armis ad incitas redactus, regnoque pulsus, pessimo consilio, atque reipublicæ Christianæ universæ longo tempore fatali, immanissimum Turcarum Tyrannum evocavit; qui occasione ambabus manibus arrepta, Hungariam cum innumerabili exercitu inundans, atque ipsam demum Wiennam anno 1529. die XXIII. Septembris (68.) adgressus, obsidione cinxit (69--71.). At accepta FERDINANDI cum iusto exercitu adventantis fama, timore perculsus, post unius circiter mensis spatium, discedere coactus est: Deo virtutem, quam Rex supplex ante imploraverat (9.), benigne suppeditante. Id bellum anno insequenti non nihil quidem sopitum, deinceps tamen sæpe recruduit (18. 19. 24. 72--74.), dum ultimæ cum hoste inducias anno primum 1562. pactæ sunt. (28.)

Secundum hæc FERDINANDUS duobus adhuc annis superstes, anno 1564. die XXV. Iulii pie obiit: exequiis in annum sequentem dilatis (29. 30.). Imperator si quis alius pietatis, (75. 76.) iustitiæ, clementiæ, ceterarumque virtutum laude (14.) multo præclarissimus.

Uxorem duxit ANNAM (3--6.) LADISLAI Hungariæ Regis filiam. Hæc, cum maritum numerosa sobole beasset, anno 1547. non sine ingenti eius mœrore, præmatura morte extincta est (22.). Prolium fœminarum nummos hisce e vestigio subnectimus: (77--93.) marium suo loco reservatis.

In nummis iconicis FERDINANDI CAROLIque effigies non raro coniunctæ (34. 38. 39.) comparent; quin & MAXIMILIANI avi icones (32. 36. 37. 40. 41.), immo & proavi, (42.) sæpe

adie-

FERDINANDI. I. IMP. *nummi.* Tab. I.

I

II.

III.

IV.

V.

VI

VII

VIII.

IX.

X

XI.

XII.

XIII.

XIV.

XV.

Monum. Austr. T. II. P. II. ad p. 3. A.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

adiectæ ſunt, PHILIPPI patris imagine utcunque neglecta. Num. mi uſuales, vel in Bohemia (47–49.) vel Hungaria (51. 65.), Auſtria quoque cis, (50. 53. 59.), & trans-Anaſum (52.), Carinthia denique (54--57.) & Tyroli (58. 62.) immo & Sileſia (66.) percuſſi, eorundem quoque regnorum ac provinciarum inſignia, adiunctis non raro Hiſpanicis, præferunt: ſimulque oſtendunt, quantam FERDINANDUS pecuniæ vim tot in officinis ſignari curaverit. FERDINANDUS I. IMP.

In utrisque autem, *Principis* & *Infantis Hiſpaniarum* titulis (1. 2. 7. 62.), at circa annum 1562. poſtquam Rex Bohemiæ & Hungariæ creatus fuit, *Infantis* ſolum titulo, ſed perpetuo atque conſtanter, quantum quidem collecti a nobis nummi edocent, uſus eſt. *Vide plura apud* STRUV. *Periodo x. in* CAROL. *&* FERD. *Lod.* DOLCE *vita di Ferdinando primo; ceteros.*

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. I. † FERDINAND. *us* PRINC. *eps* ET. INFANS. HISP. *aniarum.* Caput Archiducis ad pectus cum lorica, acciſis capillis, pileo Archiducali tectum & dextrorſum converſum.

In averſa continuatur titulus hunc in modum: † ARCHIDVX. AVSTRIÆ. DVX. BVRGVND*iæ.* Scutum, quod varias teſſeras, *Auſtriacas*, *Burgundicas*, *Hiſpanicas*, inſueto ordine diſpoſitas, continet.

Etſi FERDINANDUS ab avo materno, ſibi cognomine, in ſpem regni educatus, atque prioribus teſtamenti tabulis heres & ſucceſſor ex aſſe ſcriptus fuerit: Regi tamen, morti proximo, proceres concordibus animis perſuaſere, ut mutato conſilio regna a ſe poſſeſſa in CAROLUM, utpote natu maiorem, adeoque ſceptro aptiorem, transferret: Hiſpanis interim FERDINANDUM, cum ob præclaram ſuaviſſimamque eius indolem, tum quod apud ſe natus atque innutritus fuiſſet, præ CAROLO amplexantibus (a). Hunc vero populi favorem, ut ſibimet potius conciliaret CAROLUS, fratri ſpecie humanitatis, atque avi MAXIMILIANI, qui tum in Belgio degebat, inviſendi cauſſa, auctor extitit, ut anno 1518. illuc ſecederet (b), ubi hic nummus percuſſus videtur.

In eo *Principis* & *Infantis Hiſpaniarum* titulis utitur, quorum ille primo Regum Hiſpaniarum filio, certoque heredi, uti SELDENUS docet (c), competit: hic vero reliquis utriusque ſexus liberis. Id quod non eo animo factum, ut fratrem, quocum ipſi optime convenerat, regno unquam excluſum vellet; ſed ut ius ſuum in omnem eventum ſartum tectum, ut fit, conſervaret.

Quamquam & illud non negandum, FERDINANDUM ob voluntatem avi, præter ſpem mutatam, adeo indoluiſſe, ut ea

(a) GOMEC. de reb. geſt. *Fr.* XIMEN. lib. v. extremo, Hiſpan. Illuſtr. Tom. I. pag. 1069. ſeq.

(b) MASEN. anim. Hiſt. p. 21.

(c) Titul. honor. P. II. cap. III. p. m. 294.

Tab. I.

FERDINANDUS I. IMP. a propter in morbum inciderit (a). Hunc *Principis* titulum ad annum uſque 1526. quo LADISLAO Hungariæ & Bohemiæ Regi ſucceſſit, uſurpavit; ut non tam ex nummis ipſis, mox ſubiiciendis, quam ex diplomatibus b c (b) *Receſſibusque* Imperii (c) conſtat. Nam ex eo tempore, priori honoris vocabulo neglecto, ſolum *Infantis* titulum, at conſtantiſſime, ut ex omnibus nummis, aliisque monumentis publicis planum eſt, retinuit. *M. Imp. au. pond. 5. duc. & ſemis.*

II.

FERDINANDVS. DEI. GRACIA. PRINCEPS. HISPANIARV. *m.* Princeps ex integro cataphractus, ac galeam, ſuperimpoſito pileo Archiducali, in capite gerens: dextra vexillum, in humerum dextrum reclinatum geſtans, cui aquila, ſcutum *Auſtriacum* in pectore præferens, impreſſa, equo pariter armato inſidens, a dextris ſiniſtrorſum vehitur. Porro in phaleris equi crux *Burgundica* cum ignitabulis (de quibus Parte huius tomi prima paſſim egimus,) & infra ſub pedibus nota chronologica 1522. apparent. Denique in phalerarum fimbria obſcura vox: VERTINA legitur, de qua mox dicendum.

In averſa tituli FERDINANDI ſic continuantur: ARCHIDVX. AVSTRIE. DVX. BVRGVNDIE. ET. CARINT. *hiæ.* Scutum maius quadripartitum, in medio areæ collocatum, pileoque *Archiducum* tectum, circumdante illud torque aurei velleris, omiſſo tamen ipſo vellere. Continentur eo inſignia *Auſtriæ*, *Burgundiæ* nova & vetera, *Habsburgi*, *Legionis*, *Arragoniæ* & *Siciliæ*. Claudunt illa varia minora ſcuta, in margine poſita: *Auſtriacum*, pileo Archiducali faſtigiatum, *Carinthiacum*, *Tyrolenſe*, *Carnioliæ*, *Alſatiæ*, *Wurtembergiæ*, *Auſtriæ* trans Anaſum, *Habsburgi* & *Styriæ*.

Convenit inter rei nummariæ peritos, nummum hunc FERDINANDI Archiducis, in numero Uncialium primum eſſe, quo ſe *Ducem Wurtembergiæ* cum vexillo Imperii ſpectandum præbuit. Hunc nempe Ducatum Cæſar CAROLUS V. a ſociis Suevici fœderis parata pecunia comparaverat, pulſo inde anno 1520. ab iisdem confœderatis, ob interceptam *Reutlingam*, ULRICO Duce, eique anno 1521. FERDINANDUM fratrem adminiſtratorem præfecit, qui & anno inſequenti, finitis comitiis Norimbergenſibus, quibus una cum uxore interfuit, illuc profectus, atque *Stutgardiam* ſolemni pompa invectus, Ordines cum ſuo, tum fratris nomine ſacramento fidelitatis adſtrinxit, uti fuſius deſcribit CRUSIUS (d). Hinc in præſenti nummo, d in eius rei memoriam, ut quidem videtur, percuſſo, ſub S. R. I. *Vexilliferi* ſpecie, quæ dignitas Ducibus Würtembergiæ ab antiquo competit, repræſentari voluit, ut recte MELLENIUS (e) iudicat. e

Quam

(a) FLECHIER hiſt. du Card. XIMENE, Tom. II. lib. IV. p. 3.
(b) Vid. DU MONT. corps diplomatique. Tom. IV. P. I. p. 469. & 70.
(c) Reichs-abſchied ad an. 1521. 1526.
(d) Chronic. Suev. P. III. lib. X. cap. XI. p. m. 197. ſeqq.
(e) Syll. numm. uncial. p. 42.

Tab. I. Quam vero idem Auctor, ac poſt eum LEHMANNUS & a HANTHALERUS (a) de obſcura ſeu voce ſeu ſiglis, VERTINA, in inferiori limbo phalerarum equi expreſſa, afferunt coniecturam, eam ſcilicet pro ſymbolo Archiducis: V*t* *f*ERT *Div*INA *voluntas*, accipiendo, nobis longius quæſita videtur. Nam præterquam quod iſta expoſitio pro arbitratu ſit facta, aſſumendo pro libitu non litteras modo, ſed integram quoque vocem *voluntas*, ſiglis illis nequaquam expreſſas: ex aliis etiam capitibus improbanda videtur; tum, quia nondum expeditum eſt, utrum FERDINANDUS ſymbolo illo unquam uſus fuerit; tum, quia lemma iſtud neque ad imaginem, nec ad rem ipſam, in cuius memoriam nummus prodiit, quidquam adludit.

Denique difficile haud erit, ex iisdem ſiglis alias atque alias extundere ſententias; quocirca tamen magnopere timendum, ne veritati non minus accederemus, quam qui vocales quinque a FRIDERICO *Placido* pro ſymbolo uſurpatas, exponere conati ſunt, antequam genuinum earundem ſenſum Cl. LAMBEb CIUS (b) ſecundum ipſius Imperatoris mentem detegeret.

Eius commatis ſunt tres hæ ſequentes: prima prædictas ſiglas ſic explanat: VERT *amus* IN A *uſtriam*. Poſtquam ſcilicet FERDINANDUS res Würtembergiæ conſtituerat, Auſtriam petiit, eandem quoque, ex rebellione proximis annis reſurgentem, cum in fide, tum in ordine confirmaturus.

Altera hanc ſententiam conficit: VE *xillum* R *omani* T *enet* I *mperii* N *atus* A *rchidux*. Hac expoſitione ſignificatur acceſſio Ducatus Würtembergici, una cum eius dignitate & officio, ad Domum Auſtriacam. Eadem quoque ratione intelligitur, cur pectori, pictæ in vexillo *Imperii* aquilæ, impreſſa ſit parmula *Auſtriæ* honoraria. FERDINANDUS I. IMP.

Tertia denique hunc in modum exprimi poſſet: V *icarius* E *ſt* R *egis* ET (contractis videlicet litteris T & E, ut alias in nummis fieri ſolet) I *mperatoris* N *oſtri* A *uguſti*. Hæc coniectura ex eo firmari videtur; quod CAROLUS V. in Hiſpanias ad componendos ibidem exortos tumultus abiens, FERDINANDUM fratrem Vicarium ſuum in Imperio conſtituerit.

Verum hæc ſingula nobis meri luſus ingenii videntur; nec facile in animum inducere poſſumus, ut credamus, præter conſuetudinem, cum in nummis Auſtriacis generatim, tum etiam ſpeciatim in nummis FERDINANDI receptam, hoc loco litteras ſingulas ſingulis eſſe verbis reddendas. Quare errorem potius artificis hic obverſari iudicamus, ita ut mutatis duabus modo litteris, nomen FERDINANDI prodeat. Vertatur nimirum V. in F. & T. in D. & res confecta erit. Similem enim orthographicum errorem obſervare licet infra num. XXXII. ubi in FERDINANDI nomine, exemplo prorſus æquali, FERTI, pro FERDI legimus: ut taceamus alia eiusmodi ſphalmata eodem num.

(a) Wienner-münz p. 22.

(b) Vid. dicta Tom. I. p. 9. & 83.

FERDINANDUS I. IMP.

XXXII. necnon num. XXXIII. & XXXIX. atque alibi occurrentia. Proclive etiam erat vel monetario, vel phalerarum pictori in nomine FERDINANDI; utpote quod in Hiſpania frequentatum, tunc primum in Germania innoteſcere cœpit, contra orthographiam peccare. Nec obeſt, quod hoc modo nomen FERDINANDI, in adverſa poſitum, repetatur in averſa; quippe cum idem quoque inferius num. XVII. fiat. Atque hinc eſt, quod ultimam hanc interpretationem, nativam quippe, atque magis naturalem, reliquis præferendam ducamus: Lectoribus nihilominus liberum relinquentes eligendi arbitrium.

Ceterum de eodem nummo egit quoque TENZELIUS (a). Is FERDINANDUM ut *Vicarium* potius *Romani Imperii*, quam ut *Ducem* ſeu *Adminiſtratorem Ducatus Würtembergiæ*, vexillum geſtare autumat. Verum quia Archidux eodem inſigni deinceps uſus haud eſt, licet eadem dignitate ad annum uſque 1531. quo Romanorum Rex electus eſt, functus fuerit, atque in eiusdem Vicariatus memoriam alius nummus, ut deinceps videbimus, cuſus fuerit, in quo tamen ſimilis aquila haud repræſentatur: ſtandum potius videtur ſupra laudatæ MELLENII ſententiæ. Notari hic quoque meretur nummus FERDINANDI I. *Würtembergicus*, in catalogo Nummophylacii *Molano-Bœhmeriani* (b) ita deſcriptus: FERDI. ARCHIDVX. AVS. Clypeus *Auſtriacus*. DVC. WIRTEMBER. 1527. Clypeus in quo tria cornua cervina. *in ar. val.* I. *gros.* Similem deſcribit CRUSIUS (c) de anno 1523 Poſtremo nummi huius elegantia facit, ut eum auguſtioribus illis, ſeu mnemonicis nummis adnumeremus; præſertim etiam, quod non in argento ſolum, ſed in auro quoque habeatur. *M. D. de* FRANCE *aur.* I. *unc.* 2. *dr.* MELL. *p.* 41. ſed non optime delineatus. *Obſerv. Hamburg. an.* 1705. *p.* 321. Tab. I. c

a

b

III.

ANNE. RE*ginæ* HVNG*ariæ.* Effigies ANNÆ iuvenili ætate, vittatæ & calantica obtectæ, a ſiniſtris dextrorſum.

Damus hic nummum ANNÆ, LUDOVICI II. Regis Hungariæ ac Bohemiæ ſororis, cuius memoriæ iam anno 1515. ſignatus fuit nummus maioris formæ, quem Parte I. huius nummothecæ in nummis MAXIMILIANI I. habes Tab. XII. num. XXX. Hæc quippe FERDINANDO I. iuncta eſt matrimonio anno 1521. quod ſignandis aliis nummis occaſio fuit; ut ex ſequentibus patebit. De *Regio* titulo, quem hic uſurpat, numero mox inſequenti dicemus. *M. Imp. ar. pond.* I. *dr.*

IV.

EFFIGIES. SER. *eniſſimæ* ANNE. HVNGA: *riæ* REGINE. ARCH: *iducis* AVSTR: *iæ* DVCISS: *æ* BVRGV. *ndiæ* COM. *itis* TYRO. *lis.* ANNO ÆTA: *tis* SVÆ XX. Typus hic præcedenti minoris formæ haud abſimilis. Sed hic apparet iam ut coniux FERDINANDI cum titulis *Auſtriacis.* Annus ætatis XX. in umbone ſignatus, coincidit cum

(a) Monathliche unterred. ann. 1693. pag. 242.

(b) P. III cap. VI. ſect. 19. n. 634.

(c) loc. cit. p. 198. in fin.

Tab. I. cum anno Chriſti 1523. ANNA enim eodem anno, quo FERDINANDUS, lucem adſpexit, nata ſcilicet 1503. XXV. Iulii, ille X. Martii.

Reginæ Hungariæ titulus cum hic, tum in præcedenti nummo, immo & in duobus ſequentibus, ANNÆ conſtanter tribuitur: etſi ex adiectis epochis manifeſtum omnino ſit, eosdem vivo adhuc fratre, atque Hungariæ ac Bohemiæ regnis ſolo imperante, percuſſos. Hinc docemur, Regum Hungariæ filias (quid ni & filios?) *Regis* titulis, etſi regno haud fruerentur, uti conſueviſſe, id quod amplius patebit ex nummis ANNÆ, ALBERTI Ducis Bavariæ coniugis, infra Tab. V. n. LXXIX. & LXXX. producendis.

Ceterum hoc ipſum numiſ. ma averſa olim, ſeu potius adverſa facie non caruit; quam enim hic ſingularem exhibemus partem, ex tabulis HERÆI eductam, ea ad nummum, ſequenti num. VII. depictum, pertinet, ut teſtatur integrum numiſma, quod hiſce duabus partibus conſtans, atque tres uncias cum duabus drachmis appendens, in manus noſtras primum pervenit, cum eius ſingulæ partes tabulis noſtris inciſæ iam eſſent. *T. H.*

V.

FERD: *inandi* ARCH: *iducis* AVSTR: *iæ* ET ANNE HVG: *ariæ* REG. *inæ* CO*n*IVGV*m* EFFIGIES. ÆTA: *tis* VTRIVSQVE. ANNO. XX. M.DXXIII. Imagines FERDINANDI & ANNÆ coniunctæ. Ambo in capitibus coronas, ut videtur, laureas geſtant, & Archidux præterea pallio amictus, vellus portat aureum, a collo ſuſpenſum. FERDINANDUS I. IMP.

In area media partis averſæ ſiglæ conſpiciuntur, litteris F. & A. id eſt FERDINANDUS & ANNA, eleganti torqui velleris aurei incluſæ.

Iam anno 1515. avo MAXIMILIANO vivo, nepotum uni, vel CAROLO, vel FERDINANDO in celebri illo Trautmansdorfenſi, poſtea Wiennenſi, trium Regum ULADISLAI Hungariæ, LUDOVICI Bohemiæ, & SIGISMUNDI Poloniæ, cum MAXIMILIANO I. Cæſare congreſſu, promiſerat filiam ſuam ANNAM, Rex Hungariæ ULADISLAUS II. quæ etiam FERDINANDO obtigit, & per ſucceſſionis in Hungariam ius, occiſo ad *Mohatzum* fratre ANNÆ LUDOVICO, in ipſum derivatum fuit (a). *M. Imp. ar. pond.* I. *unc.* 3. *dr.*

(a) Vid. Diar. Cuſpin. de congr. MAXIMILIANI & trium Regum, in FREHER. Tom. II. & inſertum denuo a Cel. MATTH. BELIO, Decadi I. Apparat. ad hiſt Hung. tanq. Mon. VI. adde. P. I. huius Nummothec. p. 33. num. XXX.

VI.

Adverſa plane convenit, cum adverſa prioris.

Averſa exhibet navem expanſis velis, & homines, qui ſe laverant, nunc autem veſtes propere induunt. Sedet ad littus piſcator, hamo piſces fallens.

Videntur fortaſſe Rex & Regina in Danubio, ludicra aliqua navigatione exhilarare animum voluiſſe; vel Ordines Hungariæ, nuptias Reginæ, cum Archiduce inſtitutas, in Danubio feſtiva quadam navigatione, ſolemni ritu celebraſſe.

Nam

FERDINANDUS I. IMP.

Nam etsi hæ nuptiæ iam anno 1521. & quidem *Lincii* celebratæ fuerint; facile tamen crediderim sponsos, postea in Hungariam adventantes, cum aliqua solemnitate exceptos fuisse, etsi altum ea de re apud Historicos sit silentium. *M. Imp. a. fus.*

VII.

EFFIG. *ies* FERDIN: *andi* PRINCIP. *is* ET. INFANT: *is* HISPAN: *iarum* ARCH: *iducis* AVSTR. *iæ* &c. RO: *mani* IMP: *erii* VICAR: *ius* AN*n*O ETAT: *is* SVE XXI.

Protome Archiducis fere ut num. præcedenti: nisi quod hic laureæ loco, latum pileum gerat. Iam supra ad num. IV. monuimus, hac atque altera, quam eodem loco recensuimus, parte, unum integrum numisma confici, quod modo in nummotheca nostra asservamus. ANNÆ ætatis annus vigesimus, FERDINANDO primus & vigesimus tribuitur, cum tamen uterque uno eodemque, uti iam diximus, anno nati sint. Sed exinde nummi ætas eruitur. Is nempe intra illud spatium fabrefactus est, quod inter decimum Martii anni 1524. quo FERDINANDUS, & vigesimum tertium Iulii, quo ANNA hanc lucem primo vidit, excurrebat. Tum enimvero Archidux annum ætatis primum & vigesimum inchoaverat, & coniux eius vigesimum pene compleverat. Patet itaque, illum anno 1524. durantibus ipsis comitiis Norimbergensibus, quæ FERDINANDO præside an. 1523. exeunte incepta, & anni insecuti die VIII. Aprilis absoluta
a fuere (a), cusum, seu conflatum, atque ibidem distributum

(a) SLEIDAN. lib. IV. ad an. 1524.

fuisse. Hinc etiam est, quod in eodem titulum *Romani Imperii Vicarii* gerat; quippe, quod præclaro eo munere tum maxime fungebatur. *M. Imp. ar. pond. 2. unc.* Tab. I.

VIII.

Adversa pars præmissa cruciula hanc perigraphen præfert: FERDINAND: *o* D: *ei* G: *ratia* HVNG: *ariæ* BOEM. *iæ* DAL. *matiæ* CROA. *tiæ* ZC. (*et cetera*) REG. *i.* INF. *anti*: quæ in altera nummi facie hunc in modum completur, atque una integrum titulum conficit: HISP. *aniarum* ARCHID. *uci* AVST. *riæ* DVC. *i* BVRG. *undiæ* ZC. (*et cetera*) COMIT. *i* TIROLIS.

In priori parte apparet Rex coronatus, armatus, atque equo insidens, e cuius pectore pannus pendet, parmulam præferens *Austriacam*: dextra sceptrum tenet, sinistra frœnum. Stant ab utroque latere proceres vexilliferi, alter *Bohemiæ* & *Hungariæ*, alter *Austriæ* vexillum tenens. Alii ad pedes iacent provoluti, sacramentum quasi fidelitatis præstantes.

Aversa pars scutum maius quadripartitum, *Hungariæ* & *Bohemiæ* insignia alternatim referens, ostendit, impressa superius æra Christi 1. 5. 2. 8. Huic imposita est parma denuo quadripartita. I. quadrans a summo bipartitus, *Austriæ* insignia, nec non *Burgundiæ veteris* continet. II. quadrans repetitas *Castiliæ* & *Legionis* tesseras complectitur. III. sectus *Arragoniæ* & *Siciliæ* utriusque arma ostendit. IV. denique exhibet *Burgundiam* novam & *Brabantiam*, addita

in

Tab. I. in imo *Granatæ* teſſera. His omnibus ſuperimpoſita parmula minor, aquilam *Tyrolenſem* referens.

LUDOVICO, FERDINANDI affine, anno 1526. infelici apud Mohazium prœlio, paludibus ſuffocato, omnis cauſſa & ius ſucceſſionis regnorum *Hungariæ* & *Bohemiæ* ad FERDINANDUM ſumma æquitate derivatum fuit; atque adeo ſine dubio præſens numiſma Hungaricæ coronationis, licet anno 1527. iam peractæ, cauſſa percuſſum fuiſſe tenemus. Hinc Clar. HANa THALERUS (a) eundem ex adpoſita Chriſti æra cuſum fuiſſe coniectat ad reditum ac introitum FERDINANDI, accepta corona Hungarica, in urbem Vindobonenſem: quod certe inſcriptio in dandi caſu concepta, confirmare videtur; unde ſcilicet credibile fit, numiſma a civitate Wiennenſi fuiſſe oblatum. Ceterum quam graves contentiones, quanta bella, quantæ cædes, & ſtrages, huius ſucceſſionis cauſſa, ortæ fuerint, quanto ea ſanguine ſteterit Auſtriacis, eius rei triſtem memoriam hiſtoria conſervat. LOCHN. *a.* 1738. *p.* 273. *Obſervat. Hamburg. ad an.* 1702. *p.* 289.

IX.

FERDINANDVS. DEI. GRACIA. HVNGARIÆ. BOEMIÆ. ET. C*roatiæ* REX. ANNO. DOMINI. M.D.XXIX. ETATIS. SVÆ. XXV. Protome Regis, pallio induti, & caliptra operti, ſiniſtrorſum converſa, pendente a collo inſigni ordinis aurei velleris.

Averſa hanc inſcriptionem ex verbis S. Scripturæ contextam exhibet: DA: MIHI: VIRTVTEM: CONTRA: HOSTES: TVOS: DOMINE QVIA. TV ADIVTOR. MEVS. ES. Parma a ſummo bipartita eſt, ſiſtens inſignia *Auſtriæ* & *Caſtiliæ*. Hanc circumdant quatuor aliæ, in decuſſim poſitæ, teſſeris *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Croatiæ*, & *Dalmatiæ* inſignitæ. Singula porro ſcuta ſunt coronata. FERDINANDUS I. IMP.

Divinum hic auxilium implorat FERDINANDUS contra Turcas, qui a IOANNE ZAPOLIO exciti, Hungariæ ingenti exercitu imminebant, & dato Hungaris in Regem eodem IOANNE, Strigonium occuparunt; indeque ſubactis interiacentibus locis, Wiennæ ducentorum millium exercitum admovebant (b). b

Eodem Lemmate uſus quoque eſt CAROLUS V. (c) per verba: DA MIHI VIRTVTEM CONTRA HOSTES TVOS. LUCK. *p.* 29. c

X.

FERDINANDVS. HVNG. *ariæ* ET. BO. *hemiæ* REX. ARCH*i* D. *ux* AVST *riæ*. Protome FERDINANDI armata cum corona in capite, dextra ſceptrum tenentis, ſiniſtra globum *Imperii*, cruce inſtructum.

Averſam ſequens inſcriptio implet, ſex lineis abſoluta: CORONATVR. IN ROM*anorum* REGEM. AQVISG*rani* XI. IANVA*rii* ANNO. M. D XXXI. Moneta eſt in populum miſſa, cum obtinuiſſet CAROLUS V. pro fratre FERDINANDO, *Romanorum Regis* dignitatem, in comitiis iam Auguſtanis 1530. quæſitam. Electio ſecuta fuit Coloniæ 1531. die v. Ianuarii (d), & coro- d

(a) Wienn-münz pag. 23.
(b) Vid. ADRIANI Epochas Habsb. ad hunc an. & Auctores infra ad n. LXXVIII. laudat.
(c) MELLEN p. 38. & in nummis CAROLI V. P. I. huius Nummothecæ p. 98. n. LXXVIII.
(d) SLEIDAN Lib. VII. p. 203.

FERDINANDUS I. IMP.

natio Aquisgrani die XI. eiusdem menſis, quamvis Electorum Saxoniæ & Brandenburgi ſuffragia anno demum 1534. acceſſerint (a). *M. Imp. ar.*

a

XI.

Idem nummus ac præcedens, eiusdemque eſt argumenti, ſed typus variat; in adverſa namque ſceptrum & globus hic non inveniuntur. *Ibid. ar. & ap.* LUCK. *p.* 75.

XII.

Protome FERDINANDI & ANNÆ iugatæ. Ambo coronati, atque ordinis aurei velleris teſſera conſpicui, ad lævam converſi ſunt. Ille præterea armatus, hæc ſtolata videtur, nulla adiecta epigraphe.

Averſæ aream hæc inſcriptio explet: FERDINANDVS. ET. ANNA. ROM. *anorum* HVNG. *ariæ* BOHE. *miæ* REX. E*t* REGINA. ARCHID. *uces* AVST. *riæ* DVC. *es* BVRG. *undiæ* ZCE (*et cetera*).

Eidem ſine dubio anno nummus hic, cui prior, debetur; ſaltem poſt annum 1531. cuſus fuit, quo Rom. Rex creatus iam fuerat FFRDINANDUS.

Illud in adverſa ſingulare, quod utrique, Regi ſcilicet & Reginæ, torques aurei velleris adpoſita ſit. Paullo infra num. XVII. recurret ſimilis fere typus,

b anno 1536. fabrefactus. (b) *M. Imp. aur.* 4. *duc. M.* BUOL. *ar. fuſ. pond.* 3. *dr. M. S. B. æ.*

XIII.

FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia* ROM: *anorum* HVNG. *ariæ* BOEM. *iæ* REX. ETC *cetera* ARCHID. *ux* AVSTRIE. Effigies Regis togati adverſa fere fronte, cum pileo in capite, fiſſuris & nodulis exornato, & torque aurei velleris ab humeris ſuſpenſo. Tab. I.

Hunc quoque iconicum nummum occaſione inaugurationis in Regem Romanorum prodiiſſe perſuaſum tenemus; tum quod FERDINANDUM ſingulari quodam ornatu, tum eo oris habitu ſiſtat, qui anno 1531. quo, ut diximus, coronatus eſt, facile reſpondeat. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.* 2. *dr.*

XIV.

Adverſa protomen Regis palliati, vitta, & corona obtecti, atque teſſera ordinis aurei velleris inſigniti exhibet: a ſiniſtris dextrorſum. Perigraphe ex ſacris litteris mutuata ſic fluit: COR. REGIS. IN. MANV. DOMINI. EST. PROVER. *biorum* 21.

In averſa aquila ſimplex, apertis faucibus, exhibetur inter æram Chriſti 1532. cum perigraphe: AQVILA ROMANI IMPERII SIMBOLVM. Impreſſa pectori parma, *Auſtriæ* & *Caſtiliæ* inſignia referente.

De occaſione & argumento nummi nihil certi licet affirmare. Cl. tamen KOEHLERUS, loco infra citando, coniicit, illum a civitate quadam imperiali, *Auguſtanæ Confeſſioni* addicta, percuſſum fuiſſe, quæ ex pace Religioſa, qua ſancitum fuit, ne cui Religionis cauſſa lis intendatur, aut moleſtia creetur, ſpem conceperit, fore, ut Romanorum Rex, *Deo cor eius ita diſponente*, Lutheranæ ſectæ hominibus placabilior reddatur, quam eum paullo ante fuiſſe per-

(a) STRUV. Per. x. p. 1084.
(b) Confer dicta a nobis in hanc rem P. I. p. 60. col. 2.

FERDINANDI I. IMP. nummi. Tab. II.

XVI.



XVII.



XVIII.



XIX.



XX.



XXI







XXII.



XXIII.





XXIV.





A. Dischler sc.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. I. a perſuaſum tenebant (a). Sed præplacent, quæ doctiſſimus Vir poſtea de FERDINANDI virtutibus: pietate, iuſtitia, clementia, ſubiungit, quæ adductis nonnullis exemplis demonſtrata, abunde docent, *cor huius Regis in manu Dei fuiſſe.* Certe has ipſas aliasque egregias FERDINANDI virtutes communi ore laudant omnes, qui eius geſta poſterorum memoriæ perſcripſerunt.

De aquila, quando cœperit eſſe teſſera *Romani Imperii*, diſquirunt Iuris publici Doctores, in primis eleganter ea de re ſcripſit HEUMANNUS (b). Sed pro FERDINANDO, ſi accuratius loqui velimus, hoc tempore aquila nondum erat ſymbolum *Imperii*, qui Rex ſcilicet tantum erat Romanorum.

Ceterum ſimilem inſcriptionem recenſuimus inter nummos MAXIMILIANI I. alterius tamen argumenti. Neque enim infrequens eſt, ut eadem ſymbola, aliis atque aliis perſonis vel ex toto vel ex parte, ſub diverſo tamen plerumque reſpectu, applicentur. KOEHLERUS. *P.* II. *pag.* 1.

XV.

FERDI. *nandus* D. *ei* G. *ratia* ROMA. *norum* HVN. *gariæ* BOEM. *iæ* ƆE. (*cetera*) REX. INFANS. HISPANI. *arum.* Protome Regis armata, capite coronato, dextrorſum verſo. In area hinc inde numerus anni 1532. Sub naſo fiſſura quædam cernitur, cuius generis nummi inter rariores aliquando referri ſolent.

Sed hæc talia caſu duntaxat eveniunt, vel a ruptura typi nummarii, vel etiam a negligentia ſcalptorum. Hunc certe ſine eo vitio prodiiſſe, docet exemplum aliud, in muſeo noſtro aſſervatum, quod nulla alia re, quam dicta fiſſura differt. FERDINANDUS I. IMP.

Averſa titulos Regis ſic proſequitur: ARCHIDVX. AVST. *riæ* ET. CARINT. *hiæ* D. *ux* STIRI. *æ* CARNI. *olæ.* Tria ſcuta, quorum unum ſuper alio poſitum. Supremum locum occupat ſcutum corona clauſa tectum, quod refert aquilam *Imperii* ſimplicem, qualis Regi Romanorum debetur, cum parma Auſtriaca, in pectore poſita. Ad latus oblique locata ſunt ſcuta *Hungariæ* & *Bohemiæ.* Medio loco apparet parma *Carinthiaca*, pileo Archiducum operta, habens ad latera inſignia *Auſtriæ* & *Styriæ.* Ultimum locum tenet parma *Carniolæ.* Ad latera denique primi & ultimi ſcuti adpoſita ſunt ignitabula, ex torque aurei velleris deſumpta.

Habet perigraphe hoc ſingulare, quod FERDINANDUM *Archiducem* quoque *Carinthiæ* appellet, prout & ſcutum *Carinthiacum* in medio locatum, tectum eſt pileo *Archiducali.* Inde vero probabile eſt, nummum in *Carinthia* cuſum fuiſſe. In uncialibus, eiusdem provinciæ recurrit idem titulus, quo de poſtea dicemus. *M. S. B. ar. ſeſquiunc.*

XVI.

FERDINAND. *us* ET. ANNA. RO. *manorum* VNG. *ariæ* BO. *hemiæ* REX. ET. RE. *gina.* Capita Regis Tab. II.

(a) M.B.L. P.II. p.3.
(b) De inſigni Germ. eiusque Regis titulo.

FERDINANDUS I. IMP.

gis & Reginæ iugata ut num. XII.

Qui in averſa ſequuntur tituli, in ſingulari numero concepti, ſoli FERDINANDO tribui dignoſcuntur: † INF. *ans* HISPA. *niarum* ARCHIDVX. AVST. *riæ* DVX. BVRGVND. *iæ* SLESI. *æ* MARCH: *io* M: *oraviæ.* Aquila ſimplex *Imperii*, expanſis alis: pectori impoſita parma quadripartita, referens inſignia *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Auſtriæ*, *Burgundiæ*, *Caſtiliæ* & *Legionis.*

Nummus ſine die & conſule; unde ætatem eius difficulter definias: niſi forte ex tæniis *Hungaricis*, primo loco poſitis, coniicere lubeat, eum occaſione coronationis Hungaricæ emerſiſſe; cum præterea ætas utriusque Principis, quantum quidem ex vultuum lineamentis coniicere licet, cum anno 1527. quo ea peracta fuit, haud diſconveniat. *M. Imp. ar. pond. ſemunc. & M. S. B. a.*

XVII.

FERDINANDVS. DEI. GRACIA. ROMAN *orum* VNGARIE. ET. BOEMIE. REX. ANNO. SAL. *utis* M.D.XXXVIIII. ÆTATIS. SVÆ. XXXVII. Icon FERDINANDI ad medium corpus, cum ordinis aurei velleris inſigni, & lato pileo in capite, fiſſuris & nodulis ornato: dextra elata, ſiniſtra vel chartam vel mappam, veterum conſulum ad inſtar, & quemadmodum apparere ſolent in diptychis, tenentis, vel certe Regis chirothecæ ſunt revolutæ, quales fere in nummo, paullo inferius num. XXVI. adducendo, conſpiciuntur. Supra togam porro amiculum geſtat, patagio lato inſtructum, cuius inciſuræ per fibulas denuo coniunguntur. Tab. II.

In averſa ſimplex aquila *Imperii*, cuius pectori impoſitum ſcutum maius quadripartitum, cum inſignibus *Bohemicis*, & *Hungaricis*, alternatim poſitis. His minus ſuperiacet, referens *Auſtriæ* & *Caſtiliæ* teſſeras. Pendet e ſcuto pars torquis aurei velleris, atque ad aquilæ pedes repetitur Regis nomen: FERDINANDVS REX. Additæ ſiglæ HR. haud dubie nomen ſcalptoris indicant.

Ex adiecto anno tam æræ vulgaris, quam vitæ Principis, ætas numiſmatis denuo figi poteſt. Nam collatis utrisque his epochis, numiſma poſt diem decimum Martii, anni 1539. ſecundum dicta ad num. VII. neceſſario cudi debuit; cum eo die elapſo FERDINANDUS annum ætatis XXXVII. inchoaret. Atqui eo temporis ſpatio, quod a decimo Martii anni 1539. ad finem anni effluxit, nihil admodum memorabile geſtum eſt, niſi quod menſe Februario conventus *Francofurti* (a) inſtitutus ſit, XVI. Aprilis die abſolvendus. a

Illius ergo occaſione nummus cuſus videtur; ſive quod FERDINANDUS ipſe comparere in animo primum habuerit; ſive illud Legatis detulerit, bene merentibus, atque in partes Imperatoris Regisque euntibus, ibidem diſtribuendum.

Quidquid ſit, numiſma tantæ magnitudinis, tamque ſcita ela-

(a) Vid. DU MONT. corp. diplomat. Tom. IV. P. II. pag. 187.

Tab. II. elaboratum manu, dignum certe fuit, quo Rex Romanorum pro *honorario* uteretur. *M. S. B. ar. pond.* 1. *unc.* & ¼.

XVIII.

†: FERDINANDVS: D: *ei* G: *ratia* ROM: *anorum* HVNG: *ariæ* BOEM: *iæ* DALMA: *tiæ* CROA: *tiæ* REX. Conveniret hic typus cum adverſis mox ſubſequentium nummorum: ſed omnia hic iuſtiori & elegantiori modo, adde & integriori expreſſa ſunt. Inſidet Rex cataphractus equo, magnifice ornato, phaleratoque: ſupra galeam laxatam atque duabus pennis *Struthionicis*, ad caudæ oblongæ ſpeciem, extantibus, ornatam, coronam quoque radiatam gerit, atque præter aurei velleris torquem, ab humeris ſuſpenſum, dextra ſcipionem, Imperatoris, exercitum ducentis, inſigne, tenet, ſiniſtra equum dirigens. Stragulo equi tria ſcuta intexta ſunt. Primum *Auſtriæ* eſt, *Hungariæ* medium, tertium a duobus leonibus ſuſtentatum, ex teſſeris *Caſtiliæ*, *Legionis*, *Arragoniæ*, & *Siciliæ* compoſitum. In exergo numerus anni 1.5.4.1. legitur.

Averſa perigraphen prioris partis, ſic proſequitur: †: INFANS: HISPA: *niarum* ARCHIDVX: AVSTRIE: DVX: BVRGVNDIE: Aquila ſimplex *Imperii*, ſplendido nimbo cincta, in pectore habens impreſſum maius ſcutum quadripartitum, repetitas *Hungariæ* & *Bohemiæ* teſſeras referens, cui impoſita parma *Auſtriæ*.

IOANNE *de* ZAPOLIA anno 1540. vivis erepto, FERDINANDUS legationem *Budam* miſit, qua regnum Pannoniæ a relicta Regis vidua repeteret. Convenerat enim anno 1538. inter utrosque, ut ſi IOANNES vita excederet, totius regni Imperium ad FERDINANDUM devolveretur (a). Sed reſponſo, minus arridente, accepto, militem, qui ius ſuum vi & armis perſequeretur, conſcribit, qui & dicto anno 1540. Duce *Leonardo* VELSIO, Vicegradum, Pæſtum, Vacciam, ac demum Albam regalem, munitiſſimum Hungariæ propugnaculum, expugnat. FERDINANDUS I. IMP. a

Interea Turcis a Regina in auxilium evocatis, atque Vacciam primo vere anno 1541. recuperantibus, FERDINANDUS in comitiis, quæ tum agebantur, Ratisbonenſibus, CAROLO fratri facile perſuadet, ut ROCHANDULPHUM ſeu ROCHENDORFIUM regiæ aulæ magiſtrum, illuc cum novis copiis mitteret: qui etſi rem contra infideles non minus inconſulte, quam infeliciter gereret; dubium tamen vix eſt, quin FERDINANDUS novam hanc expeditionem præſenti numiſmate; ubi ſiquidem Imperatorio habitu comparet, titulisque regnorum *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, per extenſum utitur, annuntiare voluerit; maxime cum in laudatis comitiis etiam de auxiliis, adverſus Turcas ab Imperio mittendis, actum fuerit (b). Qua in re FERDINANDUS patris MAXIMILIANI exemplum ſecutus eſt: qui in bellum profecturus, nonnunquam ſimili fere habitu in nummis comparere b

(a) Iov. lib. XXXIX. & ISTUHANF. lib. XIV. 360. ſeqq.
(b) SURIUS commentar. ad an. 1541. pag.

FERDINANDUS I. IMP. a

voluit (a). *M. S. B. au. pond.* 18. *duc. & ar. pond. ſeſquiunc.*

XIX.

Adverſa cum præcedenti convenit, niſi quod ſupra galeam coronam radiatam haud obſervemus.

Averſa perigraphen præcedentis, quanquam non ſine diſcrimine, hunc in modum repetit: FERD. *inandus* D. *ei* G. *ratia* EL. *ectus* ROM. *anorum* IM. *perator* S. *emper* AV. *guſtus* GER. *maniæ* HV. *ngariæ* BO *hemiæ* REX. INF. *ans* HIS. *paniarum* ARCHID. *ux* AVS. *triæ* ZC. (*et cetera*) CO. *mes* TYR. *olis.* Aquila *Imperii* biceps coronata, impreſſum pectore gerit ſcutum, in quatuor areolas diſtributum, ex repetitis *Hungariæ* & *Bohemiæ* inſignibus, quibus *Auſtriæ* parma ſuperimpoſita eſt.

Poſtica iſthæc circa annum 1558. quo FERDINANDUS ad Romanum Imperium evectus fuit, cuſa, & adverſæ præcedentis nummi vetuſtioris de anno 1541. iuncta eſt. Patet id tum ex repetito FERDINANDI nomine, tum ex titulo *Electi Romanorum Imperatoris*, ac denique ex aquila bicipiti *Imperiali*. Quin & MAXIMILIANUS II. anno 1565. eadem prorſus adverſa parte, quam num. præcedenti recenſuimus, uſus erat, quod ſuo loco videbimus. Nimirum,

b ut Cl. HANTHALERUS (b) recte monuit, hic adverſæ partis typus ob ſuam elegantiam conſervatus, & ſubſequentibus annis repetitus, diverſisque poſticis, atque adeo nummis etiam uſualibus adiunctus fuit. LOCH. an. 1743. *p.* 81. Tab. II.

XX.

Typus adverſæ partis cum præcedentibus fere convenit, niſi quod in voce CROAT. loco C. littera G. inciſa, atque figura a chalcographo LUCKII pro more inverſa fuerit. Abeſt denique a galea corona radiata, itemque ſcutum *Auſtriacum*, in præcedentibus anteriori equi ſtragulo impreſſum. Denique ſcutum poſterius a duobus leonibus ſuſtentatum, *Legionis*, *Caſtiliæ*, *Burgundiæ*, atque *Auſtriæ* teſſeras præfert, ſecus ac in prioribus factum eſt; quæ ſingula, an oſcitantiæ chalcographi *Luckiani* adſcribenda ſint? alii iudicent.

Epigraphe averſæ in hanc ſententiam concepta eſt: AQVILA. ELECTA. IVSTA. (pro IVSTE) OMNIA. VINCIT. Aquila *Imperii* biceps coronata, utroque roſtro nimbo cincto. In pectore cernitur imago hominis nudi, quaſi Sanctiſſimi Salvatoris cruci affixi. In hoc ſcilicet pietas FERDINANDI omnem ſuam fiduciam collocabat.

De ætate porro huius poſticæ idem ſentiendum, quod de averſa nummi præcedentis monuimus; vetuſtiorem nimirum eſſe adverſa, eidem iuncta. Accedit, quod eadem figura recurrat in nummo minoris moduli, ſignato anno Chriſti 1562. quod in ſubſeqnentibus videbimus n. XXVIII. Ex litteris inſcriptionis initialibus obſervari præterea, ſi quis curioſus talium rerum ſit, poteſt, quomodo FER-

(a) Vid. P. I. pag. 30. num. XXV. — XXVIII. & pag. 35. num. XXXIII. Tab. XII. & XIII.

(b) Loc. cit. p. 25.

Tab. II. FERDINANDUS explicaverit tritum illud proavi sui FRIDERICI *Placidi* symbolum: A. E. I. O. V. quod tot Eruditorum exercuit iam ingenia; quorum sententiæ
a collectæ sunt ab HEINECCIO (a),
b TENZELIO (b), & LAMBECIO
c (c), qui demum veram ac genuinam eius interpretationem,
d ut iam monuimus (d), orbi erudito communicavit. Huius porro nummi archetypum, una cum altero simili vidisse se te-
e statur Clar. KOEHLERUS (e), in iisque non sine ingenti admiratione aquilam bicipitem observasse. Sed detecta iam ex aliis nummis eius rei ratione, facile patet, FERDINANDUM eo symbolo ante non usum fuisse, quam dignitatem Imperatoriam adeptus fuisset. Eodem lemmate usus quoque est CAROLUS V. ut in priori huius nummothecæ
f volumine vidimus (f). LUCK. *pag.* 100.

XXI.

FERDINANDVS. D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* BOHEMIÆ HVNGARIÆ. ET. *cetera* REX. MDXLVI. Protome Regis cataphracta, cum tessera ordinis aurei velleris, capite nudo ad lævam conversо, cum promissa barba.

Postica titulos eius sic prosequitur: INFANS: HISPANIARVM. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Aquila *Imperii* simplex, scutum coronatum quadripartitum pectore gerens. In eo *Bohemiæ* & *Hungariæ* symbola sunt repetita, quibus in medio imposita est parmula, fascia *Austriæ* inscripta. FERDINANDUS I. IMP.

Numisma hoc durante bello, quod CAROLUS V. Imp. cum fratre FERDINANDO Rom. Rege contra *Schmalkaldici fœderis* socios susceperit, cusum fuisse, asserit LUCKIUS, quod suo loco relinquimus; nos in nummis CAROLI V. a num. XLIV. & sequentibus, iam plura, in memoriam factæ huius expeditionis, ectypa dedimus.

In area parmulæ mediæ sinistra supplenda est tessera *Castiliæ*, & in adversa effigies Regis a pictore LUCKII denuo inversa fuit; nam idem fere typus recurrit hic infra cum æra Christi MDLV. num. XXIII. *Id. p.* 115.

XXII.

FERDINANDVS. D. *ei* G. *ratia* ROMA. *norum* VNGARIE BOHEMIE ECZ. (*et cetera*) REX. Protome Regis palliati, & insigni ordinis aurei velleris conspicui, capite caliptra operto & dextrorsum converso: adiecta hinc inde in umbone æra Christi MDEXVII.

Postica hanc epigraphen Germanicam complectitur: WIER: KLAGENS: GOTT. id est: *lamentor apud Deum*, subintellige *funus uxoris*. In area coronata sigla A, id est ANNA. Additi numeri Romani MDXLVII. In imo calva ossi imposita.

Nummus hic exequialis signatus fuit ob obitum ANNÆ, Regis FERDINANDI dilectissimæ coniugis, quæ hoc ipso anno 1547.

(a) Oper. de Sigill.
(b) Colloq. menstr.
(c) Diar. S. itineris Cell. p. 9. edit. FABRIC. adde KOEHLER. mox laudand. P. III. p. 169.
(d) P. I. p. 9 & 84.
(e) M. B. L. P. II. p. 8.
(f) Tab. XXII. num. XXXIV. pag. 83.

FERDINANDUS I. IMP.

1547. die XXVII. Ian. diem extremum clauſit. *Ex. M. D. a.* ROSENTHAL, *& M. Imp. ar. pond. ſemunc.* 2. *dr.* fuſus tamen, & ubi ſciolus quidam numerum averſæ partis VII. in Arabicum 51. præter fidem commutaſſe videtur.

XXIII.

FERDINANDVS D. *ei* G. *ratia* ROMA. *norum* BOHEMINI. HVNGA. *riæ* Z. (*cetera*) REX. M.D.L.V. Protome Regis ut num. XXI. niſi quod hic dextrorſum reſpiciat.

Averſa titulos more ſolito ſic continuat: INFANS. HISPANIAR. *um* ARCHIDVX. AVSTRIHI. Aquila Imperii biceps, ſcutum coronatum quadripartitum pectore geſtans. In eo *Bohemiæ* & *Hungariæ* ſymbola ſunt repetita, quibus in medio impoſita eſt parmula, *Auſtriæ* & *Caſtiliæ* teſſeris diviſa. Epigraphe ita mendoſe a ſcalptore nummi, non a chalcographo eſt exarata. Pro *Bohemiæ*, ſcriptum *Bohemini*, (qui error hic infra in nummo Iconico num. XXXIX. denuo recurret) & loco *Auſtriæ*, legitur *Auſtrihi*.

Additæ notæ chronologicæ, annum 1555. indicant, quo FERDINANDUS in comitiis Auguſtanis unacum fratre præſens, *pacem Religionis*, quam vocant, conſtituit (a), qua occaſione hunc nummum ob typi ſimilitudinem, quam cum num. XVII. habet, prodiiſſe coniicimus. *M. D. B. de* BERBERICH.

XXIV.

FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia* ROMA. *norum* HVNGA. *riæ* BO. *hemiæ* REX. Z. (*et cetera*). Protome Regis cataphracti cum paludamento, & ordinis aurei velleris inſigni, capite nudo ad lævam verſo. Tab. II.

In averſa ſenex cum hiſpida & longa barba, nudus inter ulvas ſeu calamos recumbit, *Danubium* fluvium repræſentans: dextra hydriæ, ex qua aqua profluit, impoſita, ſiniſtra gubernaculum navis erectum tenet, addita perigraphe: IN. SPEM. PRISCI. HONORIS. Veteres eundem fluvium ſub ſenis iacentis ſchemate, & caput velo, ſeu veſtis lacinia, in fornicis modum obtegentis, ſiniſtroque cubito urnæ, dextra vero navigii proræ impoſita exhibebant, ut videre eſt apud OISELIUM (b). Idem vero Auctor alium quoque eodem loco producit nummum, CONSTANTINI *Magni*, ubi idem fluvius huic noſtro haud omnino abſimili forma pingitur, omiſſo tamen temone. b

Similem fere nummum edidit LUCKIUS, ſtatim adducendum, illumque FERDINANDI memoriæ dicatum fuiſſe memorat, ob *Tranſilvaniam* ab ISABELLA, ſeu ELISABETHA IOANNIS *de Zapolia* vidua, ex pacto circa annum 1558. receptam. Lemma vero averſæ in hunc modum exponit: quod uti TRAIANUS & HADRIANUS Impp. ſecundo flumine *Danubio* ſæpe Dacos vicerunt: ſic FERDINANDUM concepiſſe ſpem, fore: ut recepta *Tranſilvania* Hungariæ quo-

(a) Vid. STRUV. corp. hiſt. Germ. per. X. p. 1076.

(b) Tab. XXIV. num. III. p. 107. & BEGERUM in Theſ. Brandeb.

FERDINANDI I. IMP. *nummi*. Tab. III.

XXV.





XXVI.





XXVII.





XXVIII.



XXIX.





XXX.





XXXI.





Iconici.

XXXII.





XXXIII.



XXXIV.





Iconici et restituti.

XXXV.





XXXVI.



XXXVII.





XXXVIII.



Monum. Austr. T. II. P. II. Petr. Mayr. Del. et Sculpsit. *C. p. 17.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. II. quoque regnum recuperet, atque *priſcum* hoc modo *honorem* non imminuat, ſed augeat atque conſolidet.

Verum ſi hic nummus ob recuperationem *Tranſilvaniæ* cuſus eſt: ad annum potius 1550. referri debet, quo FERDINANDUS dictam ISABELLAM, armis pactisque eo adegit, ut relicta *Tranſilvania* una cum filio, cui principatus Opolienſis decernebatur, in Sileſiam ſecedens, provincias atque coronam ceteraque regni Hungarici inſignia, ſibi redderet. Cum e contrario, inſecuto tempore, Hungaria cum Turcicis, tum civilibus bellis ad annum uſque 1562. quo octennales induciæ pactæ fuerunt, ita deflagraret, ut FERDINANDO hanc *priſci honoris*
a *ſpem* pæne exemiſſent. (a).

Quod ſi vero in nummi ſequentis adverſa parte inſcriptio, ut credi fas eſt, ſincera eſt & genuina: neque anno 1550. ſignari potuit; cum, ut notum eſt, FERDINANDUS ea tempeſtate nondum *electus Rom. Imperator* dici potuerit. Videtur ergo nummus, ſaltem poſterior ille, in memoriam obtentæ a FERDINANDO coronæ *Imperialis* ſignatus: ad imitationem ſcilicet CAROLI fratris, qui *Bononiæ*, corona ferrea aureaque a Summo Pontifice redimitus, ſimilem nummum cum *Tiberis* fluvii ſimulachro percuti fecit. (b).
b Quemadmodum ergo CAROLUS tum ut Italiam pacaturus, ſicut ibi coniecimus, numum ſignabat; ita quoque ſpes certa affulgebat,

(a) Vid. ISPHUANFF. rer. Hungar. lib. XIII. p. m. 181. ſeqq.

fore: ut FERDINANDUS Imperiali quoque corona, poſt abdicationem fratris, potitus, atque adeo viribus auctus, pacem tranquillitatemque in Hungariæ regno confirmaret, illudque contra immanem Turcarum tyrannum eo fortius tueretur, quo evaſiſſet potentior. *M. Imp. ar. pond. 4. unc. & ſemis.* FERDINANDUS I. IMP.

XXV.

Adverſa, ſi FERDINANDI effigiem ſpectes, typo præcedenti haud abſimilis: verum epigraphe variat; ſcribitur enim hic ROM. IMP. ELECTVS. In adverſa prioris nummi tantum legitur titulus: *Rom. Regis.* Typus quoque averſæ partis hic pro more inverſus eſt. An eiusmodi variationes vitio chalcographi tribuendæ ſint, an vero typi nummarii re ipſa diverſi fuerint, diſcernant alii. Explicationem huius nummi præcedenti numero dedimus. LUCKIUS *pag.* 192. Tab. III.

XXVI.

FERDINAND: *us* D. *ivina* FAV. *ente* CLE. *mentia* EL. *ectus* RO. *manorum* IMP. *erator* GER. *maniæ* HVNG. *ariæ* BOHE. *miæ* REX.

Protome Imperatoris cum promiſſa barba & caliptra in capite, adverſa non nihil fronte, in toga pellita, dextra chirothecas, ſiniſtra chartam tenentis, dependente ab humeris torque ordinis aurei velleris.

Averſa caret inſcriptione, ſed in eius umbone cernitur ſcutum, aquila bicipiti, quæ in pectore inſignia Cæſaris gerit, con-

(b) Part. I. tab. XXI. n. XXI. & XXII. pag. 77. ſeq.

FERDINANDUS I. IMP.

ſpicuum, & torque aurei velleris cinctum, quod ſuſtinent duo genii. Supra duo genii minores, clypeo *Imperiali* coronam imponunt.

LUCKIUS nummum hunc anno 1555. celebratis Auguſtæ Vindelicorum comitiis, cuſum fuiſſe aſſerit.

Sed uti formula illa, quæ in adverſa legitur: *Divina favente clementia electus Rom. Imperator*, alias in diplomatibus frequens, in nummis vero rara & inſolita eſt: ita ex nummo mox ſequenti patebit, FERDINANDUM, CAROLO V. eius fratre vivente, ſe *Rom. Imperatorem electum* anno primum 1558. ſcripſiſſe.

Quare dubium haud eſt, quin nummus eiusdem ac ſequens argumenti ſit; in memoriam nimirum translatæ anno 1558. in FERDINANDUM, & ab Imperio confirmatæ dignitatis Imperatoriæ (a), id quod præter titulum adverſæ partis, non obſcure commonſtrant duo genii, armis FERDINANDI coronam Cæſaream, eandem ſcilicet, quæ in ſequenti nummo, haud dubie, hunc in finem percuſſo, bis depingitur, imponentes. *Id. p.* 176.

a

XXVII.

FERDINANDVS. D: *ei* G. *ratia* ELECTVS. ROMANORVM IMPERATOR. ANNO. M D. L. V. III. MARCY. DIE. IIII. ÆT: *atis* SVE. 5.5. Protome Imperatoris armata, & torque aurei velleris conſpicua, capite corona Cæſarea obtecto, & ad lævam converſo.

In poſteriori nummi facie tituli ſic continuantur: SE. *mper* AVG. *uſtus* INF. *ans* HISP. *aniarum* REX. GER. *maniæ* HVNG. *airæ* BOH. *emiæ* ARCHIDVX. AVSTRI. *æ* D. *ux* BVRG. *undiæ* CO. *mes* TIROL. *is*. Aquila *Imperii* biceps, coronata, pectore gerens ſcutum, impoſita corona, quadripartitum, inſignia *Hungariæ* & *Bohemiæ* repetita exhibens, quibus in medio parmula ſcutaria *Auſtriæ* eſt impoſita.

Tab. III.

FERDINANDUS iam tum anno 1531. *Coloniæ* Rex Romanorum, ut alias diximus, ſalutatus fuerat, & in comitiis *Spirenſibus* anno 1544. a toto Imperio agnitus; abdicato deinde anno 1556. a CAROLO V. Imperio, titulum Imperatoris non ante uſurpavit, quam in comitiis *Francofurtenſibus* ſolemni per Legatos renuntiatione CAROLI Electoribus Imperii promulgata, Romanorum Imperator ab iisdem renunciatus, plenam Imperii adminiſtrationem ſuſcepit, miſſo etiam ſubſecuto menſe Aprili ad PAULUM IV. Pontificem Max. ſupremo Camerario ſuo *Martino* GUSMANNO, qui electionem ſuam ſignificaret. Quo licet legitimam eſſe negante, PIUS tamen IV. anno 1560. ratam habuit & acceptam (b).

b

Sed interim FERDINANDUS nec titulo, nec inſignibus abſtinuit, ut inter cetera teſtis eſt hic nummus, in quo præterea tum ætas Principis, tum electionis epocha rite conſignata ſunt, alterumque alteri apprime reſpondet. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.* 2. *dr.*

XXVIII.

(a) GUIL. GODOLEVÆUS in hiſt. abdicationis CAROLI V. apud. SCHARD. tom. II. p. 1915. THUANUS lib. XXI. pag. 627. reliqui.

(b) THUANUS lib. XXII.

Tab. III.

XXVIII.

FERDINANDVS. D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* IMP. *erator* S. *emper* AVG. *uſtus* GER. *maniæ* HVN. *gariæ* BOE. *miæ* REX. Effigies Cæſaris fere ut numero XXIV.

In poſteriori nummi facie aquila *Imperii* biceps coronata exhibetur, pectore impreſſam exhibens hominis nudi, ceu Salvatoris, e cruce pendentis, imaginem, ut num. XX. adiecta in ambitu epigraphe: AQVILA. ELECTA IVSTE. OMNIA. VINCIT. 1562.

Similem averſam, ſed maioris formæ, ſupra iam dedimus ad annum 1541. dicto num. XX. ubi expoſitionem figuræ æque ac inſcriptionis reperies; hæc tamen caſtigatior eſt illa priori, utpote quæ vocem IVSTE, pro *iuſta* expreſſam habet.

Hoc anno FERDINANDUS cum Turcarum Imperatore octennales Inducias pepigit, qua forte occaſione hic nummus prodiit; cum omnium victoriarum ad inſtar fuerit, regno Hungariæ poſt tot cruenta bella tranquille tandem potiri: ut ut Romanorum Imperatori haud decorum fuerit, triginta aureorum nummum millia quotannis Conſtantinopolim mittere. (a) *M. D. de* FRANCE. *arg. pond.* 3. *dr.* a

XXIX.

Anterior nummi pars effigiem Cæſaris fere ut num. XXVII. exhibet. Perigraphe, quæ una cum inſcriptione partis averſæ iungenda eſt, ſic ſonat: DIVI. CÆSAR. *is* FERDINANDI. PRIMI. AVGVSTI. PII. FOELICIS. MEMORIA. FVNEBRIS. ANNO. 1565. FERDINANDUS I. IMP.

Obierat quidem extremum diem Cæſar iam XXV. Iulii 1564. ſed exequiæ eius anno primum inſecuto, ob bellorum motus celebratæ ſunt; quæ occaſionem nummis hiſce exequialibus dederunt. *M. Imp. au. pond.* 1. *ducat. & ibid. in arg. necnon M.* BUOL. *ar. deau. pond.* ½. *dr.*

XXX.

Idem typus, ac proxime præcedens, ſed nummus maioris eſt moduli. LUCK. *p.* 213.

XXXI.

FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia* RO. *manorum* HVNGA. *riæ* BO. *hemiæ* REX. C *etera*. Protome Regis ut num. XXIV.

In averſa IUPITER aquilæ inſidens, gigantes quaſi olympum oppugnare volentes, igne ſacro diſcutit, addito hemiſtichio ex VIRGILIO (b) deſumpto: DISCITE IVSTITIAM. MONITI. b

Idem lemma occurrit in nummo PHILIPPI II. Regis Hiſp. anno 1570. percuſſo (c). c

Similem nummum cum effigie CAROLI V. edidit Clar. KOEHLERUS (d), qui Parti I. huius nummothecæ inſerendus cum eſſet, diligentiam noſtram, ſeu potius cuiusdam ex noſtris chalcographis fugit, quibus nimirum negotium datum fuerat, ſingulos Auſtriacos nummos, in opere *Koehleriano* occurrentes, atque hunc in finem nota quadam a nobis inſignitos, excerpendi. d

(a) ISTHUANFF. lib. XXI. p. 260.
(b) Æneid. lib. VI.
(c) Parte I. Tab. XXXII. num. LXVI. pag 151.
(d) Parte. XVI. p. 125.

FERDINANDUS I. IMP.

Adversa eius pars eadem fere est, cum ea, quam in citata parte I. exhibuimus (a). Aversa autem convenit illi, quam modo versamus: nisi quod hæc alteram magnitudine nonnihil excedat. Ibidem vero Doctissimus Vir ostendit, numisma illud memoriæ caussa, ob devictos a CAROLO V. Schmalkaldici fœderis Principes, percussum fuisse. Ad quam victoriam cum & FERDINANDUS plurimum contulerit, dubium non est, quin & præsens numisma eiusdem sit argumenti. Verba quæ laudatus KOEHLERUS ex LUCKIO in hanc rem adfert, hic quoque legi merentur: *Sunt ipsi*, ut vides, *gigantum instar*, *Principes Protestantes: qui saxis ingentibus congestis, admotisque scalis cœlum conscendere, deque sede sua Deos immortales deturbare conantur. It obviam conatibus eorum* IUPITER, *qui Cæsar est* CAROLUS, *cæterique Superi, qui eius Symmachi. Hi misere mulctatos Læstrigonas* (*ut putabat*) *istos, deque cœlo, fractis scalis, præcipitatos, versu monent* VIRGILIANO: *cautius deinceps mercari discant: non Magistratum spernant superiorem: quodque callide, inconsulteque per vim suscipitur, inauspicato plerumque cedere, & uberem post se se pœnitendi segetem relinquere statuant* (b).

Dixit hoc LUCKIUS occasione numismatis, quod honoribus NICOLAI BARONIS MADRUCII Witebergæ, a CAROLO V. bello Schmalkaldico captæ, Præfecti, datum, hanc ipsam aversam partem præfert. Hinc discimus posticam tribus diversis nummis, eadem tamen occasione signatis, fuisse applicatam. Quanquam in *Luckiana* designatione figuræ pro more inversæ sint, & nec KOEHLERI nec LUCKII exemplar nostri magnitudinem æquent. Tab. III.

Postremo adversa huius numismatis pars, postica destituta, reperitur quoque in tabulis HERÆI, inter nummos iconicos familiæ Austriacæ. *M. Imp. ar. fus.*

NUMMI ICONICI ET RESTITUTI.

XXXII.

MAXI. *milianus* ROM. *anorum* IM. *perator* ARCH. *i* DV. *x* AVST. *riæ* ET. DO. *minus* TER. *rarum* OCCI. *dentis* ORI. *entis*. Protome MAXIMILIANI I. Cæsaris in toga pellicea, insigni ordinis aurei velleris conspicui, cum pileo in capite, ad lævam conversо.

In altera nummi parte effigies CAROLI & FERDINANDI, MAXIMILIANI nepotum, sibi invicem adversæ sistuntur. CAROLUS eodem prorsus habitu, quo avus in adversa, comparet. FERDINANDUS autem ibidem togatus, capite nudato, repræsentatur, dependente a collo catenula, cruce instructa, cuius extremitatem manu dextra tangit. Perigraphe hæc est: SVI: NEPO: *tes* CAROL. *us* HISPA: *niarum* AC. FERTI. *nandus* SICIL. *iæ* T. (*Duces*) AV. *striæ* BV. *rgundiæ*.

Titulum *Regis Siciliæ* exoticum esse, atque FERDINANDO in hoc nummo perperam tribui existimat Cl. KOEHLERUS loco infra citando. At regnum illud post

(a) Tab. XXII. num. XLVIII.

(b) LUCKIUS p. 125.

Tab. III. a

poſt MAXIMILIANI avi mortem eidem decretum fuiſſe teſtatur inter ceteros I. C. BEHR (a) qui tamen in eo decipitur, quod illud tum primum factum fuiſſe ſcribit, cum CAROLO ſumma Imperii delata fuit. Contra ſcilicet ac nummus docet, teſtis utique locupletior, qui rem hanc ad annum 1518. in exergo impreſſum, conſignat.

Difficultatem quoque non minimam in littera T. quam nos confidenter in D. mutamus, invenit KOEHLERUS. Sive enim iterum T *errarum*, ait, ſive ET legas, nuſpiam idoneus reddetur ſenſus; quare vitio ſcalptoris aliquid neglectum putat. Sed manifeſtum eſt, ſcalptorem contra orthographiam duntaxat peccaſſe, ita ut utrinque D in T, quæ litteræ etiam antiquis permutabiles erant, commutaverit. Id quod inſuper non obſcure confirmat dicta ſuperius num. II. de voce VERTINA.

Ceterum expreſſæ in hoc nummo trium Principum effigies perſuadere videntur, ut nummis potius iconicis ac mnemonicis, quam uſualibus, aut certe utrisque adſcribatur. KOEHL. M. B. L. *P.* III. *p.* 177.

XXXIII.

Effigies FERDINANDI & ANNÆ iugatæ; ille pileo opertus, & vellus aureum pectore gerens: hæc more Hungarico vittata & torque ornata.

Eſt hic nummus altera pars illius quem Tomi II. parte I. Tab. XXIV. num. LXII. produximus, epitonio pariter, quo cum altera occludi poſſit, inſtructus. Ibidem reliqui nummi, in quibus FERDINANDI & CAROLI V. facies iunctæ occurrunt, recenſentur. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc.* 2. *dr.* FERDINANDUS I. IMP.

XXXIV.

Protome FERDINANDI togati, torque aurei velleris inſigniti, capite caliptra tecto, ad lævam reſpiciente, abſque inſcriptione.

Averſa CAROLI V. effigiem eodem habitu, capite tamen ad dextram verſo, offert. Adiecta perigraphe: CAROLVS: V: ROMA: *norum* IMP: *erator* AVG: *uſtus* ANNO: DNI. M D X L VIII.

Convenerunt anno 1547. ambo fratres Auguſtæ Vindelicorum, quo Principes Germaniæ vocati frequentiſſimi aderant, Electoresque ad unum omnes comparuerunt. Is conventus in annum ſequentem protractus fuit, atque inter cetera etiam cum FERDINANDO actum, ut Imperii dignitate abdicata, eandem PHILIPPO, CAROLI filio, cederet (b). b

Ibi hic nummus iconicus eorundem honoribus facile datus eſt. FERDINANDI effigiei nihil admodum adſcribitur, quod forte ſpes firma concepta fuerit, eundem petito Cæſaris conceſſurum, atque adeo titulos cum dignitate mutaturum; hincque ſatius viſum fuerit, nullos apponere, quam incertos. Verum hæc perſpicacia forte plus nimia eſt, nec præſenti rei vel ſatis utilis, vel opportuna. *M. Imp. pl.*

(a) Leben der Erzherzogen P. 1. p. 383.
(b) Vid STRUV. Corp. hiſt. Ger. period. X. §. LXXX p. 1053.

FERDINANDUS I. IMP.

XXXV.

FERDINANDVS. D. *ei* G. *ratiæ* ROMA. *norum* HVNGA. *riæ* BOHEM. *iæ* REX. ARCHIDVX. AVST. *riæ* ZC: (*et cetera*). Protome FERDINANDI cataphracta, adverſa fronte & nudo capite.

Averſa, carens inſcriptione, ſiſtit ſcutum coronatum & torque aurei velleris cinctum; cui impreſſa aquila ſimplex, pectore geſtans clypeum quadripartitum, repetita *Hungariæ* & *Bohemiæ* inſignia referentem, quibus impoſita parmula ſcutaria *Auſtriæ*, *Burgundiæ*, ceterarumque Auguſtæ Domus provinciarum.

Nummus hic notis chronologicis deſtitutus, incertæ ætatis eſt. Barba tamen promiſſior ac reliquus oris habitus, eundem iam adulta FERDINANDI ætate cuſum fuiſſe non obſcure indigitant. Quanquam ante annum 1558. prodiiſſe, *Romanorum Regis* titulus facile evincat. *M. Imp. ar. deau. pond. ſeſquiunc.*

XXXVI.

Quod ſequitur numiſma, priori duntaxat latere ſignatum, tria capita iuncta, ſiniſtrorſum verſa, ſingula ad medium pectus exhibet. Primum a latere dextro eſt MAXIMILIANI I. caliptra pellita obtectum, in toga pariter pellicea, dependente ab humeris torque aurei velleris. Reliqui duo CAROLUS & FERDINANDUS togati, pileisque operti, idem inſigne geſtant. Superius telamones, duo leones, clypeum Imperialem coronatum ſuſtinent. Additur epigraphe: MAXIMILIANVS. CAROLVS. FERNANDVS. MDXXXVI. Tab. III.

Biceps aquila MAXIMILIANO & CAROLO ſolummodo convenit; cum anno in nummo ſignato FERDINANDUS Romanorum adhuc Rex ſalutabatur. *M. Imp. pl.*

XXXVII.

Effigies iugatæ eorundem Principum, eodemque habitu, quo in præcedenti nummo iconico; quamvis alio ordine diſpoſitæ, MAXIMILIANO videlicet medium occupante locum, qui & ſolus obtectus eſt.

Averſa Sanctiſſimam Triadem exhibet, qua quidem id voluiſſe videtur inventor, ut quemadmodum Pater & Filius & Spiritus Sanctus ſummæ perſonæ ſunt in Divinis: ita quoque hi tres Principes ſummæ perſonæ in humanis fuerint. Quod quam belle procedat, videant alii. Interim ſimile fere inventum vidimus inter nummos CAROLI V. (a). *Ibid. ar. pond. ſemunc.* a

XXXVIII.

Anterior huius numiſmatis facies, protomen FERDINANDI cataphracta muniti, & inſigni ordinis aurei velleris conſpicui contemplandam offert, dextra capulum gladii, ſiniſtra chirothecam, aut chartam convolutam tenentis, capite nudo, dextrorſum converſo. Hinc & inde duo genii cernuntur, columnis acclinati, clypeos ſuſtinentes, quorum qui a dextris eſt, leonem *Bohemicum*, qui a ſiniſtris, faſciam *Auſtriacam* oſtendit.

(a) P. I. Tab. XXIV. n. LII. & LIII. pag. 92. & 93.

FERDINANDI. I. IMP. nummi. Tab. IV.

XXXIX.



XL



XLI.



XLII.



XLIII.



XLIV.



XLV.



XLVI.



XLII.

XLIII.

XLIV.

Vnciales et monetae.

LI.





LII.





LIII.



LIV.



XLVII.



XLVIII.



XLIX.



L.



LV.





LVI.



Monum. Austr. T. III. P. II. D. p. 23.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. III. dit. In ambitu epigraphe, ordine præpoſtero poſita, ſic ſonat: FERDINANDVS. D. *ei* G. *ratia* ROMA *norum* HVNGA *riæ* BOEMIAE INFANS. HISPANIAR *um* ARCHIDVX AVST. *riæ* REX. quæ ultima vox poſt BOEMIAE incidenda fuerat.

Altera facies CAROLUM V. eodem habitu, quo in adverſa FERDINANDUS ſiſtitur, ſiniſtrorſum tamen verſum, repræſentat, & ex geniis alter ſcutum cum aquila bicipiti oſtendit, alter ſimiliter teſſeram *Auſtriacam*. Epigraphe hoc verſu abſolvitur: PROGENIES DIVVM QVINTVS SIC CAROLVS ILLE IMPERI CAESAR.

Quæ ſequuntur: LVMINA ET ORA, ſeorſim ſumenda, atque effigiem Cæſaris indigitare videntur, quanquam reliquæ inſcriptioni adiecta, fere diſtichon efficiant. Numiſmatis ætas ex ſequenti nummo eruenda eſt, atque ad annum 1550. quam epocham ſequens præfert, reponenda; utpote cum alterum ad alterius normam exactum, ſimillima quoque vultuum lineamenta exhibeant. *M. S. B. ar. deau. fuſ. triplici catenula ſuſpenſ. pond. ſeſquiunc.*

XXXIX.

Tab. IV. FERDINANDVS D*ei* G*ratia* ROMANOR *um* HVNGARI *æ* BOEMINI (pro *Bomiæ* vel *Bohemiæ*) INFANS HISPA *niarum* ARC *hidux* AVS *triæ* REX. (quæ vox denuo ſuo loco, ut in præcedenti ponenda fuerat.) 1550. Protome FERDINANDI cataphracta cum inſigni ordinis aurei velleris, capite nudo, ad lævam converſo.

(*a*) SURIUS Commentar. ad an. 1550. p. m. 451. SLEIDAN. lib. XXI.

Averſa effigiem CAROLI V. eodem fere modo exhibet. Additur verſus: FERDINANDUS I. IMP.

PROGENIES DIVVM QVINTVS SIC
CAROLVS ILLE
IMPERII CÆSAR LVMINA AET *atis*
SVAE L.

Vocabulo: LVMINA, denuo effigiem denotari puto; nam quod in præcedenti nummo ſubſequitur: ET ORA, hic a ſcalptore anguſtiæ cauſſa omiſſum fuiſſe videtur.

Convenerunt hoc anno CAROLUS & FERDINANDUS denuo Auguſtæ Vindelicorum ad celebranda comitia (a): ubi inſignis hic nummus aureus facile ſignatus fuit, eorundemque honoribus una cum præcedenti dicatus. *M. D. de* FRANCE *au. pond.* 50. *duc.* XL. a

† MAXI. *milianus* CARO. *lus* ET. FER. *dinandus* D. *ei* G. *ratia* RO. *manorum* CÆS. *ares* REG. *es* HISP. *aniarum* 90. Protomæ iugatæ trium Cæſarum, in epigraphe nominatorum, qui togis induti atque ordinis aurei velleris teſſera conſpicui, dextrorſum converſi ſunt.

In poſtica aquila *Imperii* biceps ſcutum pectore gerit, a ſummo bipartitum, *Caſtiliæ* & *Auſtriæ* inſignia referens; adiecta titulorum continuatione: HVNG. *ariæ* BO. *hemiæ* DAL. *matiæ* CRO. *atiæ* &. *et cetera* ARCHID. *uces* AVST. *riæ* D. *uces* BVR. *gundiæ*.

Aquila *Imperialis* biceps, ſcutum pectore gerens, a ſummo bipartitum, quod *Caſtiliæ* & *Auſtriæ* ſymbola continet.

Numerus 90. in peripheria adverſi lateris expreſſus, annum utique ſignati nummi indicat; nam

FERDINANDUS I. IMP.

nam ſi pretium minoris monetæ, unciali illorum temporum nummo reſpondens, ſignificaret, ſcribendus potius, ex uſu horum temporum, fuerat numerus 72. uti ex nonnullis ſequentibus planum fiet.

Habetur præterea alius, huic per omnia ſimilis, atque ex eadem *matrice*, quam vocant, eductus, qui eundem nonagenarium præferens numerum, duas tamen appendit uncias, quæ valorem nonaginta crucigerorum longe excedunt. Supereſt itaque, ut nummum hunc anno 1590. in memoriam trium iſtorum Cæſarum ſignatum, atque adeo *reſtitutum* fuiſſe dicamus. *M. S. B. ar. pond.* I. *unc.* & MELL. *p.* 69.

XLI.

Idem plane nummus, ac præcedens, in eo tantum differt, quod hic tria Cæſarum capita ſiniſtrorſum ſint verſa, & numerus 90. deſit, eſt quoque leve diſcrimen in epigraphe; præterea aureum vellus hic a torquibus dependet.

Poſtica pariter præcedenti averſæ correſpondet; epigraphe tamen variat in vocibus: *Duces Burgundiæ*, quæ hic additione litterarum expreſſæ ſunt: DV. BVRG. nam præcedens tantum habet: D. BVR.

In Muſeo BUOLIANO idem nummus adſervatur in auro ponderis 10. ducatorum. Sed in averſa parte effigies conſpicitur MATTHIÆ Cæſaris, cum hac epigraphe: MATTHIAS. ROM. IMP. S. A. G. H. BO. REX. Itaque imperante MATTHIA percuſſus fuit. Confer num. XXXIX. in MATTHIA Imp. Quo firmatur nummum hunc iconicum in honorem trium Imperatorum in eo expreſſorum, ſubinde aliis typis nummariis percuſſum eſſe. MELL. *p.* 72. Tab. IV.

XLII.

† FRIDERICVS. III. RO: *manorum* IMPERATOR. S. *emper* AVG. *uſtus* Caput FRIDERICI coronatum cum lorica & aureo vellere ad medium pectus, a dextris ſiniſtrorſum.

Averſa pars easdem, quas nummus ſuperior, in antica effiges una cum pari epigraphe contuendas offert. *M. D. de* FRANCE *ar. pond. ſemunc.* I. *dr.*

XLIII.

IMP: *erator* CAECAR (pro *cæſar*) FERDINAN: *dus* I. AV. *guſtus.* Protome Imperatoris in toga, cum patagio pellito, torque aurei velleris & caliptra in capite, ad lævam reſpiciente.

Nummum hunc, qui ad iconicos ſpectat, etiam reſtitutis accenſemus. Titulus in epigraphe FERDINANDO tributus, plane inſuetus eſt, & inſolitus.

Orbiculi, in peripheria adiecti, licentiæ pictoris *Heræani*, ut alias iam monebam, adſcribendi ſunt.

Ceterum extat in gazis aulæ Vindobonenſis nummus aureus ſex ducatorum, qui hanc adverſam, cuius typum HERÆUS dedit, repræſentat: in averſa vero MAXIMILIANI II. & MARIÆ coniugum capita iugata ſiſtit. Unde coniectura noſtra haud parum confirmatur. *T. H.*

XLIV.

Vir barbatus & mitratus, dextra ſceptrum, ſuperne in florem

Tab. IV. rem desinens, tenet, & quasi e porticu, in utroque latere foliorum & equitum figuris ornata, prospicit, sub qua hanc inscriptionem, ex Sacra scriptura desumptam legimus: ISAIE. VII. CA. *pite* ECCE. VIRGO. CONCIPIE. *t* ET. PARIET. FILIV. *m* ET. VOCABIT. *ur* NOMEN. EIVS. EMANVEL NOBISCV. *m* DEO.

In postica, pars quædam titulorum legitur: ARCHIDVX. AVSTRIE. DVX. BVRGVNDIE. ET. CARINT *hiæ*. Scutum maius, torque aurei velleris cinctum, impositio Archiducum pileo, tesseras *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Habsburgi*, *Legionis*, *Castiliæ*, *Arragoniæ* & utriusque *Siciliæ* complectitur. Decem aliæ in orbem dispositæ parmulæ scutariæ symbola referunt: *Austriæ*, *Carinthiæ*, *Tyrolis*, *Carniolæ*, *Alsatiæ*, *Burgundiæ*, *VVurtembergiæ*, *Superioris Austriæ*, *Styriæ* & *Habsburgi*.

Recte monet Cl. a MELLEN: typum hunc ad FERDINANDUM I. Archiducem pertinere, quamquam eius nomen in epigraphe haud sit expressum; nam correspondet alteri, ab eodem auctore in præcedentibus allato unciali nummo.

Quid vero de ænigmate adversæ partis statuendum sit, aliis discutiendum relinquit; & sane Oedipo opus habet, qui exponat, quid hoc, ex veteri testamento depromptum, de futura Filii Dei Incarnatione vaticinium, in nummo Archiducis sibi velit? Dicendum forte quod ipse MELLENIUS alibi adnotavit: typum nummarium adversæ hu-

(*a*) P. x. an. 1698. p. 246.

ius partis forte fortuna, vel studio iunctum esse adversæ uncialis, quæ revera FERDINANDO adhuc Archiduci debetur; id quod titulus semiplenus, in postica legendus, plane conficit. Quin pronuntiandum forte erit: eum ad nummos Anabaptistarum spectare; hi enim solebant sacros textus in nummos suos adsumere. FERDINANDUS I. IMP.

TENZELIUS in suis colloquiis menstruis (a), se vidisse asserit, hanc ipsam aversam nummi partem, iunctam adversæ, quæ Nativitatem Christi Domini repræsentabat, additque: nummum hunc Norimbergæ percussum fuisse. Idem auctor imaginem adversæ huius sumit pro icone Regis ACHAZ: seu, ut ipse loquitur, AHAS, cui ISAIAS Propheta vaticinatus est. MELL. *pag.* 45. a

XLV.

FERDI: *nandus* D: *ei* G: *ratia* RO: *manorum* HVN: *gariæ* AC: BOE: *miæ* ETC: (*et cetera*) REX &c. ANNO ZC. 1546. AETA. *tis* 44. Protome FERDINANDI in toga, cum patagio ex pellibus murinis Ponticis, & tessera ordinis aurei velleris, capite pileato & ad lævam converso.

Nummum suppositicium esse vel ex facie Imperatoris imberbi (ut nihil dicamus de epigraphe, quæ formulam *et cetera* post vocabulum *anno*, plane inepte immiscet) satis evincitur; cum FERDINANDUS, ut ex nummis sinceris & genuinis patet, iam anno 1546. bene barbatus fuerit (b). *M. S. B. in pl.* b

(*b*) Supra num. XXI.

FERDINANDUS I. IMP.

XLVI.

FERDIN: *andus* DVX. AVS: *triæ* REX. VNGA: *riæ* POE: *miæ* (pro *Bohemiæ*) ET. ROM: *anorum* ETAT: *is* XXIII. Protome Regis togati, cum lato pileo in capite, eoque cruciculis interſtincto, dextrorſum reſpicientis.

Epigraphe ſeu tituli falſitatem huius nummi aperte produnt; quippe qui perperam, ac inverſo plane ordine adſcripti ſunt, quando non ſolum DUX pro ARCHIDUX (etſi hoc tanti non eſſet) legimus, ſed & eundem titulum Regiis, præter conſuetudinem, præponi videmus. Falſum præterea eſt, FERDINANDUM anno ætatis XXIII. id eſt anno Chriſti 1526. titulo *Regis* aut *Romanorum*, aut *Hungariæ*, aut *Bohemiæ* gaviſum fuiſſe. Quare nummum ab homine ſeu imperito, ſeu falſario, confictum fuiſſe, neceſſe eſt. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.* 1. *dr.*

UNCIALES ET MONETÆ.

Magnus ſane numerus Uncialium minorisque monetæ in argento & auro, regnante & imperante FERDINANDO I. cuſus fuit in Bohemiæ æque ac Hungariæ regnis, ceterisque provinciis Auſtriacis, quorum typos exhibet *Adamus* BERG (a). Illos omnes longum eſſet & operoſum hic ſingillatim recenſere. Dabimus tamen typos elegantiores, vel a MELLENIO collectos, vel ab aliis ſcriptoribus ſuppeditatos, vel denique in ſcriniis noſtris adſervatos.

a

(a) Neu Münz-Buch de an. 1604. p. 2. & ſeqq.

XLVII.

Epigraphe utriusque partis hæc eſt: FERDINAN. *dus* D. *ei* G. *ratia* BOEM. *iæ* HVNG. *ariæ* DAL. *matiæ* CROA. *tiæ* REX. INFA. *ns* HISP. *aniarum* ARCHID. *ux* AVST. *riæ* DVX. BVR. *gundiæ* SLE. *ſiæ* MAR. *chio* MO *raviæ*. Imago Regis cataphracta & aureo vellere conſpicua, cum corona in capite, ad media uſque femora, dextra ſceptrum, ſiniſtra capulum gladii bellatoris tenentis: quorum alterum, ut recte ait MELLENIUS, *regendæ* ditionis: *tuendæ* vero alter ſymbolum eſſe ſolet.

Quod in area florum genus hinc & inde conſpicitur, haud dubie ornatus cauſſa additum eſt, aut certe flammulæ ſunt ex aureo vellere deſumptæ: male tamen effictæ.

In averſa ſcutum maius coronatum repetita *Bohemiæ* & *Hungariæ* inſignia exhibet, quibus in medio impoſita parmula, *Auſtiræ* & *Caſtiliæ* teſſeras referens, adpoſita hinc inde æra Chriſti 1529. MELL. *p.* 48.

XLVIII.

Non diſcrepat hic nummus a præcedenti, neque ſi adverſam, neque ſi averſam ſpectes: niſi quod formæ paullo minoris ſit, & in huius adverſa deſint flammulæ ex torque aurei velleris. Scribitur præterea AVST. *riæ:* in priori vero AVS *triæ*. DEWERDECK *in Sileſ. numiſ. tom.* 1. *p.* 112. *n.* 6.

XLIX.

FERDINAN. *dus* D. *ei* G. *ratia* ROMA *norum* BOEMI. *æ* HVNG. *ariæ*

Tab. IV. *riæ* &z. (*et cetera*) REX. Icon Regis ut num. XLVII.

In averſa tituli ſic continuantur: INFANS. HISPANIAR. *um* ARCHIDVX. AVSTRIE. &z. (*et cetera*).

Aquila ſimplex, ſcutum quadripartitum pectore gerens, quod repetita *Bohemiæ Hungariæque* inſignia continet, ſuperimpoſita parmula media, *Auſtriaco-Caſtellana.*

Notat ad hunc typum Cl. MELLENIUS: ſimiles fere uncinales nummos, variis annorum numeris (puta ab anno 1547. ad annum 1558. uſque) adverſa parte notatos, extare, qui barbatam Principis exhibent effigiem, ſub qua modo parmula *Auſtriaca*, modo ſigla F coronata conſpicitur, nominis FERDINANDI compendium.

Huius generis uncialis cum ſcutis *Bohemiæ* & *Hungariæ* adſervatur quoque in muſeo *Buoliano*, adpoſita æra 1552.

Nummus hic aliique ſimiles præcedentes, ſecundum regulas, a Cl. KOEHLERO latas, in regno Bohemiæ percuſſi ſunt; quia nimirum leo *Bohemicus* faſciis *Hungaricis* in clypeo ordine anteponitur.

Id quod confirmat nummus, num. LI. producendus, qui cum in regno Hungariæ, citra controverſiam, ſignatus ſit, teſſeras eiusdem prima exhibet areola. MELL. *p.* 53.

L.

FERDINANDVS. D: *ei* G: *ratia* EL. *ectus* RO: *manorum* IMP: *erator* S: *emper* AVG: *uſtus* GER. *maniæ* H. *ungariæ* BOHEM. *iæ* &c. REX. INF: *ans* HISP: *aniarum* ARCHID. *ux* AVSTR. *iæ*. Hæc utriusque faciei perigraphe. FERDINANDUS I. IMP.

Adverſæ imago in eo differt a præcedentibus, quod hic FERDINANDUS cum promiſſa barba compareat, æraque Chriſti 1559. in area prioris partis locetur, inferius quoque parmula, faſciam *Auſtriacam*, ceu gentilitiam FERDINANDI teſſeram complectens, obſervetur. Quod quidem innuere videtur, nummum ex argento *Bohemico*, ſed in officina quadam *Auſtriæ*, & quidem cis Anaſum, atque adeo *Viennæ* percuſſum. Alios eiusdem formæ ſe tenuiſſe, addita æra Chriſti 1560. aſſerit MELLENIUS, loco infra citando, ubi parmula iſta, protome Imperatoris ſubiecta, leonem coronatum, *Bohemiæ* teſſeram, continet.

Poſtica aquilam *Imperialem* coronatam exhibet, cuius pectori idem ſcutum, quod in proxime antecedentibus, impreſſum eſt.

Notandum porro, FERDINANDUM *Electum Imperatorem* appellari, qua formula etiam ſucceſſores ex eo, quo a ſummo Pontifice coronari omiſerunt, uſi ſunt. Addidit præterea *Germaniæ Regis* appellationem, quam dignitatem iam aliquot retro ſeculis cum *Imperatoris* axiomate coniunctum fuiſſe, tradit laudatus MELLENIUS (a). a

Plures diverſosque in Bohemiæ regno percuſſos unciales, minorisque monetæ nummos typis exhibet *Adamus* BERG (b). b *Id. p.* 64.

(a) Syll. numm. p. 63.

(b) Pag. 7. adverſa & ſeqq.

FERDINANDUS I. IMP.

UNCIALIS HUNGARICUS.

LI.

FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* HVN. *gariæ* BOE. *miæ* DAL. *matiæ* C. *roatiæ* REX. Icon Cæſaris ut num. præcedenti: dempto tamen ordinis aurei velleris inſigni.

Averſa titulos eiusdem ſic proſequitur: INF. *ans* HISPA. *niarum* ARCHIDVX. AVSTRI. *æ* DVX. BVR. *gundiæ*. 1555. Aquila ſimplex cum clypeo quadripartito. Primus & ſecundus quadrans inſignia *Hungariæ* complectitur, tertius *Dalmatiæ*, quartus *Bohemiæ*: ſupra clypeum eminet imago B. V. MARIÆ, Patronæ Hungariæ: & ad utrumque latus adſcriptæ ſiglæ K. B. *Kremnitz, Bania*: locus nimirum, ubi nummi huius regni ſignari ſolent.

Advertit hic Doctiſſ. MELLENIUS: uncialem hunc, annum quidem 1555. præferre, ſed eundem typum aliorum quoque tam præcedentium, quam ſubſecutorum annorum numeris reperiri. Talem in ſcriniis noſtris aſſervamus de anno 1554. ſed qui ſemunciam duntaxat appendit. Variat quoque leviter epigraphe averſæ: ubi ſcribitur *Auſtrie*, ceteris ex aſſe correſpondentibus.

Addo, quod FERDINANDO auctore ſtatutum ſit, ut, ad exemplum MATTHIÆ Regis, imago Beatiſſimæ genetricis Dei MARIÆ, in Patronam regni aſſumptæ, in nummis Hungaricis conſervetur (a). *Id. p.* 57.

UNCIALIS IN AUSTRIA, TRANS ANASUM, CUSUS. Tab. IV.

LII.

† FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* VNG. *ariæ* BOE. *miæ* DAL. *matiæ* CRO. *atiæ* ETC. *etera* RE *x*. Effigies Regis, fere ut num. XLVIII.

In poſtica facie continuantur tituli: † INF. *ans* HISPA. *niarum* ARCHIDVX AVSTRIE. DVX. BVRG *undiæ*. Aquila ſimplex, ſcutum quadripartitum pectore geſtans. In primo quadrante tæniæ *Hungariæ*. In ſecundo, leo *Bohemicus*. Tertius *Auſtriæ* & *Burgundiæ* teſſeras iunctas habet. Quartus denuo quadripartitus, repetita inſignia *Caſtiliæ*, & *Legionis* complectitur. In imo denique, atque in ipſa inſcriptionis peripheria, minor apparet parmula *Auſtriæ trans Anaſum*. Inde vero colligitur, nummum hunc in Auſtria Superiori cuſum eſſe.

Vidi, & alium nummum minoris valoris ex argento, in muſeo *Buoliano*, pond. 1½. *dr.* cui in imo averſæ impreſſa parmula ſcutaria *Auſtriæ Inferioris*. *M. S. B. ar. pond.* 1. *unc.* MELL. *p.* 55.

LIII.

† FERDI: *nandus* D. *ei* G: *ratia* RO: *manorum*. VNG. *ariæ* BOE. *miæ* DAL. *matiæ* CRO. *atiæ* ZC: (*et cetera*) REX. Effigies Regis ut num. XLVII.

Epigraphe averſæ præcedenti convenit. Aquila ſimplex, pectore parmulam a ſummo bipartitam geſtans, impreſſis *Caſtiliæ* & *Auſtriæ* teſſeris.

Simi-

a

(a) Vid. obſervat. hiſt. Hamburg. ad an. 1705. p. 324.

Tab. IV. Similis fere uncialis cum parmula provinciæ *ſupra Anaſum* cuſus fuit anno 1556. (a). Sed in adverſa FERDINANDI effigies ſiniſtram reſpicit, & in umbone averſæ aquila ſimplex ſcutum quadripartitum pectore gerit: primus quadrans faſcias *Hungariæ* continet: ſecundus leonem *Bohemiæ:* tertius *Auſtriæ* & *Burgundiæ* teſſeras habet: quartus denuo bipartitus, repetita *Caſtiliæ* & *Legionis* inſignia complectitur. *M. S. B. ar. pond.* 1. *unc. M.* BUOL. *ar. pond. ſemunc.* 2½. *dr. & apud* MELL. *p.* 51.

a

UNCIALES CARINTHIACI.

LIV.

FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* HVN. *gariæ* BOE. *miæ* DA. *lmatiæ* C. *roatiæ* REX. Effigies Regis ut num. XLVIII.

Averſa titulos ſic continuat: INF. *ans* HISPA. *niarum* ARCHIDVX. CARINTIE. DVX. BVR *gundiæ.* Aquila ſimplex, ſcutum *Carinthiæ* pectore gerens.

De origine & antiquitate tituli *Archiducis Carinthiæ*, qui in hoc & tribus ſequentibus nummis recurrit, nec non quo ſenſu hic accipiendus ſit, diximus Parte I. huius Nummothe-
b thecæ (b): quo quidem L. B. remittimus. De eodem titulo longe aliter, licet more ſuo copioſe & erudite ſentit unacum
c R. P. REIFFENSTHUL (c) Clar. KOEHLERUS *in deliciis nummariis P.* III. *p.* 289. unde hunc uncialem eduximus.

(a) Vid. Collect. uncial. Hamburg. 1739. Tab. XXXVI. n. 1.

LV.

FERDINANDUS I. IMP.

FERDINAND: *us* D: *ei* G: *ratia* ROM: *anorum* HVN: *gariæ* BOE: *miæ* D: *almatiæ* CR: *oatiæ* REX. Protome Regis ut num. L.

In averſa ſequitur, præmiſſa crucicula, reliqua pars inſcriptionis: INF: *ans* HIS: *paniarum* ARCHIDV *x* CARINTIE: D: *ux* BVR: *gundiæ* 1557. Aquila ſimplex ſcutum pectore gerens, cui impreſſa ſunt inſignia *Carinthiæ.* In infimo huius averſæ loco globi *Imperialis*, ſupra in crucem deſinentis, figura inſcripta eſt, numerum 72. referens: qui certam minoris pecuniæ ſummam, *cruciatis*, quos vocant, nummis conſtantem, & uncialis noſtri pretio æquipollentem, denotat. MELL. *p.* 60.

LVI.

FERDINAN. *dus* D: *ei* G: *ratia* ROM. *anorum* IM. *perator* SEM. *per* AVG. *uſtus* GER. *maniæ* HV *ngariæ.* Effigies Cæſaris, ut num. L. adiecta hinc inde æra Chriſti 1559.

Averſa titulos eiusdem ſic proſequitur: BO. *hemiæ* ZC. (*et cetera*) REX. IN. *fans* HI. *ſpaniarum* ARCH. *idux* AVS. *triæ* E. *t* C. *arinthiæ* ZC (*et cetera*). Aquila *Imperii* biceps coronata, pectore ſcutum præfert, teſſera *Carinthiæ* inſignitum. Infra, uti in præcedenti typo, numerus 72. globo inſcriptus.

Nummus hic uncialis in Carinthia, ut præcedentes duo, percuſſus, Imperatorius eſt; uti præter aquilam bicipitem, titulus quoque edocet. *Id. p.* 62.

(b) Proleg. V. pag. XLIV. in inferiori margine.
(c) Germ Auſtr. p 68.

FERDINANDUS I. IMP. Tab. V.

LVII.

FERDINAND. *us* D: *ei* G. *ratia* EL. *ectus* RO. *manorum* IM. *perator* S. *emper* AVG. *ustus* GER. *maniæ* HVN*gariæ* BO: *hemiæ* ZC. (*et cetera*) REX. IN. *fans* HI. *ſpaniarum* ARCHI. *dux* AVS. *triæ* E. *t* C. *arinthiæ* ZC: (*et cetera*). Hæc utriusque partis epigraphe.

Adverſa Imperatorem ſiſtit ut num. L. adpoſita in umbone nota chronologica 1560.

Averſæ typus cum præcedenti convenit.

De *Electi Romanorum Imperatoris* titulo, quem FERDINANDUS in hoc & ſequenti unciali quoque adhibet, non nihil diximus ſuperius ad num. XXV. & L. *M. S. B. arg. pond. ſemunc.*

UNCIALIS TYROLENSIS.

LVIII.

† FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia* EL. *ectus* RO. *manorum* IMP. *erator* AVG. *uſtus* GER. *maniæ* HVNG *ariæ* BOE. *miæ* ZC. (*et cetera*) REX. INF. *ans* HISP. *aniarum* ARCHID. *ux* AVST. *riæ* ZC. (*et cetera*). Hæc utraque nummi parte continetur inſcriptio. Anticæ effigies cum num. L. fere convenit.

Poſtica aquilam bicipitem exhibet, ſcutum, cui ſimplex aquila *Tyrolenſis* eſt inſcripta, pectore gerentem.

Inde vero conficitur, nummum, cuius ectypon hic damus, in *Tyroli* cuſum fuiſſe. Alii quoque anno 1556. ibidem ſignati ſunt, qui regios FERDINANDI titulos, & averſo latere aquilam ſimplicem exhibent, cuius pectori *Tyrolenſis* teſſera pariter eſt impreſſa. Tab. V.

Unus mecum communicatus fuit ex muſeo *Buoliano*, anno 1561. ſignatus, forma nummi uncialis, cupreus, non argenteus. Adverſa globum, cruce inſtructum, valorem minoris monetæ, num. 60. impreſſum exhibet: in averſa ſiſtitur aquila biceps, clypeum pectore gerens quadripartitum, inſignia *Hungariæ* & *Bohemiæ* repetita exhibens, quibus impoſita parmula media *Tyrolenſis*. Ex his intelligitur, nummum quidem vel falſum eſſe, vel certe exemplum ac formam veri uncialis cupro expreſſam: attamen ad regulas de valore monetæ, eo tempore latas, exactam.

Adſervamus & nos in ſcriniis noſtris eiusmodi nummum, cui in epigraphe averſæ inſcriptus eſt annus 1558. alios item duos, de annis 1560. & 1563. cum ſcuto maiori, inſignia *Hungariæ* & *Bohemiæ* referente, impoſita parmula media *Tyrolenſi*, ſed addito in adverſa valore 60. *cruciatorum*; qui numerus globo adſcriptus eſt, quem Cæſar ſiniſtra ſuſtinet. Alios præterea typos *Tyrolenſis* monetæ habes apud laudatum *Adamum* BERG (a). MELL. *p.* 66. a

MONETÆ.

LIX.

† FERDI *nandus* D: *ei* G: *ratia* RO. *manorum* VNG. *ariæ* BOE. *miæ* DAL. *matiæ* CRO. *atiæ* ZC. (*et cetera*)

(a) Pag. 10. & ſeqq.

FERDINANDI. I. IMP Vnciales et monetae. Tab. V.

LVII



LXI.



LXII.



LXIII.



LXIV.



LXV.



LXVI.



LXVII.



LXVIII.



LXIX.



LXX.



LXXI.



LXXII.



LXXIII.



LXXIV.



LXXV.



LIX.



LX.





Ad Historiam Ferdinandi I.

Ferd. I. Imp. Proles fæmin. Elisabetha.



LXXVI.





Maria.



LXXVII.



LXXVIII.





Anna

LXXIX.



LXXX.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. V. *tera*) REX. Icon Regis fere ut num. LII.

Averſa num. LIII. reſpondet. *M. D. de* FRANCE *& S. B. ar. pond. ſemunc. florenus ſcilicet.*

LX.

FERDINANDVS. E. *lectus* R. *omanorum* IMPERATO. *r.* Effigies Cæſaris ad medium pectus, cataphracta muniti, capite corona Imperiali tecto, & ad lævam converſo.

Averſa, ſine inſcriptione, continet aquilam bicipitem coronatam, pectore gerentem clypeum, torque aurei velleris cinctum: hic quadripartitus eſt, repetita *Hungariæ* & *Bohemiæ* inſignia referens, quibus impoſita parmula ſcutaria, teſſeris provinciarum *Auſtriæ* inſcriptis.

Nummus iſthic per errorem hic loci collocatus eſt. Non enim ad nummos, uſui communi deſtinatos, ſed ad auguſtiores illos, quos Iconicos aut Mnemonicos vocare ſolemus, pertinet: quanquam qua occaſione prodierit, cum nota chronologica deſtitutus ſit, tam facile edici non poſſit. Quod ſi tamen coniecturæ locus, videtur anno 1558. quo FERDINANDUS in Imperatorem Romanorum electus eſt, ſignatus; quippe quod magnam ſimilitudinem gerat cum illo, quem num. XXVII. produximus. *M. S. B. ar. pond.* 3. *dr.*

LXI.

FERD: *inandus* D: *ei* G: *ratiæ* R. *omanorum* IM. *perator* S *emper* AV. *guſtus* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* BO: *hemiæ* REX. Effigies Cæſaris armati, dextra ſceptrum, ſiniſtra globum *Imperii* crucifERDINANDUS I. IMP.
rum, cui nota valoris 10. *crucigerorum* inſcripta, tenentis, capite corona Imperiali tecto, & ſiniſtrorſum converſo.

In poſtica tituli Imperatoris more ſolito ſic continuantur: INF: *ans* HISP: *aniarum* ARCHID: *ux* AVS: *triæ* D: *ux* B. *urgundiæ* 1564. Aquila *Imperialis* biceps, pectore gerens ſcutum coronatum quadripartitum, inſignia *Bohemiæ* & *Hungariæ* decuſſatim repetita continens, quibus in medio impoſita eſt parmula ſcutaria *Caſtiliæ.*

Nummus itaque iſte Bohemicus eſt; quod & parmula in imo adverſæ comprobat, ad legem monetariam, in regno Bohemiæ anno 1561. promulgatam, cuſus. *M. Imp. ar. pond.* 1. *dr.*

LXII.

† FERDINAN. *di* PRIN. *cipis* ET. INF. *antis* HISPA. *niarum:* & in averſa: ARCHID. *ucis* AVST. *riæ* COMIT. *is* TIROL. *is moneta.*

Antica FERDINANDUM armatum, pileo Archiducali tectum, ſpecie admodum iuvenili exhibet, in cuius dextra ſceptrum, in crucem deſinens, cernitur, ſiniſtra capulo gladii bellatoris inverſi, impoſita.

In averſa crucem conſpicimus, ad extremum usque nummi marginem pertingentem, in cuius quatuor angulis parmulæ, quæ primo loco *Tyrolis*, deinde *Auſtriæ*, *Caſtiliæ*, & *Burgundiæ* inſignia præferunt, obſervantur. Id quod nummum in *Tyroli* cuſum arguit; maxime cum ad *Archiducis* ſolus *Comitis Tyrolis* titulus adiiciatur.

Simi-

FERDINANDUS I. IMP. 2

Similem nummum ponderis unius unciæ recenſet HANTHALERUS (a) hoc tantum notato diſcrimine : quod quatuor parmulæ non in angulis, ſed in clypeo quadripartito & cruci impoſito, reperiantur.

Ceterum nummi typum, ab HANTHALERO, allatum, adſervat quoque muſeum *Buolianum pond.* 1. *unc.* HANTH. *VV. M. in frontiſp. n.* 17. *& p.* 21. *M. S. B. ex ar. ſatis puro, pond.* 1. *dr.*

LXIII.

FERDINAN. *dus* D. *ei* G. *ratia* RO. *manorum* HVN. *gariæ* BOE. *miæ* REX. Caput Regis coronatum, ad pectus, cum lorica, a dextris ſiniſtrorſum.

Sequuntur in averſa tituli reliqui INF *ans* HI. *ſpaniarum* ARCHID *ux* AVST. *riæ* 1551. Aquila ſimplex umbonem implet : in margine quatuor crucis partes extremæ comparent. *M. S. B. ar. pond.* ½. *dr.*

LXIV.

FER. *dinandus* D *ei* G *ratia* IM *perator.* Caput FERDINANDI, pileo opertum, ad medium pectus, cum toga, ad lævam converſum.

SIGI. *ſmundus* DVX AVS *triæ.* Caput SIGISMUNDI ad pectus, cum lorica, capite pileo Ducali obtecto, dextrorſum reſpiciente.

Nummus hic reſtitutis accenſendus eſt, nec ad uſuales pertinet ; SIGISMUNDUS enim Dux Auſtriæ FRIDERICI IV. filius, Comes Tyrolis & Alſatiæ, extremum diem ſuum iam clauſerat anno 1496. FERDINANDUS vero 1. Imp. lucem primum aſpexit anno 1503. cumque in epigraphe titulo *Romanorum Imperatoris* mactetur ; certum fit, nummum hunc ante annum 1558. quo is Cæſaris dignitatem aſſumpſit, non fuiſſe percuſſum. *M.* BUOL. *ar. pond.* 1. *dr.* Tab. V.

LXV.

FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* VNG. *ariæ Rex* 1537. Scutum maius quadripartitum : primus & ſecundus quadrans continent inſignia *Hungariæ*, tertius *Dalmatiæ*, & quartus *Bohemiæ* teſſeras inſcriptas habent : in medio impoſita parmula *Auſtriaca.*

PATRONA. VNGARIÆ. Imago Beatiſſimæ Virginis, Divinum puerulum tenentis. Additæ ſiglæ K B, de quibus alias dictum.

Satis liquet hunc nummulum, qui ad monetarum genus, quas *cruciatos* appellare ſolemus, pertinet, in Hungaria fuiſſe ſignatum. *M. S. B. arg. prob.*

LXVI.

FERDINA. *ndus* I. IMP. *erator* AVG. *uſtus:* reliquis exeſis. Aquila biceps coronata, globum pectore gerens, in cuius parte inferiori numerus, valorem monetæ denotans.

ARCH *idux* AVST. *riæ* DVX. SILESIÆ. 1561. Parmula, ſupra crucem poſita, aquilam inſcriptam refert.

Ipſa teſſera ſcutaria & titulus *Ducis Sileſiæ* ſatis edocent, in qua provincia moneta hæc ſit percuſſa. *M. S. B. ar.*

LXVII.

Scuta coniuncta, quod a dextris eſt, faſciam *Auſtriacam*, hoc

(a) Wienner - Münz p. 22.

Tab. V. hoc a ſiniſtris leonem quaſi *Habsburgicum* repræſentat. In imo ſigla F. FERDINANDI nomen notat. Æra Chriſti ſupra inſcripta 1531.

Minoris etiam valoris monetam, *obulos*, qualis hic eſt, apud DEWERDECKIUM typis ex-
a preſſos habes (a): quin ibidem reperies quoque nummos aureos regnante FERDINANDO in Sileſia
b cuſos (b), cum titulo *Ducis Sileſiæ & Marchionis Moraviæ.* Sed hæc Viro Eruditiſſimo de ROSENTHAL, qui data opera de nummis Bohemiæ agit, examinanda & publicanda relinquimus. *Ibid. ar.*

NUMMI AD HISTORIAM FERDINANDI I. PERTINENTES.

LXVIII.

Priorem nummi partem hæc inſcriptio implet: TVRCK. BLEGERT. WIENN DEN. XXIII. TAG SEPTEMBER ANNO. D. 1529. i. e. *Turca Viennam obſidet die* XXIII. *Septembris anno Domini* 1529.

In poſtica ſcutum maius coronatum, quadripartitum: I. & IV. quadrans faſcias *Hungaricas.* II. & III. leonem *Bohemicum* referunt. His ſuperimpoſitæ parmulæ, altera maior, *Hiſpaniarum* teſſeras, altera minor, *Burgundiæ* & *Belgii* ſymbola exhibens. Ad tres angulos inferiores clypei minores, *Auſtriæ, Burgundiæ* & *Styriæ*, interſertis flammulis, ex torque aurei velleris depromptis, comparent.

Qui ad hiſtoriam FERDINANDI I. faciunt nummi, inter eos ponendus eſt hic, cum tribus mox ſequentibus typis, qui factum memoria dignum poſteris conſervant. FERDINANDUS I. IMP.

SOLIMANNUS quippe Turcarum Imperator, a *Ioanne*, Tranſilvaniæ WAYWODA, ſollicitatus per *Hieronymum* LASCUM Polonum, anno 1529. innumero cum exercitu per Ungariam tendit in Auſtriam, & primariam regionis urbem Vindobonam obſidione cinxit; ſed cum milites præſidiarii Germani, quorum præcipui Duces erant PHILIPPUS *Palatinus* Princeps, & NICOLAUS Comes *de Salm*, fortiſſime ſtationem defenderent, re infecta diſcedere coactus fuit (c). c

Hanc obſidionem menſe Septembri inceptam fuiſſe, ſatis convenit inter ſcriptores, de die vero haud paullo diſſident. *Paulus* IOVIUS (d), & SLEIDANUS d
(e) Idus Septembres aſſignant. e
Quibuscum facit BOKSCHAY (f) f
in chronologia Regum Hungariæ; cum e contrario SIGLERUS diem XVII. ponat (g). Aliter g
ſupputat, qui celebrem hanc obſidionem data opera deſcripſit, laudatus Anonymus auctor apud SCHARDIUM (h): *Turca-* h
rum Cæſar, inquit, *mira celeritate Viennam verſus contendit, eamque viceſima ſecunda die Septembris nona hora ante meridiem, aliquot millibus equitum abſque ulla intermiſſione, quoad reliqua immenſi exercitus moles conflueret,*

(a) Sileſ. numiſ. p. 112. tab. 1. n. 8.
(b) Ibid. n. 7.
(c) Anonymus apud SCHARDIUM Tom. II. p. 1027.
(d) Hiſt. lib. XXVIII. p. 227.
(e) Lib. VI. p. 174.
(f) In append. ad BONFINIUM p. 683.
(g) Apud BELIUM in apparat. ad hiſt. Hung. p. 68.
(h) Loc. mox cit. p. 1209.

FERDINANDUS I. IMP.

obequitari, tentarique fecit. Hunc Anonymum a veritate propius abeſſe, probat præſens hic nummus, qui initium obſidionis ad tertium & vigeſimum Septembris conſignat, ac unico duntaxat die ab eo diſſentit.

Hic enim cum re ipſa natus, potiori fide dignus eſt, adeoque litem dirimit. Porro uterque, & nummus & Anonymus, facili negotio componi poſſunt: ſi alterum de primis exercitus præcurſoribus, ut verba mox recitata perſuadere videntur: alterum vero de maiori, quæ identidem deinceps ſupervenit, multitudine, accipiamus. Ambo denique de prima urbis invaſione, ſeu circumſeſſione, non de ipſa, quæ operibus fieri ſolet, oppugnatione intelligendi ſunt. Hæc namque primum tertio poſt die initium ſumpſit, ut Anonymus ſæpe laudatus hiſce verbis monet: *Obſeſſa autem Vienna eſt* XXVI. *Septembris* (a). *M. Imp. ar. pond.* 3. *dr.*

a

LXIX. LXX. LXXI.

Caput Regis coronatum, ad humeros cum paludamento, antiquorum more: ſiniſtrorſum reſpiciens, adiecto hinc & inde numero anni 1529. ad ſubiectam inſcriptionem, pertinente: TVRCK. BLEGERT. WIENN. id eſt: *an.* 1529. *Turca Viennam obſidet.*

Averſa crucem exhibet, in cuius quatuor angulis totidem parmulæ, ut videtur, coronatæ, *Hungariæ* videlicet *Bohemiæ, Auſtriæ* & *Caſtiliæ* comparent. *M. S. B. &* BUOL. *au. pond.* 1. *duc.*

Alter altera facie easdem parmulas, coronis deſtitutas, priori vero ſimilem inſcriptionem, tranſpoſita duntaxat nota chronologica, atque omiſſa Regis effigie, repræſentat. *M. S B. ar. pond.* 1. *dr.* LOCHN. *an.* 1737. *p.* 193. LUCK. *p.* 69. Tab. V.

Tertius priori facie ſcutum *Auſtriæ*, pileo Archiducali tectum, refert, abſque epigraphe. Quæ hinc & inde viſuntur parerga, ornatus cauſſa adpoſita ſunt.

In averſa eadem, quæ numero præcedenti, legitur inſcriptio. *M.* BUOL. *ar. pond. tertia pars unius dr.* LOCHN. *l. c.*

Sunt quidam, ſat ſcimus, qui huiusmodi nummos non FERDINANDO, ſed CAROLO eius fratri tribuunt: tum vero definire nolunt, an ii durante obſidione ob penuriam pecuniæ percuſſi fuerint? (b) Prius illud non moramur; cum quilibet ex *Hungariæ* & *Bohemiæ* inſignibus, imo ex ipſa Regis effigie, videat, eosdem FERDINANDO adiudicandos. Quod ad ſecundum ſpectat, nobis quidem credibile non fit, regiam ſedem Vindobonam, uno duntaxat menſe, (nam Turcas XXV. Octobris diſceſſiſſe teſtatur Anonymus (c) ſupra laudatus, quanquam IBRAHIM Baſſa, cum LX. millibus, primum die XXVIII. eiusdem menſis SULTANUM, ut idem auctor eſt, inſecutus fuerit) obſidione preſſam, nummorum egeſtatem ſenſiſſe, ut pro ſuſtendando commercio, de ſignanda moneta, neceſſitatis cauſſa, vulgo *Nothklippe*, cogitandum

b

c

(a) pag. 1212.
(b) Supplem. I. ad recens aperta groſſorum ſcrinia p. 109.
(c) pag. 1216. & 1217.

Tab. V. dum fuerit. Quin elegantia typorum, atque operoſa tot ſcutorum deſignatio (quod cum primis de nummo, num. LXVIII. adducto, intelligi volumus) & æs nobilius, puta aurum & argentum, ex quo ſignati ſunt, ſummopere ſuadent: eos memoriæ cauſſa ſignatos fuiſſe. Etſi eos ex poſt temporis ad communem deductos uſum fuiſſe, haud negandum videatur.

LXXII. LXXIII. LXXIV.

Contuendam nobis offert hic nummus aquilam Imperii ſimplicem, inſignia *Hungariæ* & *Bohemiæ* pectore gerentem. Intra eius crura duo gladii, inverſis cuſpidibus, in decuſſim poſiti, cernuntur: ſuperimpoſitis tribus ſiglis F. *erdinandus* R. *ex* V. *ngariæ*.

Cl. KOEHLERUS, qui hunc nummum, loco infra citando, poſt LUCKIUM edidit, atque enarratione hiſtorica illuſtravit, inferius notam chronologicam 52. adiectam eſſe dicit: in eius tamen delineatione haud viſendam.

Verum hanc ipſam temporis notam præfert exemplum LUCKII, num. LXXIII. delineatum.

Cum e contrario archetypon ex theſauris Vindobonenſibus eductum, atque num. LXXIV. deſignatum, cum typo laudati D. KOEHLERI apprime conveniat.

Infelix erat expeditio, anno 1552. ſuſcepta contra Turcas, Hungariam ob Tranſilvaniam a FERDINANDO ex pacto, cum vidua IOANNIS *de Zapolia* inito, receptam, denuo invadentes. In ea enim non modo *Segedina* arx fruſtra obſeſſa, cæſis, qui paullo ante urbem ceperant, noſtrorum quinque millibus, eorumque totidem naſis, in victoriæ ſignum, Conſtantinopolim miſſis: ſed & *Veſprimium*, *Temesvvarinum*, *Liſſa*, aliaque munita loca, partim armorum vi, partim infidelitate & ignavia militum, Præfectorumque, capta ſunt: ſola *Agria*, præcipitante iam æſtate, hoſtium vim ſuſtinente (a). Eius rei non ultimam cauſſam fuiſſe pecuniarum penuriam, poſt alios obſervat Clar. KOEHLERUS; unde facile iudicatu eſt, cur id genus nummi ea tempeſtate percuſſi ſint? At vero, utrum id durante obſidione *Agriæ*, an vero iuſſu FERDINANDI ex relicta ſupellectili argentea GEORGII Archiepiſcopi Strigonienſis, & Cardinalis, anno ſuperiori ex inſidiis interfecti (b), factum ſit? dubitat mox laudatus Cl. KOEHLERUS, qui tamen non obſcure hoc ultimum: nummos ſcilicet ex dicta ſupellectile ſignatos, amplecti videtur, hiſce THUANI (c) verbis perſuaſus: *Cetera ſibi* FERDINANDUS *ſumſit. Aurum & argentum conflatum, & percuſſa ex eo moneta, aliquot menſium ſtipendium militi diſtributum. Aurum illud, ut olim Toloſanum poſſeſſoribus exitiale, & infauſtiſſimus annus, qui ſecutus eſt, manifeſtum fecere, Deo curæ fuiſſe* GEORGII *necis ultionem, tot captis a Turco oppidis, & cladibus per totum regnum acceptis.* Verum, ſi aurum & argentum illud, ut THUANUS expreſſe FERDINANDUS I. IMP.

a

b

c

(a) Vid. ISTHUANFF. ſupra laudatus lib. XVII. & XVIII. p. 174. ſeqq.
(b) Id lib. XVII. p. 190. ſeqq.
(c) Lib. IX. p. 188.

FERDINANDUS I. IMP.

preſſe ait, conflatum fuit: ſi moneta ex eo percuſſa? quo pacto, hi noſtri ſupellectilis notas, & non potius communis monetæ formam præferunt? maxime cum, poſt necem Cardinalis ſatis adhuc temporis ſuperfuerit, quo, ante hoſtis adventum, ordinaria pecunia ſignaretur. Quare præſentes nummos premente *Agriæ* obſidione (ſi tamen ad hunc annum referendi ſunt, ac non potius nota illa chronologica a LUCKII chalcographo ſuperaddita fuit) percuſſos fuiſſe coniicimus. Quanquam tacente SAMBUCO, auctore & Hungaro & coævo (a): qui eam obſidionem data opera poſterorum memoriæ commendavit, ac reliquis, quos vidimus, rerum Hungaricarum Scriptoribus, res adhuc, iure merito, in ambiguo relinquatur. a

De cetero LUCKIUM, qui gladiis in decuſſim poſitis forte deceptus, id genus nummos, a MAURITIO Electore Saxoniæ, anno 1552. contra Turcas proficiſcente, cuſos fuiſſe docuit, iam refutavit Cl. KOEHLERUS. Neque enim gladii iſti ad inſignia Electoralia pertinent; quippe quorum cuſpides ſurſum, non deorſum, ut oporteret, converſi ſunt. KOEHL. *P.* v. *p.* 409. LUCK. *p.* 149. *M. Imp. ar. pond. ſemunc. & 2. dr.*

LXXV. LXXVI.

Protome FERDINANDI armata, capite nudo, dextrorſum converſo: adiecta ſententia Salvatoris ex MATH. XXII. *v.* 21. Tab. V. deſumpta: DATE: CÆSARI. QVÆ. SVNT. CÆSARIS. FER. *dinandi:* cuius contextus ſequitur in

Averſa: DATE: DEO. QVAE. SVNT: DEI. Vas quoddam fumans, medium inter vocem ORATIO. *M. S. B. & M.* BUOL. *ar. pond.* 1. *dr.* KOEHL. *P.* VIII. *p.* 337.

Alter ex LUCKIO deſumptus (b), ab hoc fere magnitudine ſolum diſcrepat: niſi quod effigies Cæſaris ex ſola forte licentia chalcographi *Luckiani*, qua quidem ſæpius uſus eſt, ſiniſtrorſum converſa ſit. b

LUCKIUS hunc nummum, maioris ſcilicet formæ, primus edidit. Eundem repetiit RAUPACHIUS (c) & poſt hunc mox laudatus KOEHLERUS aliud exemplum minoris moduli attulit, quale & nos in gazis Illuſtr. Baronis de BUOL reperimus. Prior cuſum fuiſſe aſſerebat, in memoriam uſus Calicis in Sacra Cœna, Eccleſiis Auſtriacis a Summo Pontifice, ſollicitante FERDINANDO Aug. permiſſi (d). Negavit RAUPACHIUS, cuius quidem argumenta huc redeunt: Imprimis vox iſta ORATIO, iuxta vaſculum adſcripta, aperte demonſtrat, hic ſymbolum quoddam *orationis*, titulo videlicet conveniente figuræ, oculis offerri: id quod ex ipſa vaſculi figura, amplius intelligitur, quod, utpote fumum emittens, continuo acerram denotat; cum e contrario, ſi calicem, in Sacra Cœna c d

(a) In append. ad BONFINIUM p. 580.
(b) pag. 211.
(c) Erlautertes Evangeliſches Oeſterreich, erſte Fortſezung p. 157.
(d) Id. op. cit. Vol. I. p. 60. ſeqq. Vid. etiam, ſi lubet, PALLAVICIN. hiſt. Concil. Trident. lib. XXIV. c. XII. n. 8. Card. BONA rer. lit. lib. II. c. 18. & BOSSUET Traitè de la communion ſous les deux eſpeces p. 91.

Tab. V. na uſitatum, repræſentare debuiſſet, patena opertum eſſet. Atqui acerram fumantem *orationis* ſymbolum eſſe, utriusque Teſtamenti paginis teſtatum (a) eſt. Cum itaque id ipſum adſcripta vox *oratio* confirmet, dubitationis locus ſupereſſe haud poterit. Accedit vetus Hebræorum ſiclus, eandem prorſus figuram referens, quam Eruditi communius pro thuribulo aureo habent (b), calicem certe nemo dixerit. Hæc ſunt potiſſima RAUPACHII argumenta, quibus tamen Cl. KOEHLERUS inprimis reſpondet: figuram hanc calicis potius, quam thuribuli formam, quod intuentibus pateat, præferre. Verum id eſt, dempto fumo, & ſi de forma thuribuli nova ſermo ſit, ſecus, ſi de antiqua, ut nummi veteres docent. Atqui antiquam formam, non novam, ſeu hodie uſitatam, exhiberi, ſi non neceſſe, conveniens ſaltem erat; partim quod acerram fumantem *orationis* ſymbolum eſſe, ex paginis veteris potiſſimum inſtrumenti diſcamus; partim quod, ut vero proximum eſt, ſymbolum illud, ex veteri nummo mutuatum fuerit. Denique ex ritu S. R. Eccleſiæ Sacerdos ſub Miſſa ſolemni thus adolens, citati pſalmi tribus verſibus utitur: *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo &c.*

a

b

Quod de calice, Salvatoris ſanguine fumante, D. BUDERO (c) in mentem venit, cum vel ipſe Cl. Vir æque non probet, neque nos moramur.

c

At vero TENZELII expoſitionem, in hanc quoque rem adductam, quod attinet: ea certe non tam ſponte fluit, uti exiſtimat Cl. KOEHLERUS. *Altera facies acerram*, ait TENZELIUS, *exhibet fumantem, iuxta quam adſcriptum legitur:* ORATIO, in ambitu vero: DATE DEO QUÆ DEI, *laudem ſcilicet & gratiarum actionem, ob Sacramentorum uſum, ex integro & ſecundum primævam inſtitutionem, poſtliminio reductum* (d). Si namque vaſculum illud acerra eſt, ut TENZELIUS aperte fatetur; iam nec iota nec apex in nummo relinquitur, qui vel uſus Calicis vel aliorum Sacramentorum memoriam ingerat. Nam ex acerra nemo certe ad SS. Calicis uſum arguet. Quorſum igitur gloſſema iſthoc: *laudem ſcilicet & gratiarum actionem ob Sacramentorum uſum, ex integro & ſecundum primævam inſtitutionem poſtliminio reductum?* Si acerræ typus ad laudem Deo reddendam detorquetur, ubinam remanet *uſus calicis* ſymbolum? Illud videlicet gratis adiectum, ac ex præconcepta opinione, quam a LUCKIO inventam propagarunt alii, profectum eſſe nemo non videt.

d

Cetera KOEHLERI longiora ſunt, quam ut hic locum invenire queant, atque ita comparata, ut non niſi acceptatis prioribus, ſeu mox refutatis, robur habere poſſint.

(a) Pſal. CXL. v. 2. MAL. I. v. 11. Apoc. 5. v. 8. & cap. VIII. v. 3.

(b) BASNAGE hiſt. des Juifs tom. VI. p. 538. HOHEISEL Diſs. I. de vaſculo Mannæ §. XI. p. 36. quibus addi poſſunt SPANHEM. de uſu & præſt. numm. diſſ. I. n. 4. p. 10. Rev. CALMET Dict. Bibl. in append. p. 67. n. III. & IV.

(c) In Vindiciis iuris Imperatorii adverſus Romæ Epiſcopos cap. II. §. VI. in not. p. 47.

(d) Münz-Bibel pag. 328.

PROLES FOEMINEÆ FERDINANDI I. IMP.

PROLES FOEMINEÆ FERDINANDI I. IMPERAT.

BREVIARIUM VITÆ ELISABETHÆ, ANNÆ, MARIÆ, MAGDALENÆ, CATHARINÆ, ELEONORÆ, BARBARÆ, ET IOANNÆ.

ELISABETHA FERDINANDO Lincii anno 1526. die IX. Iulii primo inter fœmellas loco nata, SIGISMUNDO Poloniæ Regi (77.) anno 1543. die XXI. Aprilis in matrimonium elocata fuit. Hæc dum viveret, S. IACOBO ſpeciali cultu dedita erat. (78.). Obiit *Vilnæ* in *Lithuania* anno 1545. die XV. Iunii morte ſubita: Princeps ob morum probitatem, pietatemque digna, quæ Regi heredem peperiſſet. *Vid. plura apud* MANLIUM, PUTSCHIUM, GANSIUM, *aliosque.* Tab. V. ſeq.

ANNA, FERDINANDI I. Cæſaris Auguſti filia (80.) anno 1528. die VII. Iunii *Pragæ* in hanc lucem edita, ALBERTO V. Bavariæ Duci (79. 80.) anno 1546. die IV. Iulii matrimonio iuncta, eidem filios quinque & duas filias peperit: diem extremum clauſit anno 1587. aut ſerius, qua de re videbimus alibi. *Vid. plura apud eosdem &* ADELZREITER *Annal. Boic. P.* II. *lib.* XII. *pag.* 324.

MARIA anno 1531. die XV. Maii *Pragæ* genita, GUILIELMO Iuliæ, Cliviæ & Montium Duci penultimo, anno 1546. die XVIII. Iulii nupſit (81.). Huic cum ſex liberos, quos inter duo mares erant, genuiſſet, ante mortem in mentis quamdam alienationem, quemadmodum & maritus ipſe, lapſa, anno 1592. e vivis exceſſit. *Plura apud Auctores citatos.*

MAGDALENA, FERDINANDI I. Imp. filia (82.) hunc mundum *Oeniponti* anno 1532. die XIV. Auguſti ingreſſa eſt. Hæc omni virtutum genere excellens, virginitatem ſuam Deo conſecrans, anno 1568. Collegium Virginum, hunc in finem *Hallæ* extructum, una cum ſorore HELENA ingreſſa eſt, ubi cum ad annum uſque 1590. pie vixiſſet, cœlos petiit: S. PETRO Apoſtolo, dum viveret, ſingulari cultu addicta (83.) KHEVENHÜLLER *Tom.* I. *imag. ceteri laudati.*

CATHARINA *Vindobonæ* anno 1533. die XXIII. vel XXV. Septembris: (nam Auctores variant) in lucem edita, Duci Mantuæ FRANCISCO III. primum, anno 1549. elocata, ſed eo, anno inſequenti, præmatura morte extincto, SIGISMUNDO II. Poloniæ Regi (84.) ſecundis nuptiis anno 1553. coniuncta fuit. Verum ab hoc repudiata, infortunium ſuum ſingulari cum patientia, tum conſtantia tulit, atque anno demum 1577. ad plures abiit. *Auctores citati. Epitom. rer. geſt. ſub* MAXIMILIANO II. *apud* SCHARD. *tom.* IV.

ELEO-

Tab. V. seq. ELEONORA, seu LEONORA, FERDINANDI I. Imp. filia (86. 87.) lucem accepit *Vindobonæ* anno 1534. die secundo Novembris. Hæc anno 1561. GUILIELMO *Gonzagæ* Mantuæ Duci (88.) nuptui data (85. 86. 88.) eidem filium, duasque filias genuit. Mortem oppetiit plena virtutum die v. Augusti 1594. exactis in statu viduitatis annis septem. *Auctores laudati.* PROLES FOEMINEÆ FERDINANDI I. IMP.

BARBARA FERDINANDO anno 1539. die XXX. Aprilis nata, secunda uxor ALPHONSO II. Duci Ferrariæ anno 1565. tradita (89.), ibidem, superstite marito, 1572. sine prole de vita decessit. Huic pavonem, expansa cauda, adiectoque lemmate ex SALAMONE mutuato: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, pro symbolo fuisse testatur GANSIUS *p.* 269. *Iidem.*

IOANNA, FERDINANDI I. Imp. filia (90.) anno 1547. die XXIV. Ianuarii orta, FRANCISCO Magno Etruriæ Duci (91. 92.), cum a variis ante frustra petita esset, obtigit. Princeps cum forma præstantissima, tum pudicitiæ, modestiæque laude, inter paucas commendata. Hæc quinque liberorum mater, ex partu denique (93.) obiit anno 1578. SPENER. *in Syll. p.* 74. *ceteri.*

ELISABETHÆ NUMMI.

LXXVII.

Tab. V. SIGISMVND. *us* AVGVSTVS. D. *ei* G. *ratia* REX. POLONIÆ. Caput Regis ad medium pectus, cataphractum, cum crispato collari: capite nudo, ad lævam conversо, cum promissa & acuta barba, in pectus defluente.

Aversa carens inscriptione exhibet protomen ELISABETHÆ Archiducis vittatæ, cum parvo pileo & collari, dextrorsum respicientis. *T. H.*

LXXVIII.

Adversa similis præcedenti typo aversæ, sed hic pone caput Reginæ additæ initiales litteræ nominis EL. *isabethæ.*

Postica inter siglas s. & I. statuam S. IACOBI Apostoli, adverso corpore, habitu peregrinantium *Compostellam* repræsentat; quippe cuius pileus concha marina insignitus. Baculum præterea gestat nodatum, atque inferius ferratum, peramque cum pallio ab humeris ad talos defluente. Unde intelligas, Principem, dum viveret, huic Apostolo speciatim addictam fuisse. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc.*

ANNÆ NUMMI.

LXXIX.

ALBERT. *us* D. *ei* G. *ratia* COMES. PALATINVS. RHENI. VTRIVSQ. *ue* BAVARIÆ. DVX. MONARCH. COPHIRIS. SVABE. ANNA. D. *ei* G. *ratia* DVCIS. *sa* BAVAR. *iæ* VNGAR. *iæ* BOHEMIÆ. REGINA. ARCHID. *uciſſa* AVSTRIÆ. COMIT. *issa* TIROLIS.

In umbone icones obversæ Ducis ALBERTI & ANNÆ *Austriacæ*, ad crura. Ille, capite nudo accisis crinibus, sinistrorsum respiciens, cataphractus, barbatus, dextra gladium nudatum sustinens, sinistra vel capulum gladii bellatoris prehendit, vel baculum militarem, seu scipionem tenet. Torquem pectore gestat, quem licet aureo vellere destitutum, ad eundem tamen

PROLES FOEMINEÆ FERDINANDI I. IMP.

tamen ordinem pertinere cum ex eiusdem figura, tum ex eo coniicitur; quod anno 1546. a CAROLO V. in hunc ordinem adlectus fuerit (a). Hæc dextrorsum conversa, capite pileolo & vitta obtecto, cum collari ex unionibus.

a

Ex geniis, scuta *Bavariæ* & *Austriæ* iungentibus, & serta tenentibus, videri posset, elegans hoc numisma ob nuptias ALBERTI V. cognomento *Maximi*, cum ANNA, FERDINANDI I. Imp. filia, signatum fuisse. Verum quo minus hoc dici possit, oris habitus ALBERTI facit; utpote, qui iam ætate provectus, atque adeo insigniter barbatus repræsentatur, cum tamen dictæ nuptiæ anno 1546. die IV. Iulii, quo Dux annum ætatis undevigesimum vixdum ingressus fuerat, celebratæ sint.

Ceterum non minima difficultas hic sese offert circa verba inscriptionis ultima: MONARCH COPHIRIS SVABE, ex quibus, in quamcunque partem, prout hic iacent, versaveris, haud facile idoneum quid, aptumque exscindes. Re itaque cum amicis collata, in sententiam Cl. *Ioan. Georg.* SCHWANDNERI, rebus valde opportunam, eundum esse visum est, qui ad errores sive chalcographi sive scalptoris recurrens, litteris perperam incisis, hunc in modum medendum esse censuit.

Inprimis ex MONARCH, MONACH*ensis*, seu rectius *Monacensis* faciendum: Monacensis videlicet stirpis, a ceteris distinguendæ gratia. Nam universam Gentem Bavaricam olim in *Ingolstadiensem*, *Landshutanam*, & *Monacensem* dispartitam fuisse, norunt Genealogi. Quamvis autem prior iam anno 1465. cum LUDOVICO *Gibboso*, altera vero anno 1520. cum MARGARETHA, GEORGII *Divitis* filia, extinctæ fuerint: facile tamen contigit, ut ex consuetudine olim inveterata, atque id temporis memoriam hominum nondam fugiente, antiquus, quoad hoc discrimen, usus retentus fuerit. Tab. V.

Sequitur absurdum illud: COPHIRIS, sub quo titulum *Comitis Palatini Rheni* reconditum esse, omnino arguitur. Postremum denique SVABE, æque ad connexionem præcedentis tituli pertinere videtur, atque forte non incongrue per siglas S. V. A. BI vel RA. id est S*panheimensis* V*eldensis* A C BI*pontinus*, vel RA *vensbergensis*, videlicet *comes* (nam id præcessit) exponendum: sive etiam ultimum E a, littera B seorsim sumptum, in *et cetera* emendate resolvendum.

Ceterum ipsa quoque ANNA *Reginæ Hungariæ* & *Bohemiæ* titulo utitur, quod ex usu Regiorum liberorum in hisce Regnis esse, supra (b) vidimus. Hæc certe non solum in nummis hocce honoris vocabulum usurpat, sed & in charta quadam apud STEYRERUM in Collectaneis. *T. H. Ducum Bavariæ.* b c

LXXX.

ALBERTVS. D. *ei* G. *ratia* COM. *es* PAL. *atinus* RHE. *ni* VTRIVS. *que* BAVA. *ria* DVX. ANNA. AB. AVS.

(a) INSPRUGER Vell. aur. p. 102.

(b) Num. IV. pag. 6.

FERDINANDI. I. IMP. Proles fœmin. in nummis.

Magdalena.

LXXXII.



LXXXVII.



XCI.





LXXXIII.



XCII.





LXXXVIII.





Catharina.

LXXXIV.



Barbara.

LXXXIX.



XCIII.

Eleonora.

LXXXV.



Johanna.

XC.





LXXXVI.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. V. AVS. *tria* DI. *vi* FERD. *inandi* I. CÆ. *ſaris* AVG. *uſti* PII. FEL. *icis* FIL. *ia* ÆC. (*cetera*). Effigies amborum obverſis non nihil vultibus. ALBERTUS a dextris, aperto capite, barbatus, collari inſtructus, armatus, torquem aurei velleris geſtat. A ſiniſtris ANNA uxor, capite vittato, & fronte tænia cincto, cum collari. In medio parma, *Bavariæ Auſtriæque* inſignia referens.

Numiſma hoc iconicum poſt 25. Iulii anno 1564. quo ſcilicet FERDINANDUS ad plures abiit, cuſum videtur; cum eidem *Divi* titulus tribuatur: quanquam illud eius rei haud quaquam indubitatum argumentum
a eſſe, ex alibi dictis (a) exploratum habeamus. *Pii felicis* titulus in nummis antiquis inde a COMMODI temporibus frequentatus, atque labente Imperio omnibus Auguſtis datus, rarior eſt in nummis Auſtriacis. *Ibid.*

MARIÆ NUMMUS

LXXXI.

MARIA LEONORA DVCISSA. ÆT. *atis* XVI. Protome MARIÆ, pro more ſeculi egregie comptæ, & ſiniſtrorſum converſæ.

GVILELM. *us* DVX. IVLIÆ CLEVIÆ MONT. *ium.* Protome Ducis armata, capite nudo, ad lævam converſo.

Ex ætatis anno, titulis MARIÆ addito, ætas quoque nummi atque argumentum eruitur. MARIA enim anno 1531. die XV. Maii nata, anno 1546. die XVIII. Iulii, quo WILHELMO Duci Iuliaci Cliviæ & Mon-

(a) P. I. huius Nummothecæ p. 6.
(b) Gynecæo Auſtr. l. c. p. 214.

tium *Ratisbonæ* matrimonio iuncta, annos a nativitate ſua quindecim cum binis menſibus numerabat, atque adeo ætatis annum XVI. iam agebat, ſecus ac R. P. GANS, eam anno ætatis quinto & decimo nuptam fuiſſe refert (b). *M. Imp. ar. pond.* 2. *unc. & T. H.* PROLES FOEMINEÆ FERDINANDI I. IMP. b

MAGDALENÆ NUMMI.

LXXXII.

MAg DALENA FERDI. *nandi* PRI. *mi* FIL. *ia* AN. *no* MDLXI. Protome MAGDALENÆ vittatæ cum collari, parvo pileo in capite, binis cruciculis e pectore dependentibus, ad lævam converſa. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc. M.* BUOL. *ex ſtanno fuſ. & in T. H.* Tab. VI.

LXXXIII.

Adverſa inſcriptione deſtituta, effigiem MAGDALENÆ vittatæ & a fronte velut velatæ exhibet, cum collari & parvo pileo in capite, a dextris ſiniſtrorſum.

In averſa ſtatua S. PETRI Apoſtoli, ſtolati, cum nimbo in capite, dextra clavem, ſin. librum tenentis, baſi impoſita, adiectis hinc inde litteris s *anctus* p *etrus.*

MAGDALENAM S. PETRO ſingulari cultu deditam fuiſſe, teſtatur R. P. GANS in *Gynecæo* (c), ubi tamen ei perperam nomen MARGARITHÆ attribuit. c

Videri poſſet, nummum ſignatum fuiſſe, poſtquam religioſum MAGDALENA inſtitutum

(c) Libr. XI. cap. IV. pag. 218.

PROLES FOEMINEÆ FERDINANDI I. IMP.

amplexa fuit; quippe quæ sine omni cultu hic repræsentatur. Sed cum soror eius ELISABETHA, Poloniæ Regina, eodem prorsus habitu appareat (a), nihil inde statuendum videtur. *M.* BUOL. *pl.*

a

CATHARINÆ NUMMUS.

LXXXIV.

CATHARINA. D. *ei* G *ratia* REGINA. POLONIAE. Protome CATHARINÆ adversa fronte, in stola, gemmis & unionibus magnifice exornata, cum collari, parvo pileo & vitta in capite. Ad pectus torques observatur, a qua nescio quid, a lunæ bicornis specie parum discedens, dependet. *T. H.*

Huic nummo adiungimus alium, ex iisdem HERÆI tabulis eductum, qui ferme prætermissus, in supplementa reiiciendus erat (b). Videtur autem eadem CATHARINA esse, pileolum gestans in capite, capillis nodo constrictis.

b

Inscriptio, singulis litteris in umbone expressa, paullo obscurior, forte hunc in modum exponenda est: C. *atharina* A. *rchiduc* A. *ustriæ* V. *irgo* K *asta* P. *ia.* *T. H.*

ELEONORÆ NUMMI.

LXXXV.

LEONORA DVCISSA MANTVÆ. Protome ELEONORÆ cum pretiosa stola, crispato collari, pileolo & vitta non minus pretiosa in capite, dextrorsum conversa. Inferius sub axilla eius sinistra numerus anni 1561. legitur. Tab. VI.

Hoc ipso nimirum anno ELEONORA WILHELMO *de Gonzaga*, Duci Mantuæ matrimonio elocata est, ut in breviario vitæ eius diximus. *M. Imp. ar. pond. sesquiunc. absq. postica.*

LXXXVI.

LEONORA FERDIN. *andi* PRIMI. IMP. *eratoris* FIL. *ia* 1561. Caput Ducis vittatum & pileatum, ad humeros cum collari, a dextris sinistrorsum.

Annus adscriptus docere videtur, huic quoque nummo celebratas nuptias occasionem præbuisse. *Ibid. ar. pond.* I. *dr. sine postica.*

LXXXVII.

LEONORA GVLIEL. *mi* D. *ucis* MAN. *tuæ* M. *archionis* M. *ontis* F. *errati* Z (*cetera.*) VXO. *r* FER. *dinandi* P. *rimi* IM. *peratoris* FI. *lia.* Effigies Archiducis eodem habitu, quo sororem eius MAGDALENAM num. LXXXII. contemplati sumus, dextrorsum tamen conversa. *Ibid. ar. pond.* 3. *dr.*

LXXXVIII.

GVLIELMVS. DVX. MANTVE. III. ET. MAR. *chio* M. *ontis* F. *errati.* Protome Ducis, venusta facie, in toga cum collari crispato, capite nudo, sinistrorsum sito.

Aversa num. LXXXV. respondet. Sub axilla annus 1561. iterum occurrit; unde concluditur, etiam hunc nummum esse nuptialem. *T. H.*

BAR-

(a) Supra num. LXXVII. & LXXVIII.

(b) Suppl. num. I. in calce.

Tab. VI.

BARBARÆ NUMMUS.

LXXXIX.

BARBARA AVSTR. *iaca* ESTEN. *ſis* 1565. Protome BARBARÆ vittatæ & pileatæ, cum collari & pretioſa ſtola, capite ad lævam reſpiciente.

BARBARA FERDINANDO octavo loco genita, Duci Ferrariæ & Mutinæ ALPHONSO II. matrimonio anno 1565. patre iam extincto, iuncta fuit: quam æram cum nummus præferat, occaſione nuptiarum dicatus fuiſſe videtur.

Edidit quoque hunc typum Cl. HERÆUS in tabula genealogica familiæ *Ateſtinæ* Ducum Mutinæ, & in tabulis Gentis Auſtriacæ, unacum effigie ALPHONSI mariti: ſed typus eius de alio numiſmate maioris formæ ſumptus, & huic iunctus fuit. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc. ſine poſtica.*

IOANNÆ NUMMI.

XC.

IOHANNA. FERD. *inandi* PRIM. *i* IMP. *eratoris* FILI. *a* ANN. *o* M.D.LXI. Protome IOANNÆ eodem veſtimenti genere, quo num. LXXXVII. ELEONORAM vidimus.

Quintus iam in hac tabula nummus eſt, qui numerum anni 1561. præfert; id, quod non levem nobis ſuſpicionem movet: aut ſingulos, aut aliquos ſaltem ex iis inter reſtitutos eſſe accenſendos; cum credibile haud ſit, ut hæ Principes in diverſis orbis partibus tum verſantes, diverſumque vitæ genus agentes, uno eodem que anno nummis, ſibi tam ſimilibus, & in quibus eodem prorſus habitu: cum alius nuptis, innuptis alius conveniat, repræſentantur, honorati fuerint. Accedit, quod FERDINANDI nomini numerus *primarius* addatur, etſi orbis, dicto anno, *ſecundum* hoc nomine Imperatorem haud viderit; quod ſaltem iis temporibus minus ex uſu erat, ut ex nummis præcedentibus evincitur. Quare nummos ſaltem, numeris LXXXII. LXXXVI. LXXXVII. & XC. depictos, dicto anno haud æquales eſſe arbitramur. *Ibid. ar. pond. ſemunc.* PROLES FOEMINEÆ FERDINANDI I. IMP.

XCI.

FRANCIS. *cus* MEDICES FLOREN *tiæ* ET SENAR. *um* PRINCEPS. Caput Ducis ad medium pectus, cum lorica ſquammata, paludamento, & criſpato collari, capite nudo ad lævam converſo, cum prominente nonnihil barba.

IOANNA PRINC. *eps* FLOREN. *tiæ* ET SENAR. *um* ARCHIDUC. *iſſa* AVSTRIAE. Caput vittatum, ſiniſtrorſum converſum.

Hunc nummum, ex gazis Aulæ Vindobonenſis eductum, edidit quoque HERÆUS in tabulis ſuis de familia Medicæa: cuſus is eſt vel occaſione nuptiarum, anno 1565. celebratarum, vel tempore ſubſecuto. *Ibid. ar. pond.* I. *unc.*

XCII.

FRANC. *iſcus* MED. *ices* MAG. *nus* DVX. ETRURIÆ II. Protome Ducis armata, capite nudo & nonnihil adverſo, cum lato planoque collari, ab humeris crucicula dependet, quæ eſt Ordinis S. STEPHANI, a COSMO I. *Mediceo* anno 1560. inſtituti.

PROLES FOEMINEÆ FERDINANDI I. IMP.

IOANNA AVSTRIACA MAGNÆ (pro *magna*) DVCISS. *a* ETRURIÆ. Protome IOANNÆ cum ſtola, collari criſpato, capite inflexis unionibus & gemmis exornato, & ad lævam compoſito: dependente præterea ab humeris duplici catena, ex unionibus confecta, & lapide pretioſo conſpicua. *Antica ex gazis Aulæ Vindob. ar. pond.* 1. *unc.* 2. *dr. Poſtica ex T. H.*

XCIII.

IOANNA. AVSTRIACA. MAG. *na* DVX. ETRURIÆ. Protome IOANNÆ in ſtola, cum collari, & torque ex unionibus, collum pariter ambiente, capite vittato, dextrorſum reſpiciente.

In averſa, aquila ſupra nubes evecta, & ad altiora demum volare niſa, duos pullos unguibus tenet; aliis duobus alis inſiſtentibus, cum medius pectori inhæreat; additur epigraphe: AD. ETHERA.

Si quis numiſma hoc pro ſymbolico habere velit, dicet forte: *aquila* patrem FERDINANDUM I. Cæſarem, quinque vero aquilarum pullis, vetus, quod vocant, *Auſtriæ* inſigne denotari. Sed malumus rem per *conſecrationis* ſpeciem interpretari; IOANNA quippe FERDINANDI I. Imp. filia, nata Pragæ 1547. 24. Ian. nupta Magno Duci Etruriæ FRANCISCO 1565. menſe Novembris, genuit filios duos, & totidem filias, ac deceſſit cum quinta prole in partu 1578. FRANCISCUS vero maritus ad ſecunda vota tranſiit. Quare credibile eſt, nummum hunc funebrem in honorem IOANNÆ & defunctarum prolium, iuſſu Magni Ducis percuſſum fuiſſe. Itaque in hoc nummo per aquilam, mater IOANNA, Imperatoris filia: per pullos, unguibus ſuſtentatos, & alis inſiſtentes, liberi quatuor, morte prius abrepti: per pullum vero pectori inhærentem, proles, quæ mortis cauſſam matri attulit, adſignificantur. *M.* BUOL. *ær. fuſ.* Tab. VI.

MAXIMILIANUS II. IMP.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

MAXIMILIANUS II. IMP. Tab. VII. ſeqq.

MAXIMILIANUS II. FERDINANDI I. Imp. filius, Vindobonæ anno 1527. Cal. Aug. prognatus, pueritiæ annos in Hiſpania exegit, mutuaque æmulatione cum PHILIPPO, CAROLI Cæſaris filio, animum bonis artibus imbuendi ſedulam navavit operam; eo quidem ſucceſſu, ut omnium in ſe converteret animos, atque annos unum ſupra vigeſimum nondum egreſſus, a Bohemiæ Ordinibus Rex ultro peteretur, deſignareturque (5.).

Prima rei militaris tirocinia in bello Gallico, a patruo CAROLO V. geſto, admodum adoleſcens anno 1544. poſuit (1. 2.): eundem non multo poſt in bello quoque *Schmalkaldico* comitatus.

Eo

Tab. VII. Eo feliciter confecto comitia Auguſtana anno 1547. ſolemni oratione auſpicatus, indeque in Hiſpaniam miſſus, iuncta ſibi matrimonio MARIA, CAROLI V. filia (8–11.), Hiſpanica regna per tres annos pro Rege adminiſtravit. Hinc anno 1551. revocatus in patriam (5.), *Paſſavienſis pacis* honorem ſapientibus conſiliis ſuum maxime fecit. MAXIMILIANUS II. IMP.

Secundum hæc altiores, immo altiſſimos humanæ dignitatis gradus conſcendit MAXIMILIANUS, eo quidem fortunæ obſequentis ſuffragio, ut illum orbis UNO, ſeu nondum elapſo ANNO REGEM BOHEMIÆ (6–11.) VNCTVM ROMANVM (12–14.) VIDERET, ET VNGARICVM (15.).

Ad pacis quam belli artes proclivior: Germaniæ ſtatum, dum imperabat, tranquillum conſervavit. At in Hungaria a SOLYMANNO, Turcarum Tyranno, anno 1566. armis petitus, collectis nonnullis in principio de hoſte palmis (18.), exitum non æque glorioſum vidit. Nam etſi collectis undique non modicis copiis, in comitiis quoque Auguſtanis, quibus præſens ipſe intererat (17.) auxilia impetraſſet, quanta ante nulli Imperatorum decreta fuere: atque adeo ingenti rei bene gerendæ ſpe concepta (19.), in caſtra ipſe profectus eſſet: quia tamen bellum, a ſuis ita perſuaſus, ſuſtinere, quam inferre malebat, fructum expeditionis longe infra exſpectationem tulit.

Demum ſub vitæ finem a Polonis Rex poſtulatus, dum moram diutius trahit, STEPHANO BATHORIO, rivali ſuo, locum, regnum illud adeundi, facit (23.). Ille vero valetudine, qua diu adverſa uſus erat, fractus, *Ratisbonæ* in ipſis comitiis, anno 1576. die XII. Octobris (25. 26.) vitam cum morte commutavit: anno proxime inſecuto Pragæ ſepultus (27–29.).

Princeps erat longiori vita adprime dignus, ut qui omni virtutum genere, tum eruditione quoque ſingulari, plurimarumque linguarum cognitione probe excultus (8. 11.) orbem prudentia & æquitate (26.) rexit, velut alter TRAIANUS elogio OPTIMI PRINCIPIS, etiam poſt fata, iure optimo (26. 28.) honoratus.

Pro familiari ſymbolo aquilam pingi iuſſit, globo terreſtri inſiſtentem, adiecta ſententia, Chriſtiano Principe imprimis digna: DOMINUS PROVIDEBIT (21. 41.) id quod non raro alio etiam modo (14. 20.) exprimitur.

Ex MARIA coniuge (8. 11. 16. 29.), quæ unacum eo Regina Bohemiæ (9. 10.) coronata fuit, liberos non pauciores, quam FERDINANDUS pater eius ex ANNA, id eſt, quindecim numero utriusque ſexus, ſuſtulit, quorum nummos, quotquot nimirum collegimus, ſuis locis dabimus.

In nummis tam mnemonicis, quam iconicis multoties cum eadem ſua coniuge (8. 11. 16. 22. 29–35.) ſiſtitur, nec raro cum FERDINANDO patre (6. 31–35.) ac denique tum CAROLO V. cui in deliciis erat, & PHILIPPO II. Hiſpaniarum Rege (34. 35.) repræſentatur.

MAXIMILIANUS II. IMP.

Ex nummis eius usualibus paucos producimus (37–45.) variis in provinciis, quarum quidem tesseras exhibent, signatos. De his nihil admodum reliquum est, quod modo speciatim moneatur. *Vid. plura apud* STRUV. *sæpe laudatum*, SCHARDIUM *Tom.* III. *&* IV. *reliquos.* Tab. VII.

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. VII. MAXIMILIANVS. V: *on* G: *ottes* G: *naden* ERCZHERCZOG ZV OSTERREICH. ZC. (*et cetera*) ÆTA. *tis* 16. i. e. MAXIMILIANUS *Dei gratia Archidux Austriæ, ætatis* 16. Effigies MAXIMILIANI, iuvenili admodum facie, cataphracta muniti, acciſis capillis, ſiniſtrorſum converſa.

Nummus hic honori Principis iuventutis, cum ſextum decimum ætatis annum ageret, atque ex Hiſpania, ubi artium diſciplinis, Imperatoris filio dignis, operam navabat, rediiſſet, datus eſt: nimirum anno Chriſti 1543.

Cataphractus depingitur; non ſolum, quod prima in arte bellica tirocinii rudimenta iam depoſuerat: ſed etiam, ut credibile eſt; quod a CAROLO Cæſare, patruo ſuo, in annum ſequentem, comes expeditionis, adverſus Gallum ſuſcipiendæ, deſtinatus fuerat, ut amplius dicemus ad nummum mox ſequentem. *M. Imp. ar. pond.* 3. *dr.*

II.

Eadem, quæ in præcedenti nummo, inſcriptio, paucis litteris, ad maiorem verborum integritatem, unacum æra Chriſti 1543. adiectis. Protome Archiducis cataphracta, dextrorſum converſa.

Eodem nimirum habitu, quo in præcedenti nummo, ſiſtitur MAXIMILIANUS: ſcilicet ut miles, armis ſuis inſtructus; quippe qui non multo poſt in bellum profecturus erat: qua de re Illuſtr. *Baro de* POLHEIM (a). *Primum in re militari tirocinium fecit* MAXIMILIANUS *bello Gallico, anno* 1544. *& poſtea Germanico, quod* CAROLUS *Cæſar adverſus Principes aliquot & civitates Imperii confœderatos anno* 1546. *ſuſcepit, in quo a latere Imperatoris patrui ſui ille nunquam diſcedens, magni & fortis animi, ac virtutis heroicæ documenta illuſtria edidit, & præcipuis conſiliis & actionibus in bello & parta victoria, in receptione ſupplicum interfuit. M. Imp. ar. pond.* 1. *unc. ſine poſtica.* a

III.

MAXIMILIANVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX AVSTRIÆ. ÆTAT. *is* SVE. 20. Effigies Principis dextrorſum ſpectans, cum ordinis aurei velleris inſigni, ab humeris dependente, nudato capite. Inferius ſub brachio eius ſiniſtro numerus anni 1548. legitur.

Averſa crucem exhibet *Burgundicam*, in cuius quatuor angulis totidem interpoſita ſunt aurei velleris ignitabula, fulgentibus flammulis, absque epigraphe.

Confecto bello *Schmalkaldico* CAROLUS V. Imp. ſub Idus Iunii

(a) In Orat. de MAXIMIL. II. apud CHYTR. p. 631. citante STRUV.

MAXIMILIANI II. Numismata et monetæ. Tab. VII.

I.



II.



III.



IV



V.



VI.

VII.



VIII.



IX.



X.



XI.



XII.



XIII.



XIV.



XV.



Monum. Austr. T. II. P. II. Petr. Mayr Del. et Sculpsit. ad p. 46. G.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. VII. Iunii anni 1542. comitia Ulmam indixit, ubi cum cœli intemperies conſilia interpellaſſet, Auguſtam Vindelicorum translata ſunt, quæ MAXIMILIANUS ſolemni oratione, patrui iuſſu,
a inchoavit (a). Poſtea, comitiis in annum ſequentem protractis, ab eodem CAROLO, filium ſuum PHILIPPUM ex Hiſpania evocante, eo miſſus eſt, quo regni gubernationem pro Rege interim ſuſciperet, addicta ei MARIA Imperatoris filia in uxo-
b rem (b).

Eodem anno hic nummus prodiit. An vero MAXIMILIANO adhuc in Germania exiſtente? an confecto iam itinere? non æque certum eſt. Auguſta enim Vindelicorum menſe Maio
c profectus (c), in Hiſpaniam
d menſe Iunio (d) pervenit, quo adhucdum ætatis vigeſimum agebat annum, in nummo expreſſe conſignatum. *M. Imp. ar. fuſ. pond.* 1. *dr.*

IV.

Nihil fere hic nummus ab adverſa præcedentis differt, niſi magnitudine: qui, cum easdem chronologicas præferat notas, ante primum quoque menſis Auguſti ſignatum fuiſſe neceſſe eſt.

Eidem aliam etiam, quam præcedenti averſam, coniunctam fuiſſe docet muſeum *Buolianum:* ubi aliud exemplum ex argento, duas drachmas cum $\frac{1}{16}$. appendens, reperitur: in altera parte effigiem FERDINANDI I. barbati, capite nudo, accinctis crinibus, repræſentans. *M. Imp. aur. pond.* $2\frac{1}{2}$. *ducat.* MAXIMILIANUS II. IMP.

V.

MAXIMILIANVS. D. *ei* G. *ratia* BOHE. *miæ* REX. Protome MAXIMILIANI armata, modice barbati, cum inſigni ordinis aurei velleris, capite nudo, dextrorſum verſo.

In poſtica MERCURIUS ſeminudus cum galea alata in capite, dextra elata, ſiniſtra caduceum alatum tenens, per aera volitat, adiecto in peripheria hemiſtichio: QVO. ME FATA. VOCANT. ut fere VIRGILIUS (e) e
ſi te fata vocant.

Primus hic in iſta collectione nummus eſt, quo MAXIMILIANUS Archidux, titulo *Regis Bohemiæ* afficitur. Hunc anno 1548. permiſſu patris uſurpari cœptum, Ordines Bohemiæ inſtrumento ſolemni *dato, Iovis poſt feſtum* SCHOLASTICÆ *anno* 1549. confirmarunt: coronatione ipſa primum anno 1562. ut poſtea videbimus, ſubſecuta.

Numiſma igitur longe ante illam percuſſum fuiſſe, cum ex iuvenili MAXIMILIANI facie, tum ex parte eius poſtica colligere eſt; utpote quæ iter quoddam, a MAXIMILIANO ſuſceptum, non obſcure indicat. MERCURIUM enim Iovis ceterorumque Deorum internuncium fuiſſe docent Mythologi (f). Atqui Archidu. f
cem anno 1548. a CAROLO Imperatore; qui hic Iovi facile comparatur, in Hiſpaniam miſſum, numero proxime antecedenti vidimus:

(a) Ibid. p. 632.
(b) Ibid.
(c) SLEIDAN. lib. xx.
(d) LETI. dans la vie de PHILIPPE II. Rois d' Eſpagne lib. VIII. p. 372.
(e) ÆNEID. VI. 147. & alibi ſæpius.
(f) APOLLODORUS lib. III. c. 10. §. 2. HORAT. lib. I. od. X. v. 5.

MAXIMILIANUS II. IMP. a

dimus: eundem vero anno 1551. inde revocatum fuiſſe, pariter notum eſt (a).

Nummus ergo vel ad primam vel alteram profectionem haud inepte refertur. Malumus tamen ad ſecundam; tum quod ſymbolum iſthoc repetitis itineribus aptius convenire videatur; tum quod lanugo Principis, vultusque macilentia præcedentibus duobus nummis eodem anno 1548. ſignatis, haud quaquam reſpondeat: contra vero ætas viginti quatuor annorum, quos ille anno 1551. quo Germaniam ſecundo petiit, agebat, alendæ barbæ aptior, iam iamque matura fuerit. *M. Imp. ar. ſextunx. & 3. dr.*

VI.

FERDINAND. *us* ROM. *anorum* IMP. *erator* ELECTVS. Caput FERDINANDI I. nudum ad pectus, cum lorica, ſiniſtrorſum ſpectans.

MAXIMILIANVS. D. *ei* G. *ratia* BOHE. *miæ* REX. Caput MAXIMILIANI eodem, quo FERDINANDI, habitu: niſi quod hic aurei velleris tæniam geſtans, dextrorſum reſpiciat.

Nummus hic & iconicus & mnemonicus eſſe videtur, ſiſtens FERDINANDI Auguſti patris iconem, & MAXIMILIANI Regis Bohemiæ effigiem. Ille titulo ornatur *Rom. Imp. Electi*, hic *Bohemiæ Regis*. Hinc coniectura eſt: eundem ob ſolemnia coronationis, Pragæ celebrata, quibus FERDINANDUS Cæſar præſens adfuiſſe legitur, percuſſum eſſe.

(a) LETI l. c. lib. IX. p. 410.

Tab. VII.

Certe *Imperatoris Electi* titulo FERDINANDUM ante annum 1558. abſtinuiſſe, in præcedentibus vidimus, & utriusque faciei lineamenta anno 1562. quo coronatio Bohemica peracta eſt, haud diſconveniunt; uti ex nummo inſequenti, cuius prior pars huic ſecundæ ex aſſe reſpondet, aliisque ſecuturis planius fiet. *Ibid. ar. fuſ. pond. ſemunc. 2. dr.*

VII.

Adverſa omnino, ut diximus, ſimilis averſæ nummi præcedentis.

Averſa ſerta tria laurea exhibet, ita diſpoſita, ut in nummi medio ſingula ſingulis cohæreant, addita in peripheria inſcriptione: A DIO. QVASI. E. NIPOTE.

Symbolum hoc in averſa forſitan pro augurio trium coronarum, quæ MAXIMILIANO unius anni tempore obvenient, interpretandum erit. Is enim, ut habet CHYTRÆUS (b), accepta Bohemiæ corona, *Rom. Rex Francofurti ad Mœnum, & anno nondum vertente, Vngariæ Rex Poſonii coronatus eſt.* Qualem vero ſenſum admittat additum illud lemma, aliis examinandum relinquitur. *Ibid. ar. pond. ſemunc. 2. dr.* b

VIII.

DIVA. MARIA. DIVVS. MAXIMIL. *ianus* REG. *es* BOHE. *miæ* CONIVG. *es.* Protomæ iugatæ MAXIMILIANI, & MARIÆ uxoris eius. Hic armatus & aureo vellere ornatus comparet, cum corona radiata in capite; hæc pre-

(b) Lib. XX. pag. 538. apud STRUV.

Tab. VII. pretiosa stola induta, unionibus insuper, circa humeros & pectus appensis, decoratur. Ambo collaria crispata pro more seculi gestant.

In aversa figura muliebris stolata & velata, ignem supra aram fovet, adiecto lemmate: CASTE. ET. SVPPLICITER.

Luckius, qui hunc nummum prior edidit, loco in fine paragraphi notato, eundem anno 1548. occasione nuptiarum signatum esse contendit. Huic opinioni favere videtur vocabulum *coniuges*, titulis utriusque additum: quod quidem utplurimum nuptias designare ex aliis nummis, alibi adductis, edocti sumus.

Addit Luckius: *Casta Deum mens est, casta vult mente vocari, puta, ut in ordinibus vitæ aliis, ita pio legitimoque imprimis coniugio. Id Vestalis virgo innuit, thus caste suppliciterque in ara succendens.*

Verum hæc coniectura vel ideo acceptari non potest; quod Maximilianus has nuptias, annum ætatis primum & vigesimum vixdum ingressus, celebravit. Qui ergo tam insigniter barbatus repræsentari potuit? Deinde nescio, utrum adeo certum, *Vestalem* hic repræsentari potius, quam *Pietatis* simulachrum. Ambæ certe hæ figuræ, aræ adstantes, in nummis occurrunt antiquis; frequentius tamen sub hoc schemate, *Pietas*
a Dea exhibetur (a): quanquam utraque, ubi aræ assistunt, aut pateram aut canistrum, aut acerram pateramque simul teneant.

Hæc cum ita sint, numisma Maximilianus II. Imp. isthoc pro symbolico habemus, quo Maximilianus æque, ac Maria Deum Optimum Maximum *caste* & *suppliciter*, i. e. mente pura & supplici adorari oportere, innuere voluerunt; id quod pietati horumce Principum, omnibus notæ, convenit aptissime.

Verum hæc eo solum valeant, si nummus hic a Luckio productus, ex utraque sui parte genuinus est. Nam partem eius adversam solam, modo ex plumbo conflatam, in gazis Aulæ Vindobonensis reperimus, aversa destitutam: contra vero postica, prout exhibetur, ibidem quoque occurrit, sed cuius antica effigiem Isabellæ de *Gonzaga* cum hac epigraphe repræsentat: ISABELLA. CAPVA. PRINC. *eps* MALFICT. *ana* FERDIN. *andi* GONZ. *agæ* VXOR. Quare vereor, ne aversæ huius typus, propter moduli æqualitatem, adversæ, quam apud Luckium tenet, aliquando temere vel fortuito adiuncta, & cum idem auctor, seu eius chalcographus, typos non infrequenter invertere consueverit, hic idem quoque factum fuerit. Certe typus in gazis aulæ Vindobonensis repertus, non huic, sed alteri, num. x. sequenti respondet. Quod reliquum est de titulis honorum *Diva* & *Divus* hic denuo occurrentibus, iam alibi egimus. Denique iconum dispositio nominum ordini, quod mireris, haud respondet, cuius rei caussam indagent alii.

Postremo Mariæ aliquot

(a) Vid. Oisel. tab. XLVI. n. VII. & tab. LXXVII. num. X ac tab LXXVIII. n. I. & n I. II. III.

MAXIMILIANUS II. IMP.

nummos, unacum vitæ breviario iam P. I. huius nummothecæ inter proles CAROLI V. attulimus: ubi tamen nummus, primo loco, id eſt num. CXV. tab. XXVII. adductus, male de coronatione Hungarica exponitur; cum vel ſolus *Auguſtæ* titulus, ibidem adſcriptus, id haudquaquam permittat. LUCK. *pag.* 133.

IX.

DIVA. MARIA. DIVVS. MAXIMIL. *ianus* REG. *es* BOHE. *miæ* CONIVG. *es.* Effigies ſereniſſimorum coniugum, ut num. præcedenti: dextrorſum tamen converſæ.

In averſa duo genii faſciam, a qua vellus dependet aureum, demiſſam explicantes, e crure lauri arboris ſcutum *Bohemicum* coronatum ſuſpendunt. Subtus illud monogramma Principum, repetita littera M expreſſum, medium inter ſcutum *Auſtriacum*, galero Archiducali tectum, atque ſcutum *Bohemicum*, corona radiata exornatum, viſitur. Additur perigraphe: MAIORA A CONCORDIBVS.

Hoc numiſma ad coronationem Bohemicam pertinere vix eſt, quod dubitemus; ubi ſiquidem leo *Bohemicus*, in ſublime evectus, præcipuo honore afficitur. Concordat adpoſitum lemma; quo re non exigui momenti peracta, *maiora* adhuc, interveniente *concordia*, ſperanda eſſe innuitur.

Denique amborum effigies una repræſentantur, cum utriusque coronatio uno eodemque tempore, quamvis non eodem die contigerit. Ille enim anno 1562. XX. Septembris, hæc poſtridie coronata eſt (a). Quare LUCKIUS denuo aberrat, cum illum nuptiarum occaſione prodiiſſe arbitratur. *M. S. B. ar. deaur. pond. ſemunc. dimidia dr. minus.* LUCK. *loc. cit.* ubi tamen parum accurate, ac inverſa antica parte, depictus eſt. Tab. VII.

X.

Adverſa num. VIII. reſpondet: niſi quod hoc loco figuræ iterum dextrorſum ſpectent.

In averſa NEPTUNUS nudus, collecto palliolo, dextrum in humerum coniecto, laureatus, tridente terram percutere minitatur, ex qua ipſius ſub pedibus ſe erigit equus. MINERVA caſſide loricaque munita, ſtolam ſuper genua ſuccinctam exhibet, terramque eodem, quo NEPTUNUS, loco, pariter perforare converſa haſta tentat, unde progerminans arbuſculum cernitur.

Docent Mythologi, CECROPEN, primum *Athenarum* Regem, nomen huic urbi a ſe conditæ, ut MINERVA & NEPTUNUS imponerent, flagitaſſe. Hi poſtquam inter ſe convenerant, ab eo nomen deſumendum fore, qui novæ urbi præſtantius, utiliusque munus collaturus foret: NEPTUNUS equum, MINERVA oleam de repente e terra produxere. Huius donum, illius munere maius æſtimatum, cedere NEPTUNUM coegit, urbisque nomen *Athenæ*, ab ΑΘΗΝΑ (nota MINERVÆ denominatione) deſumptum eſt. (b) a

Hæc b

(a) SCHARD. epitom. rer. geſt. ſub FERD. I. tom. III. p. 2183.

(b) PLUTARCH. in *Themiſt.* HEROD. in *Terpſich.*

Tab. VII. Hæc fabula in præſentia ad unguem exhibetur: ſed nihil eo expeditius eſt, quo ea pacto Sereniſſimo huic pari conveniat? Id unum pro certo haberi poſſe videtur, nummum ex occaſione coronationis Bohemicæ ſignatum fuiſſe; utpote qui non ſolum eandem cum averſa præcedentis inſcriptionem præfert, ſed & Regem, Reginamque eodem ſiſtit habitu. *M. Imp. a.*

XI.

Adverſa præcedenti ex aſſe reſpondet, dempta magnitudine.

In averſa MINERVA ſtolata cum galea criſtata in capite, ſtans, dextra haſtæ ferratæ innititur, ſin. VULCANUM nudum, ex adverſo incudi prope focum inſidentem, dextraque fruſtum ferri, ut videtur, ſin. vero malleum tenentem, laurea coronat. In medio urna cernitur, & pone MINERVAM clypeus eius, atque trutina, *belli* ſcilicet, *iuſtitiæ*que, ſeu belli pacisque inſignia. Adiicitur lemma: ARTIBVS. QVESITA. GLORIA.

MAXIMILIANUM omni diſciplinarum genere imbutum, atque belli ac præcipue pacis artibus exculti ſſimum fuiſſe, loquuntur omnes, quotquot eius acta poſterorum memoriæ commendarunt.

Inter ceteros in eius laudes excurrit THRASYBULUS LEPPA (a): *Quantum huius Principis ingenium*, inquit, *quot linguarum cognitionem habuerit, quæ virtus, quæ ſapientia, quanta erga communem patriam charitas, eam pietate & iuſtitia continendo, extiterit, omnem id humanam facundiam ſuperat.* Quot vero linguas didicerit, quotque velut vernacula expedite eloqui noverit, enarrat laudatus POLHEIM hisce verbis (b): *ut enim ingenioſiſſimus & potentiſſimus Rex* MITHRIDATES *olim, ſingulis diverſiſſimarum gentium populis, Imperio ſuo ſubiectis, patria lingua locutus eſſe ſcribitur: ita noſter Imperator Hiſpanos, Italos, Gallos, Germanos, Belgas, Boemos, Pannones, & Latine loquentes, recte intelligebat, & ſingulorum linguas, perinde ac ſi nativæ eſſent, callebat. Latina certe oratione, non tantum perſpicua & diſerta: verum etiam eleganti & pura, & expedite profluente, uſum eſſe conſtat.* MAXIMILIANUS II. IMP. b

Has MAXIMILIANI virtutes præſenti emblemate celebrari, credibile omnino eſt; quæ quidem in eo adeo eminebant, ut eum non avus ſolum, annum ætatis vigeſimum nondum egreſſum, univerſæ Monarchiæ Hiſpanicæ regundæ parem iudicaret: ſed & Bohemi Regem ultro expoſcerent, atque patre etiamnum vivente coronarent. Quo tempore nummus ſignatus videtur; cum quod adverſa num. IX. & X. reſpondeat; tum quod in altera parte VULCANUS, qui MAXIMILIANI perſonam facile ſuſtinet, corona redimatur a PALLADE: qua quidem *gloria* vix altera in humanis maior exiſtere poſſit. *M. Imp. ar. pond. I. unc. 2. dr.*

a

(a) Apud STRUV corp. hiſt. Germ. Period. X. p. 1094. in not. g. ad MAXIMIL. II.

(b) Apud eundem loc. cit. & apud CHYTRÆUM p. 636.

MAXIMILIANUS II. IMP.

XII.

MAXIMILIANVS: D: *ei* G: *ratia* REX BOHEMÆ (pro *Bohemiæ*). Protome Regis ad pectus cataphracta, capite corona clausa redimito, siniſtrorsum converso.

Aversam hæc inscriptio, quinque lineis absoluta, implet; CORONATVS EST IN REGEM ROMANORVM 1562.

Peracta est hæc coronatio *Francofurti* die ultima Novembris dicti anni, cum electio die XXIV. eiusdem mensis præcessisset. Ea occasione præsens hic nummus, quo maius solemnitati, ut fieri solet, decus conciliaretur, ex auro & argento, populo sparsus est. Luculentus eius rei testis est Anonymus, qui hanc coronationem una cum Bohemica, & Hungarica data opera, vernacula descripsit, latine factus per HEYDENOS fra-
a tres apud SCHARDIUM (a) *Pone tres*, ait, *Regii stipatores insequuntur, qui equis insidentes, in vulgus missilia iactant, nummos scilicet aureos & argenteos, ita utrinque signatos, ut in altera parte* MAXIMILIANVS D. G. BOHEMIÆ REX, *in altera*, CORONATVS EST IN REGEM ROMANORVM ANNO 62. *legeretur.*

Idem affirmat Anonymus alter apud eundem SCHARDIUM
b (b), qui tamen nummi typum haud describit: de reliquo *magnam vim aureorum & argenteorum* effusam fuisse asserens Leguntur ibidem POSTHII carmina, quibus MAXIMILIANO electionem hanc, coronationemque gratulatur. Is inter cetera epigrammata de nummis missi- Tab. VII.
libus ita canit: (c) c

Aede coronatum sacra dum curia Regem
Excipit, & cœlum plausibus omne sonat,
In densam populi turbam venit aureus imber,
Et legitur medio regia gaza foro.
Clamaturque beatus io, Rex inclyte vivas,
Cuius ab auspiciis munera tanta fluunt.

M. Imp. au. pond. 2. *duc. & ar.* LUCK. *l. c.*

XIII.

MAXIMILI. *anus* D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* BOHE. *miæ* REX. Protome Regis barbati, corona radiata redimiti, aurei velleris tænia insigniti, loricaque ac collari muniti, siniſtrorsum versa.

In postica littera initialis nominis MAXIMILIANI, corona tectum Cæsarea, cinctumque duobus lauri ramis, qui inferius decussati, globo, cruce insignito, innituntur. Adiicitur in ambitu versus:

A. DOMINO. REGNVM. VENIT. IMPERIIQ. *ue* POTESTAS.

Ex quibus verbis tam argumentum nummi, quam Regis pietas & modestia intelligitur, qui summam in terris potestatem, Supremo Numini in acceptis ita retulit, ut idipsum publico etiam testatum voluerit monumento.

Quod supereſt, cum typus tum forma nummi suadere videntur, ut illum inter *missiles*, quod

(a) Tom. III. p. 2076.
(b) Pag. 2068.
(c) Pag. 2082.

Tab. VII. a quod poſt LUCKIUM Cl. KOEHLERUS (a) fecit, una adnumeremus. Quia tamen Auctores, ſupra laudati, priorem duntaxat in hunc album miſerunt: ſatis erit, eundem in numero mnemonicorum habere. LUCK. *p.* 204.

XIV.

Adverſa cum præcedenti convenit, niſi quod caput Regis dextrorſum reſpiciat: qualiter haud dubie etiam ſuperiorem depingi oportuiſſe ſuſpicamur; ut qui chalcographum LUCKII ea in re plerumque peccaſſe exploratum habemus.

Averſa monogramma nominis MAXIMILIANI, coronam globumque Imperii, ut in præcedenti, exhibet: ſed ſceptrum inter & gladium erectos. Circumducitur inſuper tænia, cui inſcriptum: DOMINVS. PROVIDEBIT.

Familiare hoc ſymbolum erat Regis, uti ex nummis aliis, poſtea producendis, diſcimus: quamvis alia atque alia, ut videbimus, cum imagine expreſſum. Illud hunc in modum b TYPOTIUS (a) exponit: ut littera M una cum Cæſareo diademate *Imperatorem*, ſeu rectius *Regem Romanorum* MAXIMILIANUM: mundo autem, ſeu globo, quidquid in mundo eſt: ſceptro denique *ius*, & enſe denotari *arma* dicat, quibus ius vindicandum eſt. Quod, quia difficile, *Domino orbis*, ſeu *providentiæ* Divinæ rem permitti.

Hoc ſymbolum MAXIMILIANUS, cum Romanorum Rex ſalutabatur, aſſumpſiſſe videtur; ut ex hoc nummo intelligimus. Utrum vero miſſilis fuerit? ex ratione, ſuperius adducta, tam facile dici non poteſt. Porro ſceptrum hic dextrum, gladius ſiniſtrum occupat locum, contra quod in aliis vice verſa poni ſoleant. *M. Imp. ar. pond.* 1. *dr.* MAXIMILIANUS II. IMP.

XV.

Sedet MAXIMILIANUS in throno, tribus coronis radiatis faſtigiato, umbella operto, atque a duabus aquilis, hinc & inde collocatis, cuſtodito: pallio Regis Romanorum, ſtolaque indutus, & aurei velleris tænia inſignitus, capite aperto, ſiniſtrorſum verſo: dextra ſceptrum, ſin. globum Imperii, cruce inſtructum, tenens. Aſſiſtunt duæ figuræ muliebres tunicatæ & ſuccinctæ, quarum altera a dextris, *Iuſtitiæ* ſymbolum, gladium tenet dextra, ſiniſtra mediam ex tribus coronis velut ſuſtollit, adſcriptis retro illam verbis: IVSTITIAM VINDICA. Altera a ſiniſtris *Pacis* ſimulachrum, ramum oleæ tenet ſiniſtra, dextra coronam, ex dictis tribus ultimam, id eſt, *Hungaricam* componit; pone adſcripto lemmate: DA PACEM PATRIAE. In ſegmento ſequens diſtichon, nummi argumentum exponens, legitur:

VNO ANNO REGEM BOHEMIÆ
MAXMILIANVM.
VNCTVM ROMANVM VIDIT
ET VNGARICVM
M. D. LXIII.

In averſa, quæ inſcriptione caret, ſiſtitur pavo, cuius pectori impreſſum eſt ſcutum bipartitum *Auſtriæ* & *Burgundiæ*

(a) M. B. L. P. VII. p. 398.

(b) Symbol. Divin. & human. tom. 1. p. 49.

MAXIMILIANUS II. IMP.

insignia referens. In rotata pavonis cauda, oculorum loco, duplici ordine exaratæ sunt tesseræ regnorum ac provinciarum, Domui Austriacæ parentium. Exterior series alternis *Burgundiæ* crucibus & ignitabulis distinguitur. Ad pedes huius alitis insigne *Regis Romanorum* coronatum & torque aurei velleris cinctum, nec non scuta *Hungariæ* & *Bohemiæ* maiori ceteris forma comparent, iisque addita conspiciuntur insignia regia, hinc sceptrum & globus Imperii: illinc gladius laurique ramus. Hæc excipiunt parmulæ minores in margine exteriori: sumendo initium a leone *Bohemico*, quem infra ad lævam vides: I. cornua cervina *Wurtembergiæ*. II. Aquilam *Tyrolensem*, quam LOCHNERUS pro *Carinthiaca* habet. III. Punicum regni *Granatæ* malum. IV. In forma decussis quadrata, repetitos *Siciliæ* palos, atque aquilas. V. *Arragonicos* palos. VI. Leonem *Legionensem*. VII. Ad dextrum supremum nummi latus in linea descendente *Castiliæ* regni castellum. VIII. Capita pardalina *Dalmatiæ*. IX. Brachium *Sclavonicum* cum gladio. X. Symbolum *Croatiæ* XI. Aquilam *Moraviæ* vel *Silesiæ*. XII. Denique tesseram *Lusatiæ* sub oculos ponit. Alter ordo interior, resumendo initium a leone *Bohemico* talis est: occurrit scutum I. Marchionatus *Burgoviæ*, tesseras, palo distinctas. II. *Marchiæ Vinidorum* galerum. III. *Portus Naonis* insigne. IV. Leonem *Habsburgicum* (hunc laudatus LOCHNERUS *Flandriæ* tribuit) V. Aquilam *Carniolæ*. VI. Leonem *Flandriæ*. VII. Pantheram *Styriæ*. VIII. Tesseras *Carinthiæ*. IX. *Alsatiæ*. X. *Brabantinum* leonem (quem dictus Auctor *Habsburgicum* facit) intuendum præbet. Tab. VII.

Elegantissimum porro hoc numisma, quo in cauda pavonis, olim ab Austriacis, ex gente *Habsburgica* oriundis, tantopere in deliciis habita (uti iam alibi notavimus) regnorum ac provinciarum expressa sunt insignia, memoriale est coronationis Hungaricæ, ipso anno 1563. in parte aversa signato, die VIII. Sept. peractæ; quod titulorum inscriptionumque contextus abunde testatum facit.

Sub eandem solemnitatem nummos populo missos testatur Anonymus, qui historiam eius litteris commendavit (a), quorum tamen nullum exemplar in manus nostras pervenit. Credibile est etiam eam pecuniam usualem duntaxat fuisse, nec data opera, typoque, huiusmodi actioni speciatim destinato, signatam; cum id Auctor tam facile non reticuisset; ut qui nummum haud dubie, quemadmodum in descriptione coronationis Cæsareæ eundem feciſſe supra vidimus, etiam descripsisset. *M. Imp. ar. pond. semunc. & 2. dr. lamin. iunctis.* LUCK. *p.* 204. & LOCHN. *ad annum* 1741. *hebd.* 24. *p.* 185. a

XVI.

MAXIMILI. *anus* II. ROM. *anorum* IMP. *erator* SEMP. *er* AVGV. *stus*. Caput Imperatoris nudum calvumque, ad medium pectus cum Tab. VIII.

(a) Wahl- und Crönungs-Handlung, Francof. 1612. in 4. secundo edita. supra iam laudat.

MAXIMILIANI II. Numismata et monetae. Tab. VIII.

XVI.



XVII.



XVIII.



XIX.



XX.



XXI.



XXII.



XXVIII. b.



XXIII.





XXIV.



XXV.



XXVI.



XXVII.



XXVIII.



XXIX.



Monum. Austr. T. II. P. II. Petr. Major delin. et Sculpsit. ad p. 54. H.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. VIII. cum lorica, criſpato collari, a dextris ſiniſtrorſum.

MARIA. IMPERATRIX. S. *emper* A. *uguſta.* Imago Auguſtæ pro genio ævi comta, & collari inſtructa, ad dextram verſa.

Quia ambo coniuges titulis *Imperatoriis* in hoc nummo ornantur, clarum fit, eum ante annum 1564. cuſum non eſſe; quo nempe, primum defuncto FERDINANDO I. uti licuit; quin immo ex capitis calvitie ceterisque faciei lineamentis ad annum circiter 1575. referendus videtur; quippe quod magnam quoad hæc ſimilitudinem cum nummo, num. XXII. depicto, gerit. *M. Imp. ar. deau. pond. 2. dr. M. S. B. æ.*

XVII.

MAXIMILIANVS. II. D. *ei* G. *ratia* ROMA. *norum* IMPER. *ator* SEM. *per* AVG. *uſtus* GER. *maniæ* HV. *ngariæ* BO. *hemiæ* ETZ. (*et cetera*) REX. Protome Cæſaris armata, collari & tænia aurei velleris ornata, capite laureato, ad lævam converſo.

ARCHI DVX. (diviſis vocibus) AVSTRI. *æ* DVX. BVRG. *undiæ* MARC. *hio* MOR. *aviæ* 1566. Cohærens hic titulus, cum inſcriptione primæ partis, circumit *Aquilam* Imperii bicipitem coronatam, & in pectore parmula, quæ *Auſtriæ* faſciam refert, inſignitam.

Cum prima hoc anno comitia celebrari fecerit MAXIMILIANUS Auguſtæ Vindelicorum, eaque præſentia ſua dignatus fuerit (a), facile hic *nummus* iisdem durantibus, *honorarius* cuſus eſt; exemplo FERDINANDI patris, qui idem non raro fecit, ut ſupra vidimus (b). MAXIMILIANUS II. IMP.

Ceterum monuit me Eruditiſſ. Dom. a ROSENTHAL, typum nummarium huius numiſmatis hodieque adſervari in *Valle Ioachimica*, vulgo *Ioachims-thal. M. D.* a ROSENTHAL. *ex ſtanno cuſus.* b

XVIII.

MAXIMILIA. *nus* D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* IM. *perator* S. *emper.* AV. *guſtus* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* Z. (*cetera*) REX. Protome Cæſaris armata, atque ordinis aurei velleris inſigni conſpicua, capite nudo, dextrorſum ſpectante.

Averſa aquilam bicipitem, *Imperii* ſymbolum, exhibet, impreſſa pectori eiusdem parmula *Auſtriaca*, additaque perigraphe: AQVILA. ELETA. (*electa*) IVSTE. OMNIA. VINCIT. 1566.

Hoc ſymbolum, quod inter nummos Imperatorum, ex Auguſta gente Auſtriaca oriundorum, iam tertio occurrit, in præcedentibus expoſuimus (c). c

SOLIMANNUS, Turcarum Imperator, mora muneris honorarii, quod ei MAXIMILIANUS quotannis ex pacto, ultimis FERDINANDI I. temporibus inito, mittere debebat, atque etiam, quod IOANNI Tranſilvaniæ Duci ablata ut reſtituerentur, ab eodem diu fruſtra poſtulaſſet, offenſus, eidem bellum inferre ſtatuit. Cuius rei fama MAXIMILIANUS excitus, copias ſuas in Pannoniam miſit, quæ rem contra Turcas non male gerunt; hoſti-

a

(a) THUAN. lib. XXXIX. p. 371.
(b) In FERDINANDO. num. VII. p. 8. &c.
(c) Vid. pag. 14. num. XX.

MAXIMILIANUS II. IMP.

hostibus ab obsidione *Pelotæ* metu ac consternatione submotis, atque *Vesprinio Tata*, seu *Datta*, ac *Gestero* castello facili opera
a expugnatis (a). Horum igitur caussa progressuum, ceu felicium belli præludiorum, hic nummus cudi potuit; ut qui victoriam Imperatoris aperte eloquitur: quanquam id ipsum nemo facile pro certo affirmaverit. *M. Imp. ar. pond. semunc.*

De alio quoque nummo & lemmate MAXIMILIANI mentio-
b nem facit SCHOEBELIUS (b), quem ita describit: in antica protome Cæsaris cum titulis, in postica aquila *Imperii* coronata, ad cuius latus dextrum rami palmæ & oleæ: ad sinistrum Iovis fulmina, cum epigraphe: IN TEMPORE VTRVMQVE; sed mihi non obtigit hunc nummum neque eius delineationem intueri.

Idem nummus depictus
c quoque est apud TYPOTIUM (c), cum hac ipsa epigraphe, Græcis litteris expressa: EN. KAIPΩ. EKATEPON. quod idem sonat. Quo emblemate belli pacisque, se se perpetuo excipientium tempora designare voluit, quorum illud fulmine, hoc oleæ ramo exprimitur.

XIX.

MAXIMILIANVS. D. *ei* G. *ratia* BOHE. *miæ* REX. Protome Cæsaris, ut num. præcedenti, sinistrorsum tamen conversa.

In aversa aquila *Imperii* biceps expansa, lunæ bicorni insistit, imminente supra corona Tab. VIII.
Cæsarea, cruce instructa, & addito lemmate: COMMINVAM VEL EXTINGVAM.

Numisma hoc cusum esse dicit LUCKIUS intra annos 1562. & 1563. durantibus comitiis Francofurtensibus. Verum etsi in adversa titulus solummodo *Regis Bohemiæ* adscribitur, in aversa tamen aquila *Imperii* biceps comparet, Imperatoris symbolum: quo ipse, vivente patre, uti haud poterat. Hinc & suspicio oritur, titulos *Hungariæ Regis*, atque *Romanorum Imperatoris*, chalcographi *Luckiani* incuria omissos esse. Quidquid autem de hoc sit, luna bicornis, *Monarchiæ Turcicæ* tessera, quemadmodum cetera nummi omnia, summo persuadent opere, eundem anno 1566. quo MAXIMILIANUS ipse in expeditionem profectus est, signatum fuisse (d). Amplissimæ d
enim inscriptio spei meminit, a MAXIMILIANO conceptæ, *lunam* aut *comminuendi* aut *extinquendi* omnino. Quæ, si apparatum bellicum, ceterasque res circumstantes spectaveris, haud certe vano nitebatur fundamento. Tum enim præter copias, quas MAXIMILIANUS suis e provinciis undique contrahebat: auxilia etiam ab Imperii Ordinibus, quanta nulli antea Imperatorum, stipendiaque per octo menses in tres annos, in signata pecunia solvenda, decreta fuere (e). *Omnium porro copiarum* e
summa, quæ in diversis partibus
&

(a) ISTHUANFF. rer. Hung. l. XXII. p. m. 287.
(b) Apophteg XV. Cæsarum Austriacorum p. 258. 259.
(c) Paullo supra laudat. p. 48.
(d) ISTUANFF. lib. XXIII. p. 292.
(e) THUANUS lib. XXXIX. p. 371. ISTHUANFF. l. c. p. 285.

Tab. VIII. *& caſtris habebantur, ſi in unam contracta foret, viginti quinque millia equitum, & amplius, ac octoginta peditum numerum facile excedere exiſtimabatur, par hoſtibus, multorum iudicio, acies, apud quos bellum fama potius multitudinis, quam vero numero*
a *conſtare vigereque fertur* (a). Quæ ſingula, etſi res, eo quod Cæſar, ſuorum poſtea conſilia ſecutus, ſuſtinere potius, quam
b inferre bellum decreviſſet (b), ſecus acciderint: huic nummo præbere argumentum poterant, rei tum præſenti ſatis accomodatum. Quare illum ante profectionem Cæſaris, quam die XV. Aug. Wienna, ſpe plenus
c victoriæ, egreſſus, ſuſcepit (c), ſignatum fuiſſe iudicamus. LUCK. *p.* 204.

XX.

MAXIMILIANVS. RO. *manorum* IM. *perator* Æ. *tatis* XXXX. Effigies Cæſaris fere ut num. XVII. dextrorſum tamen converſa.

Averſa aquilam *Imperii* bicipitem coronatam offert, in cuius falcula dextra ſceptrum, in ſin. vero gladius. In eius pectore parmula bipartita, faſciam *Auſtriacam*, teſſeramque *Caſtellanam* exhibet. Infra additus eſt globus *Imperii*, cruce inſtructus, & in peripheria lemma: DOMINVS PROVIDEBIT.

Solitum hoc & familiare erat Cæſaris MAXIMILIANI ſymbolum, ut hic ſupra num. XIV. iam diximus. Sed id tamen haud impedit, quin illud ſingulari quoque deſtinatione ad factum aliquod pertineat. Eo nimirum anno 1567. quocum adſcriptus ætatis annus incidit, MAXIMILIANUS legatione Conſtantinopolim miſſa, octo annorum inducias, addicta denuo penſione annua, triginta millium aureorum, qua de pariter mentionem iam fecimus, impetravit (d). Quo in negotio MAXIMILIANUS providentia Divina, ſicut opus habuit, ita quamnam in ea fiduciam collocaret, nummo teſtatum voluiſſe videtur. MAXIMILIANUS II. IMP. d

Similem typum deſcribit BANAGIA in ſuo MS. catalogo nummorum, in gazis aulæ Vindobonenſis aſſervatorum, eumque inter numiſmata primæ magnitudinis collocat; ſed fateor, me eiuſmodi archetypum in iisdem gazis haud amplius reperiſſe. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.*

XXI.

MAXIMILI. *anus* II. ROM. *anorum* IMP. *erator* SEMP. *er* AVGV. *ſtus*. Effigies Imperatoris, fere ut num. XVI.

In poſtica aquila ſimplex, ſiniſtra falcula terrarum orbem, faſcia ligatum, ſuſtinet, & ala protegit, dextro pede extremitati faſciæ inſiſtens, adiecto in ambitu lemmate: DOMINVS PROVIDEBIT.

Nummus hic, conſuetum Cæſaris ſymbolum, hic ſupra num. XIV. iam expoſitum referens, variis modulis, diverſisque annis prodiit. LUCKIUS aliud exemplum, præſenti iſthoc maius, producit, & ad annum 1566. refert.

(a) Verba ſunt ISTUANFFII. l. c. p. 291.
(b) Vid. eund. loc. mox cit. & init. lib. XXIV. p. 305.
(c) Id. lib. XXIII. p. 292.
(d) THUANUS. lib. XLI. p. 456.

MAXIMILIANUS II. IMP.

DEWERDECKII typus æram Christi 1572. impressam habet. Eundem nummum recenset LOCHNERUS (a). Alterius vero formæ & primæ quidem magnitudinis descriptum legi, sed archetypum haud vidi: in catalogo nummophylacii Archiducalis, qui ita habet: „ Caput „ MAXIMILIANI laureatum, ad „ pectus insigne aurei velleris, „ cum epigraphe: MAXIMILI. „ RO. IM. AN. XXXX.

„ In postica aquila biceps „ falcula dextra sceptrum, sin. „ gladium tenens, infra globus „ cruciatus, cum lemmate: „ PROVIDEBIT DOMINVS. *M. Imp. ar. pond.* I. *dr.*

a

XXII.

MAXIMIL: *ianus* II: AVG: *ustus* IMP: *erator* CAES: *ar.* Protome Cæsaris armata cum paludamento, torque aurei velleris & crispo collari, capite nudo & nonnihil calvo, ad lævam conversо. Additæ siglæ AN: AB: etiam in aversa repetitæ, haud dubie litteræ initiales nominis artificis sunt. Illas HERÆUS omisit.

MARIA IMPER: *atrix* MDLXXV. Protome MARIÆ in stola pellicea replicata, cum crispo collari, capite vittato, dextrorsum respiciente.

Elegans hoc numisma iconicum anno, mortem Cæsaris antecedente, cusum. *M. Imp. a.* & in *M. D. de* ROSENTHAL. Pars adversa in *M.* BUOL. & *T. H.*

Postica huius nummi ipsissima etiam cum alio typo, quem pœne omissum in supplementa reiecimus (b) iuncta fuit. Sistitur ibi figura muliebris stans, dextra bilancem, sin. hastam puram tenens, cum epigraphe: EQVITAS PRINCIPIS. Symbolum in nummis veterum Romanorum Imperatorum longe tritissimum. *M. Imp. a. fus.* Tab. VIII. b

XXIII.

MAXIMIL. *ianus* ROM. *anorum* IMP. *erator* REX. GERM. *aniæ* HVNG. *riæ* BOHE. *mia* ELECT. *us* POLONIÆ. Icon Cæsaris fere ut num. XVI. dextrorsum tamen conversa.

In postica figura militaris, veterum more armata & galea obtecta, volitante a tergo paludamento, equo insidens, figuram aliam pariter armatam, pro pedibus equi iacentem, hasta transfodere conatur, adiecto lemmate: SIC ALIENA.

Postquam HENRICUS VALESIUS, relicto anno 1575. Poloniæ regno, Monarchiam Francicam adiisset, nunquam illuc rediturus: Poloni indictis *Warsaviam* comitiis, ex multis competitoribus MAXIMILIANUM Cæsarem, suffragante maxima Senatorum Poloniæ & Lithuaniæ parte, Regem suum declarant. Dum interim pauci alii, cum magna Nobilitatis parte, a senatu discedentes, Regemque, Polono sanguine cretum, eligendum prætendentes, ANNAM defuncti Regis SIGISMUNDI sororem, virginem quinquagenariam, ea conditione ad coronam vocant, ut maritum sibi non alium, quam STEPHANUM BATHORIUM, Transilvaniæ Principem,

(a) Collect. numm. ad an. 1741. p. 177.

(b) Num. II.

Tab. VIII. cipem, assumeret. Igitur qui MAXIMILIANUM elegerant, datis ad BATHORIUM litteris hortantur, ne paucorum senatorum Nobiliumque suffragiis subnixus, regnum Poloniæ sibi adeundum putet. Contra ea, qui BATHORIO favebant, ipsum MAXIMILIANUM parili ratione a capessendo regno deterrere conantur.

Postremo, anno 1567. insecuto, MAXIMILIANUS a Poloniæ Ordinibus, sibi addictis, splendidissima legatione, Wiennam missa, ut in regnum iter maturaret, rogatur. Sed dum illud potius filio ERNESTO tribui cupit, atque tractationes, cum iisdem institutas, aliquanto segnius agitat: adversa Polonorum factio, missa legatione non minus solemni, BATHORIUM in regnum invitat: qui nulla interposita mora præsto est, atque unacum ANNA, quam, ut convenerat, in matrimonium duxerat, Cracoviæ Calend. Maii coronatur (a).

Harum caussa rerum numisma signatum contendit LUCKIUS, militemque subiacentem pro STEPHANO BATHORIO, Transilvaniæ Principe, habet, nummique lemma ex applicatione veteris Laurentium legis: *Ne quid alienum tollerent in armum*, ita interpretari studet: quod MAXIMILIANUS, cum a Proceribus regni Polonici contra HENRICUM III. qui coronam illam dereliquerat, in Regem esset electus: dictus autem BATHORIUS, ducta in matrimonium ANNA, sorore SIGISMUNDI II. defuncti ipsorum Regis, a Nobilibus reliquis contra Imperatorem Rex pronuntiatus, Polonicum regnum usurparet, illum ita, ut in lege scriptum, ad inferos mittere vellet. MAXIMILIANUS II. IMP.

Verum tenendum potius, nummum hunc a Proceribus Poloniæ Cæsari oblatum fuisse; quo significare volebant: armis opus esse, ut *aliena*, quam sibi BATHORIUS sumpserat, recuperetur *corona* Poloniæ. Nam verosimile non est, Cæsaris iussu titulum *Electi Poloniæ Regis* suis in nummis signatum esse; siquidem coronam illam filio suo ERNESTO, ut diximus, cedere conabatur, quod etiam maxima moræ caussa erat. At vero hoc Poloni renuentes, symbolo nummi moram rumpere, & Cæsarem ad arma capessenda urgere intenderunt. Sed optimus Princeps magis sollicitus de auxiliis adversus Turcas, & de negotio Religionis, comitia Ratisbonam indixit, quibus adhuc durantibus diem extremum clausit. LUCK. *p.* 261.

XXIV.

DIVVS. MAXIMILIANVS. SECVNDVS. CAES. *ar* P. *ius* F. *elix*. Caput Cæsaris corona Imperiali tectum, ad medium pectus, cum lorica, crispato collari & torque aurei velleris, ad lævam conversum.

Exequialis huius nummi adversæ parti quatuor omnino iunctæ sunt aversæ differentes, apud LUCKIUM pag. 263. depictæ, quas nunc ordine recensemus.

(a) Vid. STRUV. sæpe laudat. period. x. §. XIV. p. 1008. Auctoresque ibid citati.

MAXIMILIANUS II. IMP.

XXV.

In prima fronte aquila, IOVIS ales, & *Imperii Romani* ſymbolum cernitur, quæ relictis in terra inſignibus *Imperialibus*, corona ac globo, cruce inſtructo, nec non ſceptro & gladio, in decuſſim poſitis, avolat ad cœlum, adiecto in peripheria pentametro: NIL. HVMANA. MOROR. DVM. SVPER. ASTRA. FERROR. & inferius: OBIIT. RATISB. *onæ* 12. OCTOB. *ris* AN. *no* 1576.

Aquila, aſtra petente, non tam ad veterum ſuperſtitionem, qui dum Imperatores ſuos poſt mortem conſecraturi, corpora eorum in rogo cremantes, aquilam inde emittebant, defuncti animam eſſe dictitantes (a), quam ad S. R. Imperii ſymbolum reſpici putamus.

a

XXVI.

Secunda pyramidem oſtendit, ſepulchri genus, veteribus Ægypti Regibus uſitatum, luna decreſcente, deficientis ſcilicet vitæ humanæ ſymbolo, faſtigiatam: inſcripto titulo, qui cum epigraphe, in ambitu nummi inciſa, iunctus, ſic ſonat: ANIMÆ ÆTERNÆ AVGVSTI. OPTIMI. PRINCIPIS.

Elogium *Optimi Principis*, TRAIANO olim, a S. P. Q. R. decretum, etiam MAXIMILIANO, ob præclaras eius, ſingulareſque virtutes, quibus populos, ſuæ curæ concreditos, regebat, iure merito tribuebatur. Eas paucis complexus verbis THUANUS eſt (b), ubi de FERDINANDO I. differens, ait: *nulla re felicior fuit, quam ſucceſſore* MAXIMILIANO, *qui veſtigiis paternis inſiſtens, rara prudentiæ & æquitatis laude Imperium poſt eius obitum adminiſtravit.* Tab. VIII.

b

XXVII.

Tertia coronam exhibet, quæ notam temporis complectitur, quæque una cum inſcriptione marginali hunc in modum legenda: MEMORIÆ. (ſeu potius *memoria*, ut fere ex nummo alio, num. XXVIII. b. depicto, intelligitur) FVNEBRIS. PRAGE. BOHEMIAE. ANNO MDLXXVII.

Coronam in nummo exhibitam, myrteam eſſe iudicamus; ad imitationem ſcilicet veterum, qui eiusmodi coronas non ad exornandas neo-ſponſorum ſolum domos, ſed honoranda quoque defunctorum ſepulchra adhibebant. Et licet chalcographus LUCKII eandem non optime expreſſerit: myrtei tamen ramuſculi in iam laudato, & mox adducendo minori nummo, qui ad exemplum huius maioris effictus eſt, luculenter apparent.

XXVIII.

Quarta denique binos capricornos, ſibi invicem oppoſitos, atque una clypeum, globo terreſtri innixum, ſuſtinentes, repræſentat, inſcriptis tam clypeo, quam margini nummi, verbis ſupra iam num. XXVI. recitatis.

Capricornum, pede orbem terrarum prementem, in nummo ſignari voluit Cæſar AUGUSTUS. *Tantam mox fiduciam fati* AUGUSTUS *habuit*, ait, SUETONIUS (c), *ut thema ſuum vulgaverit,* c

(a) HEROD. lib. IV.
(b) Lib. XXXVI. p. 287.
(c) In AUGUSTO cap. XCIV.

Tab. VIII. *verit*, *nummumque argenteum*, *nota ſideris capricorni*, *quo natus eſt*, *percuſſerit.* Idem teſtantur, qui hodie ſuperſunt, nummi non ſolum argentei, ſed aurei quoque; quanquam quæ de hoc TRANQUILLI loco, atque adeo natali AUGUSTI, diſputant Eruditi, non ſint huius loci.

Habetur quoque Fl. VESPASIANI nummus, tam ex auro, quam argento, in cuius averſa duo capricorni eodem prorſus modo, quo in hoc MAXIMILIANI nummo, exhibentur: niſi quod in clypeo illo votivo, quem dicti capricorni tenent, duæ ſolum tritæque in antiquis nummis litteræ S. C. id eſt SENATUS CONSULTO inſcriptæ ſint. In antica caput Imperatoris laureatum ſiſtitur, cum epigraphe: DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS. quæ quidem nummum poſt mortem Cæſaris ſignatum fuiſſe oſtendit; cum veteribus Imperatoribus laudatioribus ſaltem, *Divi* titulus ante conſecrationem, ut norunt harum rerum periti, dari haud conſueverit.

a Cl. BIEUS (a) nummum hunc ita explicat, ut clypeum ex *Senatus Conſulto* Imperatori poſt mortem poſitum eſſe dicat. Porro eidem ſignum *capricorni* in geneſi commune cum AUGUSTO fuiſſe, ait, geminosque capricornos ideo ſignari iuſſos a Senatu; ut in patre & filio, FLAVIO ſcilicet & TITO VESPASIANIS, *velut geminatam fuiſſe* AUGUSTI *fortunam*, *atque in gubernando feliciter orbe terrarum providentiam* oſtenderet.

Idem affirmat Illuſtr. SPANHEMIUS (b), ubi ait: *Ita etiam geminos id genus capricornos, & luculentos duorum felicitatis indices videas in nummo aureo* VESPASIANI *ac* TITI. MAXIMILIANUS II. IMP. b

Huiusmodi nummum ante oculos habuiſſe videtur, qui præſentem hunc MAXIMILIANI excogitavit, ſimulque innuere voluit: quanta providentia atque felicitate Cæſar, *æterna memoria* dignus, *optimus*que *Princeps* mundum, dum viveret, rexerit, quantaque nunc felicitate in cœlis fruatur. Neque enim dici poteſt, eundem, ut AUGUSTUS aut VESPASIANUS, horoſcopante capricorno, natum fuiſſe; cum eius nativitas in Calendas Auguſti incidat, lucemque hanc ingreſſus fuerit hora noctis ſecunda, in ſigno *libræ*, ut MENLIUS teſtatur apud STEYRERUM (c). c

De *Optimi Principis* elogio, quo hic ſecundo mactatur defunctus Imperator, diximus ad num. XXVI.

Quatuor his nummis exequialibus addit LUCKIUS quintum, cuius pars adverſa effigiem MARIÆ exhibet, averſa vero lemma continet: SOLA SPES MEA. Nos eiusdem delineationem iam dedimus Parte I. pag. 127. n. CXIX. ſed eum pro funebri mariti non recenſemus; in epigraphe namque partis adverſæ hi honorum tituli leguntur: MARIA. AVSTR. REG. BOEM. CAROLI. V. IMP. FI. Si enim poſt obitum MAXIMILIANI hoc monumentum ſignatum fuiſſet,

(a) Ad num. aur. CAROLI Ducis Arſchotani tab. XII. n. 1.
(b) De uſu & p. numiſ. diſſert. V. §. 1. p. m. 239.
(c) In collectan. MSS.

MAXIMILIANUS II. IMP.

titulum utique *Imperatricis* addere oportuiſſet, quem iam anno 1574. in nummis ſuis frequentaverat. Vide ſupra num. XXII. LUCK. *p.* 263.

XXVIII. b

Adverſa effigiem Cæſaris, ut num. XXIV. exhibet: averſa autem coronam myrteam, qua de num. XXVII. diximus. Inſcriptio utriusque partis ſimul iuncta ſic fluit: DIVI. MAXIMILI. *ani* II. CAESAR. *is* AVG. *uſti* P. *ii* F. *elicis* MEMORIA FVNEBRIS PRAGÆ. BOH. *emiæ* ANN*O* LXXVII. ſubintellige: MD. Pragam videlicet corpus defuncti Imperatoris, anno poſt mortem ſequenti, translatum fuit. Qua de re cum die & Deo in monumentis ſepulchralibus. *M. S. B. ar. pond.* 1. *dr. G. C. loc.* II. *p.* 58.

XXIX.

Adverſa pars ab ea, num. XI. deſcripta, nihil differt.

Poſtica ſiſtit rudera, quibus inſidet ſenex ſeminudus, geſtu ac facie lugubri. Pro pedibus eius genium, ſupra loculum ſedentem, dextro cubito calvæ innixum, conſpicimus. In longinquo poſita ara cum igne.

Funebrem eſſe hunc nummum, extra controverſiam eſt, & quanquam inſcriptione in averſa deſtitutus ſit; ſatis tamen colligitur ex iugatis capitibus MAXIMILIANI & MARIÆ, in adverſa expreſſis, eum ad MAXIMILIANUM pertinere. Inde vero illud firmatur, quod ſupra de nummis, in memoriam coronationis Bohemicæ cuſis, iam monuimus: adverſam ſcilicet huius adeo frequentatam, & diverſis ita poſticis iunctam fuiſſe, ut eius uſus ad exceſſum uſque MAXIMILIANI perſeverarit. *M. Imp. pl.* Tab. VIII.

NUMMI ICONICI.

XXX.

Capita iugata MAXIMILIANI & MARIÆ ad media pectora. Tab. IX. Ille armatus, & inſigni ord. aurei velleris ornatus, coronam in capite gerit radiatam. Hæc ſtolata, vel tunicata, atque unionibus conſpicua: diadema in capite geſtare videri poſſit; quod tamen verius pars coronæ radiatæ; circulus nempe eius, videtur. Additur in area per transverſum inſcriptio: REX BOHE*miæ*.

Archetypon huius nummi in gazis aulæ Cæſareæ Vindobonenſis aſſervatur. Similes alii nummi, non nihil variantes, percuſſi ſunt, occaſione coronationis anno 1562. Pragæ peractæ. Reperiuntur & alii, ſed diverſi moduli, quorum ectypa iam ſupra dedimus. In catalogo nummophylacii Archiducalis talis recenſetur, cum nota primæ magnitudinis. Alium vidi in gazis Aulæ Vindobonenſis, minoris adhuc formæ, abſque poſtica. Parem quoque in tabulis ſuis edidit, minori modulo, HERÆUS; verum cum in his nihil novi, ac notatu dignum occurrat, ſed variatio tantummodo in modulis ſeu locatione imaginum ſita ſit: iteratis eorundem nummorum delineationibus conſulto ſuperſedemus. *M. Imp. ar. pond.* 3. *dr. & ſemis*, *& D. B. de* STEIN.

XXXI.

MAXIMILIANI II. Numismata et monetae.

Nummi Iconici.

XXX.



XXXI.



XXXII.



XXXIII.



XXXIV.



XXXV.



XXXVI.



XXXVII.



XXXVIII.



XXXIX.



XL.



Monetae.

XLI.



XLII



XLIII.



XLIV



XLV.



Nummi Viciales.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. IX.

XXXI.

IMP: *erator* CAESAR. FERDINAN: *dus* I: AV *guſtus*. Protome FERDINANDI in toga, cum collari criſpato, patagio pelliceo & torque aurei velleris, capite caliptra obtecto, & ad lævam converſo.

Poſtica eadem cum numero IX. Ex titulo partis adverſæ videtur hic nummus, patris filiique MAXIMILIANI II. imagines referens, poſt FERDINANDI I. mortem ſignatus; quippe qui in aliis, vivo eo percuſſis, inſuetus eſt, ut ex dictis intelligitur. *M. Imp. au. pond.* 6. *duc.*

XXXII.

FER. *dinandus* D. *ei* G. *ratia* EL. *ectus* RO. *manorum* IM. *perator* S. *emper* AV. *guſtus* GE. *rmaniæ* HV. *ngariæ* BO. *hemiæ* R. *ex* 1563. Protome Cæſaris FERDINANDI armata, cum inſigni aurei velleris, capite nudo, ad lævam converſo.

MAXIMILIAN. *us* D. *ei* G. *ratia* RO. *manorum* HVN. *gariæ* BO. *hemiæ* REX. 1563. Effigies amborum coniugum iunctæ, fere ut num. IX. aut præcedenti.

Annus, quo hic nummus ſignatus fuit, utrique lateri adſcriptus, ipſiſſimus eſt, quo MAXIMILIANUS Poſonii, præſente Cæſare, patre ſuo, atque
a uxore eius MARIA, (a) quæ poſtridie inaugurata fuit, Rex Hungariæ cononari meruit; unde coniecturæ non vanæ locus, nummum ea occaſione prodiiſſe.

Tituli illi *Diva* & *Divus*, in nummis MAXIMILIANI ſæpius frequentati, hoc loco omiſſi ſunt. Hinc denuo coniici- MAXIMImus, illum iuſſu & auctoritate LIANUS Regis, reliquos autem, dictis titulis inſignitos, honoribus Auguſtorum ab aliis oblatos. II. IMP.

Notandum pariter, nullam de coniuge MARIA in epigraphe mentionem fieri, tametſi eius effigies in nummo una expreſſa ſit, quod, an incuria, an ſtudio, factum ſit? alii diſcernant.

Similem typum recenſet BANAGIA in ſuo catalogo M. S. nummophylacii Vindobonenſis Cæſarei, quem inter nummos primæ magnitudinis collocat; ſed hunc ego in gazis aulæ haud amplius inveni. *M.* BUOL. *au. pond.* 8. *duc. & ap. D. de* ROSENTHAL. *in ar.*

XXXIII.

FERDINAN. *dus* I. AV. *guſtus* IMP. *eratar* CAESAR. Effigies Cæſaris fere ut num. XXXI. excepta magnitudine.

MARIA. MAXIMIL. *ianus* REG. *es* BOHE. *miæ* CONIVG. *es*. Effigies amborum ut num. XI.

Nummus hic reſtitutus eſt, &, ut ex forma litterarum, in epigraphe contentarum, colligitur, factaque collatione cum aliis eius generis typis, a decantato illo Iudæo Pragenſi fabrefactus: de quo in Parte I. huius nummothecæ paſſim. Suppoſititiorum eiusmodi numiſmatum catalogum dedit Cl. KOEHLERUS (b), ubi tamen hicce b
haud recenſetur; unde de eius raritate coniicias.

Porro Iudæus ille præ oculis habuiſſe videtur nummos, numero antecedenti, & num. XXXI.

qui

(a) Vid. deſcript. coronat. Hung. hic ſupra laudat Sect. 49. ſeqq.

(b) MBL. P. IV. p. 138.

MAXIMILIANUS II. IMP.

qui ſinguli maximam inter ſe ſimilitudinem gerunt, productos, quorum proinde formam effigiatam, maiori modulo expreſſit. *M. Imp. ar. pond.* 1. *unc.*

XXXIV.

Quatuor protomæ iunctæ, ſiniſtrorſum converſæ: quarum prima CAROLI V. Imperatoris eſt, qui armatus, paludamento cinctus, & ordinis aurei velleris teſſera ornatus, cum capite laureato ſiſtitur, impreſſa ſupra humerum dextrum aquila bicipiti. Secundo loco PHILIPPUS II. Hiſpaniarum, & tertio MAXIMILIANUS itidem eius nominis II. Bohemiæ, Reges, eodem quo CAROLUS V. habitu, omiſſa tamen aquila, exhibentur, & in capitibus coronas geſtant radiatas, ac circa collum collaria criſpata. Quarta denique MARIÆ effigies, ſolito habitu. Addunturin peripheria tituli, ordine perverſo hunc in modum diſpoſiti: MAXIMILIANVS. BOHE. *miæ* REX. MARIA. CAROLI. V. FIL. *ia* CAROLVS. V. ROM. *anorum* IMP. *erator* PHILIPPVS. II. HISP. *aniæ* REX.

Numiſma hoc LUCKIUS durantibus comitiis Auguſtanis anno 1548. percuſſum fuiſſe aſſerit: ſed nugas terit. Eo namque tempore MAXIMILIANUS & PHILIPPUS, hic CAROLI filius, nepos ex fratre alter, annum ætatis primum & viceſimum vixdum ingreſſi erant; qui igitur inſigniter adeo barbati comparent? Ad hæc *Regius* Hiſpaniarum titulus PHILIPPO ante annum 1556. haud competebat. Quare nummum ante abdicationem CAROLI haud prodiiſſe pro certo tenendum. LUCKIUS *pag.* 131. Tab. IX.

XXXV.

Eædem quatuor imagines iunctæ, ut in antecedente typo, ſed elegantiori hic utique forma & maiori arte expreſſæ. Figura typi ex integro rotunda non eſt, ſed non nihil oblonga; & quamquam inſcriptio in hoc numiſmate deſit, tamen ipſæ effigies Auguſtorum nomina produnt, eorumque titulos quaſi eloquuntur. Reliqua de hoc typo expoſita habes in notis ad numerum præcedentem. *M. Imp. ar. pond.* 2½. *unc.*

XXXVI.

CAR. *olus* V. IMP. *erator* FERD. *inandus* RO. *manorum* R. *ex* MAXIMIL. *ianus* REX. Effigies trium virorum, in epigraphe mox citata, nominatorum, ex quibus duo priores teſſera ordinis aurei velleris conſpicui, medius caliptra opertus: omnes vero togis palliisque induti ſunt.

Subiunxit hunc nummum LUCKIUS e veſtigio alteri, a nobis num. XXXIV. deſcripto, nulla tamen de eo mentione facta. Sed eum huc non pertinere ex eo intelligitur; quod imago illa media haudquaquam MAXIMILIANUM II. ſed eius nominis I. referat; ut nummum hunc cum iis, quos parte I. huius nummothecæ dedimus, contendere volenti, patebit. Porro FERDINANDI icon, tertio exhibita loco, teneriori ſane ſpecie ſiſtitur, quam ut ætati illi, qua Romanorum Rex electus & coronatus fuit, conveniat; uti

denuo

Tab. IX. denuo ex nummo, ſupra tab. II. num. XVII. æri inciſo, manifeſtum fit. Quæ cum ſingula ita ſe habeant: aperte conſequitur, ut tituli, ſeu epigraphe nummi, turbato ordine inſculpta ſit; cum MAXIMILIANI primum, ut medium & honoratiorem locum tenentis, deinde CAROLI V. & denique FERDINANDI nomen ſcribendum fuiſſet. Itaque nummum ab imperito quodam confictum, aut ad illud exemplum, quod inter FERDINANDI I. nummos num. XXXVII. dedimus, effictum, additaque, ſed perperam, epigraphe, quæ ibi deſideratur, renovatum, atque reſtitutum fuiſſe iudicamus. LUCKIUS *p.* 131.

XXXVII.

Pars anterior eodem prorſus typo exarata eſt, quam in nummo FERDINANDI I. Romanorum Regis anno 1541. num. XXVIII. inter *Ferdinandeos* vidimus, deſcripſimusque.

Averſa autem hanc in ambitu epigraphen offert: MAXIMILIANVS. II. D. *ei* G. *ratia* EL. *ectus* RO. *manorum* IMP. *erator* SEMPER. AV. *guſtus* GER. *maniæ* HVN. *gariæ* BO. *hemiæ* EC. (*et cetera*) REX. Aquila *Imperialis* biceps cum nimbis, interpoſita capitibus corona. In pectore gerit clypeum quadripartitum, aurei velleris torque cinctum. Prior eius area quatuor transverſas *Hungariæ* tænias, altera leonem *Bohemicum*, tertia iterum bipartita: prima faſciam *Auſtriæ*, altera *Burgundiæ* palos, quarta vero quadripartita: *Caſtellanas & Legionenſes* teſſeras repetitas exhibet. Ad latera colli inſcripta eſt æra 1565. MAXIMILIANUS II. IMP.

Succeſſerat nimirum MAXIMILIANUS FERDINANDO patri in Imperio anno 1564. cumque ſub initium anni inſecuti 1565. typi nummarii vel parati, vel exacti nondum erant, typum, quo pater anno 1541. uſus eſt, pro adverſa, in qua FERDINANDUS ex perſona Regis Romanorum equo vectus comparet, Cæſar aſſumere non dubitavit. Habita quidem fuit antica illa, regnante FERDINANDO, pro mnemonico: ſed iuncta poſtmodum poſtica, MAXIMILIANI Cæſaris titulis & inſignibus conſpicua, nummus uſui communi relictus eſſe videtur. *M. S. B. ar. pond.* I. *unc. & ſemis.*

NUMMI UNCIALES.

XXXVIII.

MAX. *imilianus* II. D. *ei* G. *ratia* E. *lectus* RO. *manorum* IM: *perator* S. *emper* AV. *guſtus* GE. *rmaniæ* HVN. *gariæ* BO. *hemiæ* REX. Protome Cæſaris, cataphracta muniti, gladio bellatore præcincti, & torque aurei velleris, omiſſo vellere, ornati: dextra ſceptrum tenentis, ſiniſtra non comparente: capite corona Imperiali tecto & ad lævam converſo: cum promiſſa barba.

In averſa ſequuntur reliqui tituli hunc in modum: ARCHID. *ux* AVST *riæ* DVX. BVRG. *undiæ* MAR. *chio* MO. *raviæ* 1572. Aquila biceps *Imperialis* coronata, cum nimbis in capitibus. Pectori impoſitum ſcutum quadripartitum, corona aperta tectum. Prima eius & quarta area tænias

MAXIMILIANUS II. IMP.

nias tranſverſas *Hungaricas*, ſecunda & tertia *Bohemicum* leonem continet. Medio clypeo incumbit parmula, faſcia *Auſtriaca* exarata.

Ex tæniis *Hungaricis* primo loco poſitis, ſecundum dicta ſupra in FERDINANDO num. XLIX. pag. 27. arguitur: nummum hunc in Hungaria fuiſſe percuſſum. MELLEN. *p.* 75.

XXXIX.

MAXIMILIA. *nus* II. D. *ei* G. *ratia* EL. *ectus* ROM. *anorum* IM. *perator* S. *emper* AV. *guſtus* GER. *maniæ* HVN. *gariæ*. Effigies Cæſaris ut num. præcedenti: niſi quod hic, dextra exerta, gladium bellatorem teneat.

In averſa continuantur tituli: BOHE *miæ* EC. (*et cetera*) REX. ARCHID. *ux* AVST. *riæ* MAR *chio* MO. *raviæ* 1573. Aquila nil differt ab ea, quam in nummo antecedenti vidimus. At in ſcuto prima & quarta area *Bohemicum* leonem, ſecunda & tertia tænias *Hungaricas* continent. Parmula media bipartita, *Auſtriæ* & *Burgundiæ* inſignia ſpectanda præbet.

Hunc nummum in Bohemia ſignatum fuiſſe tam ex leone, primum locum occupante, quam eo, qui in anteriori nummi parte margini impreſſus eſt, non obſcure intelligitur. *Id. p.* 78.

XL.

MAXIMILI. *anus* II. D. *ei* G. *ratia* EL. *ectus* RO. *manorum* IM. *perator* S. *emper* AV. *guſtus* GER. *maniæ* HVN. *gariæ* BO. *hemiæ* REX. Effigies MAXIMILIANI iterum aſſimilatur illi, quam in proxime antecedentibus duobus nummis conſideravimus. Tab. IX.

ARCHIDVX. AVS. *triæ* DVX. BVRG. *undiæ* MAR. *chio* MORA- *viæ* 1576. Aquila pariter ut in nummo antecedenti, ſed loco coronæ, ſupra imminet imago B. V. MARIÆ, regni Hungariæ Patronæ: ad latera cernitur K. & B. cuius, uti & ſcuti, pectori impoſiti, explanationem, alibi iam ſæpius dedimus.

Similem typum anno antecedenti cuſum, confectis iam tabulis noſtris reperimus. De *Electi Romanorum Imperatoris* titulo diximus ſupra in FERDINANDO ad num. XXVI. MELL. *p.* 80.

XLI.

MAXIMILI. *anus* II. ROM *anorum* I *mperator* S *emper* AV. *guſtus*. Protome Imperatoris armata, cum paludamento veterum ad inſtar, nec non teſſera aurei velleris & collari criſpato, capite corona laurea obtecto, & dextrorſum collocato, acciſis crinibus.

In averſa aquila globo cancellato inſiſtens, adiecta in ambitu epigraphe: DOMINVS. PROVIDEBIT. interpoſita æra Chriſti 1570.

Suetum hic denuo MAXIMILIANI ſymbolum offertur, ſed variante nonnihil typo ab eo, quem num. XXI. produximus: ubi & hic ipſe, ut qui inter uſuales nummos haud quaquam accenſendus eſt, collocandus fuerat.

Ex adiecta nota chronologica nihil admodum diſcimus: niſi forte exinde coniiciendum ſit, nummum eo anno cuſum fuiſſe,

Tab. IX. fuiſſe, ut illo Imperator in comitiis Spirenſibus, quæ ipſe præſentia ſua dignatus eſt, uteretur (a), bene merentes remuneraturus. *M. Imp. au. pond.* 3. *duc. M. S. B. ar. pond.* 2. *dr.*

a

MONETÆ.

XLII.

MAXI. *milianus* II. D: *ei* G. *ratia* R. *omanorum* IM. *perator* S. *emper* AV. *guſtus* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* BO. *hemiæ* &c. REX. Effigies Imperatoris armati, gladio præcincti, ac dextra ſceptrum, ſin. globum Imperii crucigerum, cui valor monetæ inſcriptus, tenentis, capite coronato, & ad lævam converſo. In inferiori margine leo conſpicitur *Bohemicus.*

In poſtica continuatio titulorum extat cum nota chronologica: ARCHIDVX. AVS. *triæ* DVX. BVR. *gundiæ* M. *archio* M. *oraviæ* 1566. Aquila *Imperii* biceps coronata, cuius pectori impreſſus clypeus quadripartitus, repetita *Bohemiæ* & *Hungariæ* inſignia exhibens. In medio parmula *Bohemica* denuo repetitur.

Ex leone *Bohemico*, toties repetito, huius nummi origo facile colligitur. *M. Imp. ar.*

XLIII.

MAXIM. *ilianus* II. D *ei* G. *ratia* R *omanorum* IM. *perator* S. *emper* A. *uguſtus* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX. Leo *Bohemicus.* In inferiori margine numerus, valorem monetæ indicans, exprimitur.

In poſtica, repetitis titulis: ARCHDVX. (littera I omiſſa) AVS *triæ* DVX. B. *urgundiæ* MA *rchio* M. *oraviæ*, aquila *Imperii* biceps exhibetur, pectore gerens ſcutum, *Auſtriæ* faſcia, & *Burgundiæ* baltheis inſcriptum. *M. Imp. ar.* I. *groſſ.* MAXIMILIANUS II. IMP.

XLIV.

Antica huius calculi pars aquilam *Sileſiacam*, poſtica litteras capitales nominis MAXIMILIANI, & MARIÆ coniugis eius, implicatas, & corona clauſa obtectas, exhibet: ſubſcripta nota temporis 1571. Epigraphe Germanica utriusque partis latine reddita ſic ſonat: *calculus actoris ſummarum Cameræ in Principatu Sileſiæ.*

Sub hac Camera illam intelligi, quam FERDINANDUS I. anno 1558. Uratislaviæ inſtituit, docet DEWERDECKIUS mox citandus, ſimulque alios eiusmodi nummos calcularios producit, quos ſæpe laudato D. a ROSENTHAL unacum ceteris, quos magno numero poſſidet, divulgandos relinquimus. DEWERDECKIUS *Sileſ. numiſm. p.* 112. & 136.

XLV.

Moneta iſthæc minimi moduli exhibet litteram initialem nominis MAXIMILIANI, mediam inter notam chronologicam 1565. impoſita corona Cæſarea clauſa, inter duas ſtellas, ornatus gratia appoſitas.

Id genus obulos, vulgo *Heller* dictos, iuſſu Bohemiæ Regum paſſim ante MAXIMILIANUM cuſos fuiſſe, tradit laudatus DEWERDECKIUS ad hunc nummum. Sed quoniam D. a ROSENTHAL ſimilem tenet anno 1575. ſignatum, adhuc ſub iudice lis eſt: an eiusmodi typi ſint *Sileſiaci*, an vero *Bohemici*? *Idem l.* 4. *p.* 125. *tab.* 1. *n.* 9. *p.* 112.

(a) SCHARD. Epit. rer. geſtar. ſub MAXIMIL. II. tom. IV. p. 1570.

FERDINANDUS, dictus TYROLENSIS.

Tab. X.

FERDINANDUS DICTUS TYROLENSIS.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

Tab. X. seqq.

FERDINANDUS dictus *Tyrolensis* FERDINANDI I. Imp. filius hanc lucem die XIV. Junii anno 1529. Lincii primo aspexit. Hic animi corporisque robore præstans, octavum supra decimum ætatis annum nondum egressus, sub CAROLO V. Imp. militem Bohemicum, felici ad *Mülbergam* proelio, in aciem eduxit.

Secundum hæc anno 1556. regni Bohemiæ administrator constitutus, nonnullas in Hungaria adversus Christiani nominis hostes expeditiones suscipiens, aliquot de iis laureas retulit (2. 4.).

At cum pro anno 1595. summus Christiani exercitus Imperator designatus (6.) esset, morbo præpeditus, eam expeditionem aliis reliquit; die XXIV. Ianuarii eodem anno Oeniponti extinctus.

Pro symbolo IONAM Prophetam, e ventre ceti emergentem, pingi curavit, adiecto lemmate: VINCIT POTENTIA FATI (1–5.), quo Divinæ providentiæ, omnia regentis & disponentis, vim atque efficaciam adsignificare voluit (1.).

Nummi eius unciales & monetæ insignia Comitatus *Tyrolis* (7. 8. 11. – 13.), nec non Landgraviatus *Alsatiæ* & Comitatus *Pherretensis* (9. 10. 17.), cum primis, atque honoratiori plerumque loco præferunt; quippe quas provincias anno 1564. a MAXIMILIANO fratre Imperatore obtinuit. Singularis ex hoc nummorum genere est, qui aquilam bicipitem coronatam præfert. (6.)

Uxores duas duxit. Prima PHILIPPINA WELSERIA, ex Patritia Augustanorum familia orta, virtute non minus, quam corporis venustate (18. 19.) adeo excelluit, ut eam Princeps, cum aliter non posset, clam patre, sibi sociandam curaverit. Ex hoc impari quidem, sed legitimo tamen matrimonio, duos sustulit filios, de quibus paullo inferius.

Altera ANNA CATHARINA *Gonzaga*, GUILIELMI Mantuæ Ducis filia, anno 1582. die XIV. Maii nupta, eidem quinque liberos, sed quorum tres in tenera ætate obierunt, peperit. Ex adultis natu maior ANNA, MATHIÆ Imp. uxor obtigit, de qua suo loco. Altera ANNA CATHARINA Monasterium famularum, vulgo *Servitarum* B. V. MARIÆ dictum, ingressa est, a matre, quæ marito ad annum usque 1620. superstes, & ipsa religiosum ibi institutum amplexa fuit, facta vidua Oeniponti fundatum, (20.) nullis, quoad sciamus, numimis honorata. KHEVENHILLER. KOEHLER. *m. b. l. P.* V. *p.* 161. *alii.*

NUM-

Tab. X.

FERDINANDVS Tyrolenſis. FERD. I. Imp. fil.


I.



II.



III.



IV.




V.



VI.



VII.




VIII.



IX.



X.



Monumenl. Auſtr. T. II. P. II.

ad p. 69. K

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. X.

NUMMI EMBLEMATICI.

I.

FERDINANDVS D: *ei* G*ratia* ARCHID*ux* AVS*triæ*. Protome Archiducis armata cum pallio, ad pectus, capite caliptra criſtata operto, colloque focali criſpato ornato, ſiniſtrorſum converſa.

In averſa IONAS ſeminudus ex ore balænæ in terram eiectus, dextram attollit. In receſſu urbis *Ninivitarum*, ut videtur, deſignatio, adiecto lemmate: VINCIT POTENTIA FATI.

TYPOTIUS in ſuis ſymbolis, averſam huius emblematici numiſmatis, quanquam cum nonnullo diſcrimine, pariter producit (a). Is in viro illo ſeminudo, ex balæna, marique emerſo, non IONAM Prophetam, ſed *hominem* qualemcunque *ter miſerum* agnoſcit, *qui aut naufragio enatarat; aut blanditia temporis & maris invitatus laverat, in balænam inciderit*, hacque imagine *potentiam fati*, cuius magna vis ſit, oſtendi docet.

Contra vero ex LUCKII mente, ad nummum ſequentem explicata, comparatur hic immanitas ac ferocia Turcarum balænæ, IONAS vero exercitui Chriſtianorum: quaſi qui potentia Divina ex eius faucibus emerſerit.

Sed utram ex his duabus expoſitionibus elegeris, emblema ſemper in obſcuro manebit. Nam neque IONÆ reſtitutio liberatioque a *potentia fati* profecta eſt, neque hominis cuiuslibet fortuna, ſi accuratius & ex principiis Chriſtianis loqui velimus, *fati* arbitrio dirigitur. At indulgendum non nihil illius ævi genio, cui ſatis fuiſſe videtur, ex ſacris paginis ſymbolum aliquod adoptaſſe, quo infinitam Dei providentiam, ut hic fit, aut aliud ex eius attributis, teſtatum faceret: dum interim de accomodato rei lemmate parum ſollicitus erat. Verumtamen vox *fati*, hoc loco adhibita, pro *decreto* ſeu *voluntate Dei* admodum congruenter accipi poteſt: quemadmodum in aliis Principum Chriſtianorum nummis tritum illud: *ſic erat in fatis*, aut ſimile quid, plus ſimplici vice legimus (b).

FERDINANDUS, dictus TYROLENSIS.

Poſtremo *fatum* pro *decreto Divino* recte & ex genio linguæ latinæ uſurpari, docet probatque Vossius apud GESNERUM (c), ubi inter cetera *Minucii* FELICIS locus (d) adducitur: *quid aliud eſt fatum, quam quod de unoquoque noſtrum Deus fatus eſt?* id eſt, fieri voluit.

Erat autem præſens typus ſuetum FERDINANDI noſtri ſymbolum; ut ex ſequentibus nummis, quibus illud ſæpe repetitur, intelligimus. Quo innuere volebat: omnia providentia atque decreto, ſeu voluntate Divina regi ac definiri; cui quidem nulla vis, nulla potentia reſiſtere poſſit. Nam *voluntati eius quis reſiſtit?* (e).

Iam quod ad ætatem nummi

(a) Op. cit. tom. II. p. 96.
(b) In nummis PHILIPPI II. tom. I. p. 161. num. XCVII. & MAXIMIL. II. hic ſupra p. 47. num. V.
(c) In Theſ. erudit. Schol. verbo *Fatum*. Voss. Inſt. orat. 4. p. 253.
(d) cap. XX.
(e) Ad Rom. IX. 19.

FERDINANDUS, dictus TYROLENSIS.

attinet, nihil admodum certi affirmari poteſt: niſi eum vigente adhuc ætate Principis ſignatum fuiſſe. Nam cum nullam omnino epocham, ſeu annorum numerum præferat, malumus eundem inter mere emblematicos, atque adeo honorarios adnumerare, deque ætate eius nihil, quam longius quæſita, adferre. *M. Imp. ar. pond. ſemunc. 2. dr.*

II.

Nummus præcedenti haud abſimilis, niſi quod uterque eius margo regulis, in nubium ſpeciem, exornatus ſit. Adverſa caput præbet Archiducis, prominentiori barba inſtructum, abſque criſpo focali, & cum caliptra magis replicata.

In averſa idem ſymbolum, idemque lemma, ac in priori: ſed hic typus, ſeu potius delineatio inverſa, & balæna IONAM terræ primum reddit: ſecus ac in præcedenti, in quo is integro corpore iam ſolo datus eſt. Denique urbis ichnographia, in reliquis hiſce nummis diligenter deſignata, in hoc ectypo, chalcographi *Luckiani*, ut videtur, culpa, omiſſa eſt.

Victoriam hic ſubodoratur LUCKIUS, anno 1556. de Turcis reportatam, cuius hic nummus memoriam conſervet. Illos enim Sigethum obſidentes, percepto FERDINANDI, cum iuſto exercitu, adventu, ſoluta obſidione, cum univerſis copiis retrocedere coactos fuiſſe, ex SCHRENCKIO a NOTZING narrat. Quibus peractis FERDINANDUS, aliquot locis partim expugnatis, partim receptis, arcem Sigethenſem commeatu, bellicisque tormentis, & firmiori militum præſidio firmans, ad patrem victor redierit. Tab. X.

Verum utut hæc veritati hiſtoricæ haud diſconveniunt: ex ratione tamen ſupra adducta, nummus hic mere emblematicus, eius rei gratia haud quaquam cudi potuit. Accedit vultus ſpecies, quæ Principem ſane ætate provectiorem intuentibus obiicit, quam ut anno 1556. reſpondeat; utpote quo is, finita expeditione, annos vitæ non plures ſeptem & viginti, & quod paullo excedit, numerabat. Quare in eundem prorſus album, quo præcedens, referendus erit. LUCK. *p.* 181.

III.

Epigraphe anticæ partis leviter differt ab antecedente. Siſtitur hic caput FERDINANDI, corona Archiducali tectum, ad medium pectus, cum lorica & torque aurei velleris.

Poſtica pariter in paucis diſcrepat a præcedenti. Adiicitur tamen numerus anni 1571. Ex intervallo urbs ſeu caſtellum viſitur. IONAS denique ex rictu balænæ eluctans, terram manibus necdum attigit, menſamque, aut ædificii quoddam genus, ante ſe habet, unde velut tria arbuſcula eminent, quorum medium ceteris eminentius eſt. Omnia denique coronis laureis marginata ſunt.

Ex appoſita æra Chriſti facile intelligitur, quid de LUCKII expoſitione, hic ſupra adducta, ſentiendum ſit. Cum FERDINANDUS

Tab. X. NANDUS hoc anno nec pedem contra Turcas, aut alium quemcunque hoſtem moverit. Nam ſi præcedentes nummi: ex conſequenti etiam hic præſens, rei bellicæ cauſſa ſignatus fuiſſet. *M. Imp. au.* 4½. *duc.*

IV.

Effigies & epigraphe cum præcedenti fere conveniunt. Caput tamen hic laurea, pectusque paludamento, veterum more, cinctum eſt.

In averſa recurrit IONAS, ex fauce balænæ repens, & ſiniſtra manu arbuſculum prehendens: in proſpectu iterum caſtellum viſitur. Additur in ambitu lemma: EX. IPSO ET PER. IPSVM. Epigraphe hæc, ut & illa in averſa ſequentis nummi, deſumpta videtur ex Canone Miſſæ, in quo Sacerdos ante orationem Dominicam recitat: *per ipſum* (Chriſtum Dominum) *& cum ipſo, & in ipſo eſt tibi Deo patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti omnis honor & gloria.*

Herois inſignia, quibus hic Archidux noſter ornatur, duabus expeditionibus contra Turcas, cum patris FERDINANDI I. tum MAXIMILIANI II. fratris ſui auſpiciis, annis 1556. & 1566. ſuſceptis, commeruit. Cum iam antea anno 1547. bello Schmalkaldico, annos duntaxat undeviginti natus, prima rei militaris tirocinia poſuiſſet, editis ubique præclaris virtutis bellicæ ſpeciminibus (a). *M. Imp. ar. fuſ. pond.* 2. *dr. M. S. B. æ. deau. fuſ.*

V.

FERDINANDVS: D: *ei* G. *ratia* ARCH: *idux* AVST: *riæ* ETZ. (*cetera*). Protome Archiducis armata cum pallio, ad pectus, & aureo vellere, a tænia dependente, inoperto & calvo capite, ad ſiniſtram converſo. FERDINANDUS, dictus TYROLENSIS.

IN. IPSO. ET. PER IPSVM. ANNO. AET. *ætis* LXV. IONAS iterum ex ceto exiens, dextro genu terram attingens, ſiniſtrum ex fauce extrahit. In receſſu urbs & mœnia.

Nummus hic ultimo FERDINANDI anno ſignatus eſt, quo ei munus ſupremi Belliducis contra AMURATHEM, Turcarum Tyrannum, oblatum fuerat. Ad quod rite obeundum cum neceſſaria parat, morbo correptus, vitam die XXIV. Ianuarii 1595. finiit: cum ex rationibus, a KHEVENHILLERO deductis, vixiſſet annos 65. menſes 10. diesque totidem (b). *M. Imp.* b *ar.* 3. *dr.*

UNCIALES ET MONETÆ.

VI.

FERDINANDVS. D: *ei* G: *ratia* ARCHID: *ux* AVSTR: *iæ*. Caput Archiducis ad medium pectus, in toga pellicea, pileo pariter pellito, cum focali & inſigni aurei velleris, dextrorſum converſum.

In averſa continuantur tituli hiſce verbis: DVX. BVRGVNDIAE COMES. TIROLIS. Aquila *Tirolenſis* parmulam pectore gerens, cui aquila *Imperialis* biceps coronata inſcripta: ipſi vero aquilæ

(a) Vid. KOEHLER M. B. L. P. v. p. 161. ſeqq. ISTHUANFF. lib. XIX. p. 364. & XX. p. 475. ibid. laudat.

(b) Contrefaits tom. 1. pag. 107.

FERDINANDUS, dictus TYROLENSIS.

læ *Tyrolenſi* impoſita eſt corona Imperialis, cui imminet ſertum laureum.

Teſſeræ modo recenſitæ, in nummo Tyrolenſi prorſus ſingulares, ſuadent, ut credamus, eum cuſum fuiſſe anno 1566. quo ſub Cæſare MAXIMILIANO II. fratre, exercitum in Hungariam contra SOLIMANNUM eduxit; unde vel ex indulgentia Cæſaris inſignia *Imperii*, corona ſcilicet & aquila biceps, averſæ parti impreſſa fuerunt, ut hac ratione tanquam Imperatoris frater ſupremum ſe militiæ Præfectum ſpectabilem redderet: vel nummus honoribus FERDINANDI *Victoris* oblatus fuit: vel denique hoc monumento publice teſtatum voluit Princeps, ſibi Auguſti fratris, Imperiique res unice cordi eſſe, iisque omnes ſuos labores, pericula, bellique incommoda, vitam denique & ſanguinem conſecrare. KOEHL. *P.* V. *p.* 161. *&* BANAGIA *in catal. M. SM. Imp.* 4. *flor.*

VII.

FERDINANDVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHID. *ux* AVSTR. *ia* DVX. BVRGVNDIE: COMES. TIROLIS 1565. Hæc utriusque partis epigraphe.

In adverſa ſiſtitur Archidux cataphractus, ad medium corpus, dextra ſceptrum tenens, in humerum reclinatum dextrum; ſiniſtra capulum gladii bellatoris prehendens, capite galero Archiducali operto, & ſiniſtrorſum converſo. In imo numerus Arabicus 60. nummi valorem denotat.

Averſa ſcutum quadripartitum, præbet, parergis cinctum. Tab. X. Primus quadrans tænias *Hungaricas*: ſecundus leonem *Bohemicum* exhibet: tertius iterum ex repetitis *Caſtiliæ* & *Legionis* ſymbolis quadripartitus eſt: eodemque modo quartus teſſeras *Auſtriacas*, & *Burgundicas*, ſibi quadrifariam oppoſitas, habet: toti vero incumbit parmula, aquilam *Tyrolenſem* præferens. *M. S. B. ar. pond.* 1. *unc.*

Similem nummum uncialem produxit MELLENIUS de anno 1573. ſed ubi nota chronologica in capite ſcuti apparet. Parerga quoque, ſcutum hoc ornatus gratia circumdantia, in eius exemplo omiſſa ſunt, eorumque loco torques aurei velleris circumducitur.

VIII.

Nummus hic a proxime præcedenti in paucis differt. Antica caret numeris, valorem adſignificantibus, ſcutumque averſæ pileo Archiducali tectum, atque torque aurei velleris cinctum eſt: deſideratur quoque æra Chriſti. Nummus de cetero cum paucis in ſuo genere elegantiſſimus. *M. S. B. arg. pond.* 1. *unc.*

IX.

Adverſa ut num. VII. niſi quod hic nonnullæ litteræ ad integriorem vocum expreſſionem additæ ſint. Elegantior præterea eſt, & in imo deſideratur nota valoris.

Averſa ſolo titulorum & inſignium augmento a præcedenti num. VIII. differt. FERDINANDUS quippe præter *Archiducis Au-*

FERDINANDI Tyrol. Vnciales et moneta et proles. Tab. XI.

XI.



XII.




Monetæ.


XIII.




XIV.



XV.



XVI.



XVII.



XVIII.



XIX.



XX.



FERDIN. Tyrol. proles. ex PHILIPPINA.

XXI.



XXII.



XXIII.



XXIV.



XXV.



Monum Austr. T. II. P. II — *Petr. Major Delineavit et fculpsit.* — *ad. p. 73. I.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. X. *Auſtriæ*, *Ducis*que *Burgundiæ* adpellationem hic quoque LANDgravius ALSA. *tiæ*, & COM es PHIRT *enſis* (ſive *Pherretanus*) vocatur. Inſignia vero, licet quoad ſingulos ſcuti maioris quadrantes cum ſuperioribus ad amuſſim correſpondeant: *Alſatiæ* tamen teſſeram, parmulæ mediæ ſuperimpoſitæ, aquilæ Tyrolenſis loco, inſcriptam, velut honoratiori loco monſtrant, & duabus inſuper aliis parmulis utrinque ſtipata ſunt: quorum alterum a dextris leonem *Habsburgicum*, alterum a ſiniſtris piſces *Pherretanos* continet. *M. S. B. ar. pond.* 1. *unc. & ſicil.* MELL. *p.* 160.

X.

Adiungimus hunc nummum præcedenti, curioſitatis duntaxat cauſſa; ubi ſiquidem in vocabulo PHRRT. error monetarii irrepſit. *M. S. B. ar. pond.* 1. *unc.*

Aſſervamus & tertium eiusdem typi, ſed non eiusdem moduli ſeu matricis.

XI.

Tab. XI. FERDINANDVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX. AVSTR. *iæ* DVX. BVRGVNDI. *æ* COMES. TIROLI. *s.* Hæc utriusque partis epigraphe eſt.

In adverſa protome FERDINANDI, circumducto paludamento, ac dependente a tænia aureo vellere, dextra ſceptrum tenentis, ſiniſtra capulum gladii bellatoris: capite laureato, ad lævam reſpiciente.

Adverſa aquilam *Tyrolenſem* ſiſtit, capite coronato, & corona laurea, quæ aquilæ alias haud debetur, redimitam.

Omnia hæc oſtendunt, inſignem hunc binionem argenteum percuſſum fuiſſe, dum FERDINANDUS in Hungaria bellum cum Turcis gerebat: aut certe eius rei occaſione, ut ad num. IV. animadvertimus. Porro utriusque partis figuræ adeo prominentes ſunt, ut pro mnemonico aut iconico potius, quam uſuali haberi poſſe videatur. *M. S. B. ar. pond.* 2. *unc.* FERDINANDUS, dictus TYROLENSIS.

XII.

Epigraphe adverſæ partis eadem eſt cum præcedenti. In averſa autem non niſi quædam litteræ ad maiorem vocum integritatem adiiciuntur.

Poſtremo utriusque partis figuræ eædem fere ſunt, quæ in ſuperiori, demptis tamen manibus, ſceptro & gladio.

Ex quo colligimus, utrumque horumce binionum eiusdem prorſus eſſe argumenti.

At FERDINANDUS hoc loco aureum vellus gerit, a torque dependens, & in poſteriori parte corolla laurea capiti aquilæ imminet: non circumdat, ut in præcedenti.

Quod ſupereſt, ambo in exteriori margine notas præferunt officinæ, quæ ſub hoc Principe inventa & Oeniponti conſtituta, aquæ, ſingularisque artificialis machinæ beneficio, plures uno die nummos reddit, quam cum vulgari ratione, ut ferunt, octo integris diebus confici poſſunt. *M. S. B. ar. pond.* 2. *unc.*

MONETÆ.

XIII.

Adverſa cum num. VIII. convenit, nec averſa multum ablu-

FERDINANDUS, dictus TYROLENSIS.

abludit. Est igitur hæc moneta octava pars uncialis, in comitatu Tyrolensi percussa. *M. S. B. ar. pond. 2. dr.*

XIV.

FERDIN: *andus* D: *ei* G: *ratia* ARCHI *dux* AVST: *riæ*. Protome Archiducis armata cum pallio & torque aurei velleris, ad medium pectus, capite, accisis crinibus, caliptra oblonga & cristata operto, & ad sinistram converso.

In aversa inscriptionis loco comparet torques aurei velleris, quasi cingens scutum quadripartitum, ut num. VIII. & IX. impositio galero Archiducali. *M. Imp.*

XV.

FERDINA. *ndus* D. *ei* G. *ratia* ARCHID. *ux* AVS. *triæ*. Effigies Archiducis ad medium corpus, ut num. VIII.

Postica prosequitur titulos: DVX. BVRG. *undiæ* COM. *es* TIRO. *lis*. In umbone decussatio, in quatuor angulis parmulas continens *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Carinthiæ* & *Tyrolis*. *Ibid.*

XVI.

FERDIN *andus* D: *ei* G: *ratia* AR. *chidux* AV *striæ*. In postica tituli ita continuantur: DVX. BVRGV: *ndiæ* COM: *es* TIROLIS.

Adversa Archiducem sistit armatum & torque aurei velleris ornatum, ad medium pectus, capite pileo Archiducali operto, ad lævam converso. In imo numerus 3. orbi inclusus, valorem monetæ denotat.

In aversa tres parmulæ umbonem implent, puta *Austriæ*, *Burgundiæ* & *Tyrolis*, interpositis totidem ignitabulis, ex torque aurei velleris desumptis. *Ibid.* Tab. XI.

XVII.

FERDI. *nandus* D: *ei* G: *ratia* ARC. *hidux* AVST. *riæ* DVX. BVR. *gundiæ* LA. *ndgravius* ALS. *atiæ*. Hunc in modum utriusque partis epigraphe fluit.

In adversa crux exhibetur: *crucigeri* nempe, qualis hic est, nota. Aversa autem scutum *Alsatiæ*, galero Archiducali tectum præbet, quo eum in Alsatia cusum intelligimus. *M. S. B.*

PHILIPPINA WELSERIA
UXOR I. FERDINANDI TYROLENSIS.

XVIII.

DIVAE. PHILIPPINAE. Numisma perelegans, uno solum latere signatum, effigiem PHILIPPINÆ, primæ uxoris FERDINANDI Archiducis umbilico tenus sistit, pro more illius ævi comptam, capite vitta & calantica ornato, ad sinistram converso.

Nummus hic iconicus post obitum PHILIPPINÆ, qui in diem XXIV. Aprilis 1580. incidit, cusus videtur, vel ex ipso adiecto titulo *Divæ*. Nam etsi hunc titulum Imperatoribus Regibusque, Austriaco sanguine satis, ac etiamnum in vivis existentibus, ob Maiestatis sanctitatem, non infrequenter tributum fuisse, in decursu huius operis plus simplici vice viderimus, id ipsum tamen insuetum est apud reliquos Principes, quanto magis apud PHILIPPINAM?

Erat autem illa patre *Francisco* WELSERO, & matre præ-

nobi-

Tab. XI. nobili de ZINNENBERG, ut iam ſupra diximus, orta, quæ non tam ob inſignem venuſtatem corporis, quam animi pulchritudinem, a FERDINANDO circa annum 1550. clam nupta, eidem duos protulit filios ANDREAM & CAROLUM, de quibus poſtea dicturi ſumus. *M.* BUOL. *item S. B. &* KOEHL. *P.* III. *p.* 9.

XIX.

Addimus ſimile numiſma, ſed variantis non nihil typi nummarii, ut patet ex forma pilei, calanticæ, & focalis, nec non ex ipſo corporis habitu. *M.S.B.& T.H.* additis ibidem pro more orbibus.

ANNA CATHARINA
UXOR II. FERDINANDI TYROLENSIS.

XX.

Effigies FERDINANDI & ſecundæ eius coniugis, obverſis vultibus. Hic armatus & torque aurei velleris conſpicuus ſiſtitur, aperto & nonnihil calvo capite: hæc ſtolata, unionibus & criſpo focali compta. Additur epigraphe: ÆDIFICAVI DOMVM DOMINO DEO ISRAEL. FERDINANDUS, dictus TYROLENSIS.

Secunda hæc FERDINANDI uxor ANNA CATHARINA, anno 1582. ut in breviario vitæ diximus, ducta, duarum filiarum, MARIÆ & ANNÆ CATHARINÆ, mater effecta eſt. Hæc MATHIÆ Imperatori elocata: illa monaſterium *Servarum* Beatiſſimæ V. MARIÆ ingreſſa eſt, quod a parente ſua Oeniponti fundatum, huic nummo occaſionem facile dedit. Obiit autem anno 1648. ætatis 60. (a). *M. Imp. ar. pond.* 1. *unc.& ſemis* 1. *dr. & T.H.* a

---

PROLES FERDINANDI TYROLENSIS EX PHILIPPINA.

BREVIARIUM VITÆ ANDREÆ ET CAROLI EX NUMMIS.

ANDREAS *ab Auſtria* FERDINANDI *Tyrolenſis* ex PHILIPPINA filius, Pragæ anno 1558. die IV. Maii (21.) in hunc mundum editus eſt. Annos natus duo de vigniti a GREGORIO XIII. inter purpuratos S. R. Eccleſiæ adſcitus (23.) varios, non multo poſt, alios Eccleſiaſticarum dignitatum gradus aſcendit. PROLES FERDINANDI TYROLENSIS.

Nam anno 1580. Coadiutor Epiſcopatus *Brixinenſis*, anno 1587. Adminiſtrator Principalium Monaſteriorum *Murbacenſis* & *Luderenſis* (24.) anno 1589. abdicante MARCO SITTICO, Epiſcopus *Conſtantienſis*, ac denique anno 1591. Epiſcopus *Brixinenſis* conſtitutus fuit.

Præter hæc aliud quoque non ſine laude munus obiit ANDREAS. ALBERTO nimirum Archiduce, Belgii Præfecto, anno 1598. quo ſibi ISABELLAM CLARAM EUGENIAM matrimonio iungeret, Hiſpaniam petente, rogatu PHILIPPI II. Hiſp. Regis, vices eius ſuſcipiens, provinciam ſibi commiſſam non ſolum fideliter

(a) Vid. KHEVENHILLER loc. cit. p. (108 b.) Gans in Gynecæo lib. XIII. cap. 2. extremo.

PROLES FERDINANDI TYROLENSIS.

administravit (21.) sed & opportune extructo Vahalim inter & Mosam propugnaculo, æternum sui nominis virtutisque bellicæ monimentum (22.) reliquit. Obiit piissimus Princeps Romæ anno seculari 1600. die XII. Novembris, cum eo, voti solvendi caussa, habitu peregrinantium, omnibus primum incognitus, profectus fuisset. KOEHLER. *P.* XV. *p.* 145. KHEVENHILLER. *Imag. tom.* I. Tab. XI.

CAROLUS, ANDREÆ frater Germanus, anno 1560. ortus est. Is diu militiam terra marique secutus (25.) multa egregie gessit. Anno 1601. die IV. Martii SIBYLLAM, WILHELMI Ducis Cliviæ filiam, sibi sociavit, at sterili matrimonio.

Burgoviæ Marchionatum, unde ei nomen hæsit, anno primum 1609. obtinuit. Denique mortalitatem anno 1618. Uberlingæ in Suevia exutus, Günzburgi apud Patres Capucinos, quibus templum & monasterium vivens ædificaverat, tumulatus est. KOEHLER. *P.* III. *p.* 16.

ANDREAS AB AUSTRIA CARDINALIS.

XXI.

Tab. XI. ANDREAS: S: *acræ* R: *omanæ* E: *ecclesiæ* DIAC: *onus* CARDIN: *alis* AB: AVSTRIA: Protome ANDREÆ, vestitu Cardinalium induti, capite, accisis crinibus, pileo Ecclesiastico operto, sinistrorsum verso.

Epigraphe aversæ partis oblitterata est, quo fit, ut argumentum nummi ne coniectura quidem assequi valeamus. Adolescens tamen senem, dorso impositum, gestans, vix alterius, quam ÆNEÆ personam sustinet: quem, Troia incendio pereunte, patrem ANCHISEN, senio confectum, viribusque destitutum, flammis hoc modo eripuisse legimus. Nam pone illum urbis partem, incendio fumantem, observamus.

Inter Purpuratos S. R. Ecclesiæ ANDREAS a GREGORIO XIII. adlectus est anno 1567. die XIII. Septembris, cum annum ætatis septimum decimum vixdum egressus esset. Natus est enim, ut Cl. KOEHLERUS (a) ex eius epitaphio recte supputat, anno 1558. die IV. Maii, non vero XII. Decembris, ut KHEVENHILLER, aut XV. Iunii, ut CIACONIUS, & *Antonius* de ATTYCHI apud eundem computant. Serius itaque hunc nummum, nec ob adeptam Cardinalitiam dignitatem cusum esse, vel ex oris specie colligitur: & si coniecturæ locus, fidelitatem pietatemque suam erga PHILIPPUM Hispaniarum Regem testatam voluit; cum pro ALBERTO Archiduce, patruele suo, Belgii gubernationem anno 1598. suscepisset (b). *M. Imp. ar. fus. pond.* 3. *dr.* a b

XXII.

ANDREAS. AVSTRIVS. CARDINALIS. Protome Cardinalis in vestitu, quem dicunt, seculari, pallio induti, cum focali: facie barbata & nonnihil obversa, cum

(a) M. B. L. P. XV. p. 146.
(b) Vid. VAN LOON. Hist. Met. des pays bas tom. I. p. 497. KOEHL. l. c. p. 148.

Tab. XI. cum pileo rotundo in capite, a ſiniſtris dextrorſum.

In poſtica ſchema propugnaculi cernitur, adiecto titulo: MVNIMENTVM. S. *ancti* ANDREÆ.

Numiſma hoc memoriam continet virtutis bellicæ, a Cardinali noſtro, dum Belgium gubernaret, exhibitæ; cum enim anno 1599. Hiſpani Bommelam, in inſula Belgii cognomine ſitam, obſiderent, resque ex voto haud ſuccederet, ingens propugnaculum *Vahalim* inter & *Moſam* ædificare cœperunt; quo ſe in ea inſula tuerentur, hoſtique ex ea parte aditum intercluderent. Huc igitur cum ipſe die XXII. Iunii ſe contuliſſet Princeps, novum opus oculis uſurpaturus, ibidem ſacellum honoribus S. ANDREÆ, cuius ipſe primum lapidem poſuit, extrui iuſſit, arcemque rebus neceſſariis, quoad fieri maxime poſſet, communiri. Denique eidem nomen S. ANDREÆ Apoſtoli, ſibi cognominis imponi iuſſit; quo perenne gloriæ ſuæ bellicæ monimentum extaret. VAN LOON *hiſt. metall. des Pays-bas T.* I. *p.* 518. LUCKIUS *p.* 375.

XXIII.

Idem fere nummus cum adverſa præcedentis, ſed ſine poſtica. In epigraphe deſideratur particula AB, & in voce AUSTRIA litteræ TR, compendii gratia contractæ ſunt. Vultus quoque Cardinalis ſiniſtrorſum verſus eſt, focale item deſideratur: quæ omnia, niſi a delineante craſſi ſint commiſſi errores, hunc eſſe alium typum nummarium evincunt. *T. H.*

PROLES FERDINANDI TYROLENSIS.

XXIV.

ANDR: *eas* CARD: *inalis* AB: AVS: *tria* MURBA: *cenſis* ET: LUTR: *enſis* ADMI: *niſtrator.* Scutum quadripartitum, cuius prima areola teſſeras *Burgoviæ*, ſecunda *Hohenbergæ* exhibet: quam ſibi incognitam eſſe ingenue fatetur Cl. KOEHLERUS, loco infra citando. Eſt autem ſcutum transverſa linea ſecatum, ſuperiori parte *rubea*, inferiori *argentea* (a). Tertiam idem Cl. Vir cornibus *Wurtembergiæ* inſcriptas putat; cum ſint cornua cærulea in area aurea, *Nellenburgi* teſſera (b). Quarta denique vexillum Eccleſiaſticum nigri coloris, non rubri, in area argentea oſtendit, proprie *Veldkirchenſis*, non *Montfortienſis* Comitatus inſigne (c). Hiſce ſuperimponitur ſcutum medium, pariter quadripartitum, cuius primus quadrans faſciam *Auſtriacam* denuo repetit. Secundus leonem Habsburgicum, tertius manum *Luderenſem*, & quartus canem venaticum *Murbacenſem* refert.

a

b

c

In averſa aquila *Imperialis* biceps exhibetur, pectore gerens globum crucigerum, inſcripto numero 60. valorem nummi indicante: adiecta perigraphe: RVDOLPHI: II: IMP: *eratoris* AVG: *uſti* P: *ii* F: *elicis* DECRET. *o.*

Inter ceteros Eccleſiaſticarum dignitatum gradus, ANDREÆ etiam

(a) Vid. tom. I. Monum. Diſſ. IV. §. XIII. pag. 97. itemque tab. XVI. num. II.
(b) Ibid. pag. 106. §. XXV.
(c) Ibid. pag. 107. §. XXVI. & tab. XV. num. 30.

PROLES FERDINANDI TYROLENSIS.

etiam Adminiſtratio Principalium abbatiarum Murbacenſis & Luderenſis per canonicam electionem anno 1587. collata fuit, cuius rei quadantenus teſtimonium reddit præſens hic nummus uncialis, quem inter rariſſimos adnumerat Cl. KOEHLERUS *P.* XV. *p.* 145.

CAROLUS AB AUSTRIA
MARCHIO BURGOVIÆ.

XXV.

CAROL. *us* MARCH. *io* BVRGO. *viæ* FERD. *inandi* ARCHID. *ucis* EX PHILIPP. *ina* PRI. *ma* EIVS. CONIVG. *e* FIL. *ius.* Protome CAROLI togata, cum pallio, ad pectus, & lato focali denticulato, vultu barba prominenti inſtructo, capite inoperto, acciſis crinibus, adverſa nonnihil fronte.

In averſa navis inſtructa, in cuius mali faſtigio imago B. V. MARIÆ inſiſtit, quam Sacroſancta TRINITAS coronat. Ad latera navis hinc & inde ſcopuli, nec non alia minora navigia, a ventis agitata. In receſſu ſive ſcopuli, ſive caſtella viſuntur. Additur in ambitu epigraphe : TENTEMVS. ECQVID. NOCEBIT. TRISTIA. ET MAGNA. VIRTVTE. SVPERANTVR. CIↃIↃC. XVIII.

Etſi annus æræ vulgaris, in nummo conſignatus, cum ultimo vitæ CAROLI coincidat : ex inſcriptione tamen adverſæ, quæ ſtemma quaſi genealogicum exhibet, non obſcure colligitur, eundem poſt mortem eius perTab. XI.
cuſſum, adeoque *reſtitutis* adnumerandum.

Credibile enim non eſt, quod vel ipſe ortum ſuum ex impari matrimonio, publico monumento, atque expreſſis adeo verbis, orbi annuntiare voluerit : aut id alius vivo eo ſibi faciendum putaverit.

Continetur autem averſa eius parte memoria virtutis bellicæ, a CAROLO exercitæ, nec non pietas erga Beatiſſimam MARIAM Virginem. Ex quibus illam tum maxime exhibuit, cum ſub PHILIPPO II. Hiſpaniarum Rege terra marique, tum ſub RUDOLPHO II. in Hungaria meruit (a). Hanc vero a
etiam tum præcipue oſtendit, quando eius honoribus templum Günzburgi ædificavit. *T. H. & M. Imp. pond.* I. *unc.*

MONITUM.

FERDINANDO *Tyrolenſi*, ſeu liberis eius, nummi CAROLI *Styrenſis*, fratris eiusdem germani, e veſtigio ſubiungendi fuiſſent ; ſed cum nemo quisquam ex MAXIMILIANI II. filiis, ut ut bene multis, ſtemma Auguſtæ Gentis propagaverit, laudatus contra CAROLUS novæ lineæ ſator extiterit, e re eſſe putavimus, hunc ipſum reliquis ſubiicere : ut hæc ultima progenies una exhiberetur ſerie. Quare CAROLO iſto interim ſepoſito, ad RUDOLPHUM II. ceterosque MAXIMILIANI filios greſſum facimus.

RU.

(a) KHEVENHILLER P. I. der Conterfet ad Annal Ferdinandeos. ISTUHANFF. cit. lib. XXIX. XXX. &c.

Tab. XII. seqq.

RUDOLPHUS II. IMP.

RUDOLPHUS II. IMP.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

RUDOLPHUS MAXIMILIANO II. Imp. ex MARIA, CAROLI V. filia, procreatus, vitæ lumen Vindobonæ die XVIII. Iulii anni 1552. adivit.

Primis pueritiæ annis in Hiſpania exactis, in Germaniam inde redux, anno 1572. die XXV. Septembris Poſonii *Hungaricam* (1.), atque anno 1575. die XXII. eiusdem menſis, coronam *Bohemicam* indeptus: tum vero eodem adhuc anno Ratisbonæ die XVII. Octobris *Romanorum* Rex CONSENTIENTIBUS VOTIS electus, ac ibidem Cal. Novembris coronatus eſt (2. 3. 4.): decimus ex Auguſtiſſima Gente Habsburgica Imperator non multo poſt futurus (28.).

Patre anno 1576. rebus humanis erepto, Imperium non ſine ſumma omnium gratulatione (24.) ſtatim adiit (5. 6. 24.). Is enim præclaris virtutibus atque ſingulari prudentia inſignis, SALUTEM PUBLICAM (7), ſi quis alius, exquiſite curaturus videbatur, & curavit etiam; utpote qui ſtatum Germaniæ, uti a patre acceperat, ſic ſatis adhuc tranquillum conſervavit non ſolum, ſed & iuſtitia & æquitate temperavit; coactis inter cetera non infrequenter eum in finem comitiis (7. 25–27.): hoc uno a quibusdam Criticis reprehenſus: quod nimio Alchymiæ, Aſtronomiæ, immo & equorum ſtudio abreptus, bonam regiminis partem velut in otio tranſegerit.

Verum cum Turcis, ter ſancta fœdera inſuper habentibus, graviſſimum & diuturnum ancipiti Marte, mutuisque cladibus bellum geſſit (10–23.) victor eorum, teſtibus nummis, exiſtens anno 1595. quo profligatis hoſtibus *Strigonium* (11–15.): anno 1598. quo *Iaurinum* (19.): anno 1601. quo *Alba Regalis* recepta fuit (20.), Turcis non multo poſt acie devictis: & anno 1603. quo recuperata Tranſilvania hoſtes ad Budam denuo fuſi ſunt (21.). Contra adverſam nonnunquam expertus fortunam; cum humana (10.) tum vero præcipue Divina exorare auxilia ſategit (16. 18.): nihil interim, quod etiam publico teſtatus eſt monumento (17.), antiquius habens, quam ut Dei voluntas, quemadmodum in ceteris omnibus, ita & hic quoque perficeretur. Huic bello cumprimis ſanguinolento finem tandem anno 1506. impoſuere viginti annorum induciæ (23.) biennio ante nequicquam agitatæ. (22.)

Hungariæ regno hunc in modum aſſerto, haud tamen diu fruitus eſt Cæſar, ſed eodem æque ac Bohemia, MATHIÆ fratris artibus exutus, vitam demum ipſam, quam cœlibem vixit, anno 1612. die X. Ianuarii amiſit.

Symbo-

RUDOLPHUS II. IMP.

Symbolum: OMNIA EX VOLUTATE DEI frequentius ab eo usurpatum ferunt; in nummis tamen noſtris conceptis hiſce verbis haud legendum: quanquam quid ſimile inter illos occurrat (17.); cum contra, iisdem nummis edocentibus, Romanorum Rex (4) ac Imperator (5.) ſalutatus, aliud, Chriſtiano Principe apprime dignum, adhibuit: A DOMINO REGNVM VENIT IMPERIIQVE POTESTAS. Tab. XII.

Nummi eius tam uſuales, quam mnemonici cælatoris plerumque artem oſtendunt. Ex his nonnulli antiquitatem æmulantur. (12–15. 21. 23.) Illi præterea inter ſingulares numerantur, qui more ſolito provinciarum inſignia præferentes, communi cum ſuo tum reliquorum, eo tempore in vivis degentium Archiducum nomine, in Tyroli ſignati fuerunt (31–37.). *Vid. plura apud* STRUV. *ſæpe laud.* ISTHUANFF. *ceteros.*

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. XII. RVDOLPHO. ARCHIDV. *x* AVSTRI. *æ.* Clypeus quadripartitus, corona tectus, prima areola tænias *Hungariæ* exhibet, altera eiusdem regni Patriarchalem crucem, tertia *Dalmatiæ* pardalina capita, quarta vero leonem *Habsburgicum*, vel pantheram *Styriæ.* Medio incumbit ſcuto parmula, faſcia *Auſtriaca* inſignis.

Averſa ſequenti epigrammate, lineis quatuor abſoluto, impletur: CORONATVS. EST. REX. IN HVNGARIA. 1572.

Ordimur RUDOLPHI nummos a miſſili, cuius delineationem hic damus, ſparſo *Poſonii*, cum Archidux die xxv. Septembris anno in typo notato, coronam regni Hungariæ acciperet; neque enim alium iſto vetuſtiorem, qui in memoriam Archiducis cuſus ſit, reperimus.

Huius ſolemnitatis deſcriptio peculiaris reperitur in *Electis Iuris Publici* (a). Eidem MAXIMILIANUS II. pater cum uxore & liberis præſens ipſe interfuerat. Frequentiſſima quoque aderat Hungariæ Nobilitas; nam ut ISTHUANFFIUS (b), qui hanc inaugurationem paucis perſtinxit, narrat: *Convenerant Ungari quoque tot & tantis, per retroactos annos iactati calamitatum procellis, eo quo maiore & ſplendidiore poterant numero & apparatu: ſic ut bis mille & quingenti equites, nullo ex confiniis milite ſubducto, egregie auro & argento compti & exornati, ſpectatuque imprimis digni, in caſtris, patenti in campo prope urbem poſitis, recenſerentur. M. Imp. ar. miſſilis.*

a

b

II.

Antica pars nil niſi litteras tam in area, quam margine, præmiſſa crucicula continet, quæ hunc in modum iungendæ: RVDOLPHVS. II. D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* REX. EL. *ectus* XXVII. OCT. *obris* COR. *onatus* I. NOV. *embris* M. D. LXXV. RATISB: *onæ.* Po-

(a) Tom. VII. pag. 115.

(b) Lib. XXV. in princip.

RVDOLPHI II. Numismata et monetae. Tab. XII.

I.



II.



III.



IV.



V.



VI.



VII.



VIII.



IX.



X.



XI.



XII.




XIII.



XIV.



XV.



XVI.



XVII.



XVIII.





XIX.



XX.



Monum. Austr. T.II.P.II. · Petr Maÿr Del: et Sculpsit. ad p. 80. M.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XII. Poſtica menſam exhibet, cuius quatuor angulis impoſiti totidem globuli, quinto ſuperius, velut in aere ſuſpenſo: addito, præpoſita crucicula, in margine titulo: CONSENTIENTIB. *us* VOTIS.

Adverſa nummi argumentum ſatis clare edocet: annum diesque cum electionis, tum inaugurationis RUDOLPHI in Regem Romanorum, accurate conſignans. Difficultas tamen nonnulla circa alteram faciem occurrit: non quidem quoad nummi argumentum; nam etſi LOCHNERUS infra laudandus, ſeſe expedire haud poſſe fateatur, quid ſibi menſa illa, globulis conſperſa, velit? ut quæ areæ luſoriæ, quam *Billiard* vocamus, haud abſimilis ſit; ipſa tamen averſæ inſcriptio ſat clare loquitur, globulos iſtos pro votis, ſeu latinius, pro ſuffragiis eligentium ſumi debere: CONSENTIENTIB*us* VOTIS. Itaque globuli illi, qui variis in locis pro calculis, ad numeranda ſuffragia, adhiberi ſolent, nihil admodum difficultatis habent.

Sed cur quatuor tantum eiusmodi calculorum menſæ impoſiti, quinto veluti in aere hærente? cum contra in nummo maioris moduli, mox ex LUCKIO ſubiiciendi, ſex omnino calculi, ſeptimo pariter ſupra impendente, numerentur. Videri poſſet, hac differentia innui: RUDOLPHO ſub initium, præter patris ſuffragium, quod quinto globulo, in eminentiori loco, utpote Cæſareo, eidemque ex iure Regni Bohemici competente, exprimitur, non niſi quatuor Electorum aſſenſum faviſſe, reliquis diſſentientibus. RUDOLPHUS II. IMP. Sed huic coniecturæ obeſt non ſolum Scriptorum eius ætatis ſilentium; ſed etiam epigraphe ipſius nummi: utpote *conſenſum* Electorum omnium non obſcure exprimens. Denique *Regis Romanorum Electi* titulus, nummum perfecto iam negotio prodiiſſe, arguit. Quo poſito, res invidia non caruiſſet, quorumdam Electorum diſſenſum huiuſmodi publico notum facere monumento.

Rectius itaque ad errorem refugimus, vel a monetario, vel auctore nummi commiſſum, qui cum feſtinanter typum hunc (ut in eiusmodi occaſione facile contigit) incidiſſet, duos omnino globulos ex incuria omiſiſſe credendus eſt; in ſubſequenti typo accurate emendatos. Similem fere correctionem obſervavimus in parte huius Nummothecæ I. pag. 138. num. XX. quæ hanc coniecturam quoque confirmare poteſt. LOCHNER. *ad an.* 1742. *p.* 389.

III.

Convenit hic typus cum præcedenti: hoc obſervato diſcrimine, quod in menſa averſæ faciei non quatuor, ſed ſex omnino globuli conſpiciantur, cuius rei cauſſam ad numerum mox antecedentem reddere conati ſumus. LUCK. *p.* 259.

IV.

RVDOLPHVS. II. D: *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* REX. Caput Regis corona radiata ornatum, ad pectus cum lorica, paludamento, & criſpo collari, ac barbata

RUDOLPHUS II. IMP.

bata facie, ad lævam conversum.

In aversa littera capitalis nominis RUDOLPHI, superimpendente corona, cernitur: subtus autem globus Imperii, cruce instructus, inter sceptrum & gladium, duosque lauri ramos, adiecto in ambitu versu:

A. DOMINO. REGNVM. VENIT. IMPERIIQVE. POTESTAS.

Eodem lemmate usus est RUDOLPHI pater MAXIMILIANUS (a), cum Rex Romanorum creatus & coronatus fuerat. Hinc dubium non est, quin & hic quoque nummus simili occasione prodierit; quod & LUCKIUS, a quo eundem mutuati sumus, animadvertit.

Similem quoque descripsit Cl. KOEHLERUS (b) eumque una cum præcedenti inter *missiles* computat.

Corona radiata obtectus est RUDOLPHUS; quia nimirum ante hanc coronam iam binas alias, *Hungaricam* scilicet & *Bohemicam* acceperat. *Id. ibid.*

V.

RVDOLPHVS II. D. *ei* G. *ratia* ROM: *anorum* IMP: *erator* AVGV: *stus.* Effigies Cæsaris ut num. præcedenti, dempta corona radiata. Siglæ, in imo a monetario adiectæ, nummum c*um* PRI *vilegio* C*æsareo* prodiisse, innuunt.

Altera pars cum antecedenti convenit, docetque, symbolum a RUDOLPHO sub coronatione in Romanorum Regem, usurpatum, ab eodem quoque, ut Imperatore, frequentatum fuisse. Cuius est enim anno 1576. quo is patri in Imperio successit, atque *Regnum Imperiique potestatem* in se iam ex integro devolutam vidit: quod & titulus *Romanorum Imperator Augustus*, in adversa legendus, evincit, eidem, MAXIMILIANO patre etiamnum in vivis agente, haud quaquam competens. *M. Imp. ar. pond. semunc.* Tab. XII.

VI.

Adversa litteram grandiorem, *Rudolphini* nominis initialem, exhibet, impositа eidem corona Imperiali clausa. Ad latera hinc figla IMP illinc II. legitur; ut sensus sit R. *udolphus* II. IMP. *erator.*

In aversa cernuntur insignia *Imperatoria*, gladius & sceptrum, in decussim positi, supra imminente aquila Cæsarea bicipiti: subtus vero globo Imperii, cruce instructo, comparente. Quæ singula nummum percussum fuisse docent, cum RUDOLPHUS Imperii clavum suscepit: ut adeo, mirum sit, fuisse, qui hunc nummum sub coronationis in Regem Romanorum solemnia, populo sparsum existimabant (c). *M. Imp. ar. pond.* 1. *dr.* c

VII.

Adversa effigiem Imperatoris, fere ut num. v. ostendit, cum perigraphe (in qua tamen, ut sæpe etiam in consequentibus, usitatissima illa formula *Dei Gratia*, nescio cuius culpa, omissa est): RVDOLPHVS II ROM *anorum* IMP: *erator* AVG: *ustus.*

In

(a) Hic supra pag. 52. num. XII.
(b) M. B. L. P. VII. p. 398.
(c) Vid. recens apert. Gross. Scrin. suppl. I. p. 116. tab. X. n. 117.

Tab. XII. In aversa aquila volitans ad cœlos contendit, ubi inter solis radios corona laurea observatur. Adiicitur titulus SALVTI PVBLICÆ.

Etsi hic nummus nota chronologica careat, vero similiter tamen cum LUCKIO ad annum 1582. quo Imperator prima Ratisbonæ comitia celebravit, referendus est. Agebatur in iis præcipue de sumptibus, ad fines Hungariæ tuendos requisitis. Quæ res tum difficultate non carebat. Ut igitur Imperii Ordines faciliores sibi redderet Cæsar, cum privatim, tum etiam publico hoc monumento innuere voluisse videtur, se nonnisi utilitatem, *salutemque publicam* unice spectare, quam, nisi hosti immanissimo ita occurratur, ut de eo etiam palmæ seu coronæ laureæ colligi possint, in maiori identidem discrimine versari necesse sit. Certe ad discrimen, universo orbi Christiano imminens, in tempore avertendum, atque adeo ad *salutem publicam* procurandam, pecunias ab Imperio collatas fuisse, in *Recessu Imperii* eodem anno emanato, conceptis verbis memoratur (a).

Potuit tamen & nummus RUDOLPHI honoribus ab aliis tribui; ut qui ob præclaras animi dotes, SALVTI PVBLICÆ, ut qui maxime, invigilaturus, eamque procuraturus videbatur. *M. S. B. ar. fus. pond.* I. *unc. & ibid. ex æ. M. S. I. Vindob. æ. & M.* BUOL. *pl. itemque apud* LUCK. *sed inversis pro more figuris*

VIII.

RVDOLPHVS. II. D. *ei* G. *ra-* *tia* ROM. *anorum* IMP. *erator* SEMP. *er* AVGVST. *us.* Imperator cataphracta indutus, gladio præcinctus, cumque corona in capite, stans, dextra sceptrum tenet, sinistra globum Imperii crucigerum. RUDOLPHUS II. IMP.

Aversa exhibet aquilam *Imperii* bicipitem coronatam: supra capita eminent circuli: pectori impositum est quadripartitum scutum, aurei velleris torque cinctum, cui medio incumbit minor clypeus. Illud area prima & quarta tænias *Hungariæ*, secunda vero & tertia *Bohemicum* leonem repetit. Huic, iterum bipartito, insunt tænia *Austriaca*, *Burgundiæ*que tessera. In margine, inscriptionis loco, comparent quatuor & viginti clypei, regnorum & provinciarum, quæ Domui Austriacæ parent, symbola exhibentes.

Similem fere nummum, totidem scutis ornatum, iam supra dedimus inter nummos MAXIMILIANI II. num. XV. p. 53. tab. VII. ibi in iis disponendis alius ordo: duplici serie ad normam caudæ pavonis explicatæ, servatus; hic exteriorem marginem tantummodo implent.

Elegans hoc numisma anno 1582. durantibus comitiis Ratisbonensibus, cusum fuisse docet LUCKIUS. Quam quidem opinionem etsi haud impugnandam censeamus, quia tamen nec nota temporis, nec aliud in nummo occurrit, quod id summopere suadere videatur, eum non immerito in medio relinquimus.

Extat porro in Nummophylacio nostro aliud numisma,

(a) In corpore *Recessuum* pag. 891. §. 6.

RUDOLPHUS II. IMP.

femunciam & duas drachmas appendens, cuius adverſa pars eadem prorſus eſt, quæ in nummo proxime ſequenti, averſa vero itidem huic *Luckiano* ectypo reſpondet, easdemque parmulas cum aquila bicipiti refert: hoc ſolum interpoſito diſcrimine, quod inter crura aquilæ numerus anni 1589. compareat; quo tempore, cum nulla in Imperio comitia celebrata fuerint, ſaltem hic poſterior de iisdem interpretari haud poterit: atque adeo uterque, cum pro uno haud maior, quam pro alio ratio pugnet, pro honorario duntaxat habendus erit, ab artifice *Valentino* MAHLER, cuius nomen in antica nummi ſequentis, quemadmodum etiam in archetypo noſtro, apparet, Imperatori forte oblatus.

Id præterea ſuadere videtur Cæſaris habitus, & ornatus Maieſtatis, nec non congeries ac multitudo ſcutorum; quæ ſingula alieno potius, quam Cæſaris conſilio facta ac publicata fuiſſe videntur. LUCK. *p.* 285. *Averſa itidem in M. S. B.*

IX.

RVDOLPH: *us* II. D. *ei* G. *ratia* ROM: *anorum* IMP: *erator* S. *emper* A. *uguſtus* GER: *maniæ* VNG: *riæ* BOH: *emiæ* REX. ARCH: *idux* AV: *ſtriæ.* Imperator eodem habitu, quo numero præcedenti: ſed hic corona radiata obtectus, equo ſtrato inſidens, ſiniſtrorſum vehitur, ſecus ac in LUCKII typo, ubi ob ſolitam figuræ converſionem Cæſar ſceptrum ſiniſtra gerit. Inferius in area & exergo ſiglæ comparent, a LUCKII chalcographo omiſſæ: V. *alentinus* M. *ahler* C. *um* PRIVI: *legio* C. *æſareo.* Tab. XII.

Averſa litteram *Rudolphini* nominis initialem, formæ grandioris, corona Cæſarea obtectam, atque in ventre globum Imperialem gerentem, ſuppoſitisque ſceptro & gladio decuſſatis, ſiſtit, addito numero *ſecundario.* Aſſiſtit a dextris figura muliebris ſtolata, IUSTITIÆ videlicet typus, dextra, qua gladium tenet, ſcuto *Hungarico* coronato innixa: altera PACIS ſimulachrum, a ſiniſtris, eodem modo lævam, qua oleæ ramum gerit, in ſcutum *Bohemicum* coronatum reclinat. Ambæ dictam litteram R. ſuſtinent. Superne nota chronologica 1590. in LUCKII ectypo omiſſa, inferne autem aquila ſimplex, cuius pectori parmula eſt impreſſa, quæ in noſtro quidem aquilam in LUCKII vero bipartita, hinc tæniam *Auſtriæ*, inde baltheos *Burgundicos* refert.

In margine inſcriptionis locum occupant ſiglæ duodecim, quarum ſingulæ diademate vel Imperiali, vel Regali, vel denique Archiducali opertæ. Earum ordo ſic procedit: R. *udolphus* I. A: *lbertus* I. LE: *opoldus* A *lbertus* II. F *ridericus* III. LA *dislaus* F *ridericus* IIII. M *aximilianus* I. PH: *ilippus* C. *arolus* V. FE: *rdinandus* M. *aximilianus* II.

Hæc ſatis prolixa nummi oeconomia, tota haud dubie a *Valentino* MAHLER, ſcalptore Norimbergenſi, profecta eſt. Docet id non ſolum adſcriptum eius nomen, obtentumque, nummum vulgandi *privilegium*, quod

Tab. XII. quod eundem ſuo ipſius ſtudio, non iuſſu Cæſaris ſignatum arguit : ſed & ipſa poſticæ partis diſpoſitio, quæ in legitimum ordinem ſimul atque fidem hiſtoricam peccat. Ponitur enim poſt ALBERTUM I. LEOPOLDUS, cognomento *Glorioſus*, cuius locum FRIDERICUS *Pulcher* occupare debuerat; cum hic a contrario ſub FRIDERICI III. nomine poſt ALBETUM II. ſubſequitur. Præterea omiſſus eſt PHILIPPUS *Pulcher* Rex Hiſpaniæ, MAXIMILIANI I. Filius, licet is longe potiori iure, quam laudatus LEOPOLDUS in hunc album referendus fuiſſet; cum id in mente, uti haud difficulter intelligitur, habuerit auctor, ut integram ſeriem Auguſtorum Regumque a RUDOLPHO I. ad eiusdem nominis ſecundum texeret. Quare aut LEOPOLDUS, utpote nunquam coronatus, negligendus fuerat omnino, aut alii quoque ex Auguſta familia, quibus Regia aut Imperialis corona ſimiliter nunquam obtigit, recenſendi.

Per errorem quoque lapſus eſt LUCKIUS, typum ſuum, nota temporis carentem, ad comitia, Auguſtæ Vindelicorum anno 1582. celebrata, reponens; cum aliud ſuadeat noſter, annum Chriſti 1590. expreſſe referens. Hoc ipſo quidem anno comitia *Deputatorum* Francofurti habita ſunt, ſed aliis rationibus haud ſuppetentibus, nummum eorundem memoria cuſum fuiſſe, ſtatuendum haud videtur. *M. Imp. pl. ex lamis compactis.* LUCK. *p.* 285. *ſed converſis figuris.* RUDOLPHUS II. IMP.

X.

Adverſa eadem prorſus eſt, quæ num VII.

In averſa monſtrum, lupi ſpecie, caudæ loco ſerpentem trahens, erecto ſupra tergum colubro, pedibusque uncis, quaſi frendens, contra oppoſitum clypeum & gladium, nubibus cinctos, adiecto lemmate ex VIRGILIO (a) deſumpto : TV NE. CEDE. MALIS, ſupple: *ſed contra audentior ito.* Eodem lemmate uſus eſt CAROLUS V. (b)

Nummo hoc ſymbolico animos Procerum Imperii excitare ſatagebat Cæſar, ad capeſſenda arma contra Turcam, quem monſtro aſſimilavit; quippe, quod ictis fœderibus ruptis, Hungariam depopulabatur, & Remp. Chriſtianorum peſſum daturus, iam iam imminebat. Quare & lemmate illo *Virgiliano* uſus eſt: *Tu ne cede malis*, & Chriſtianorum arma nubibus circumdari iuſſit, quaſi præſagiens : cœlum auxilio adfuturum. Nec fruſtra fuit Cæſar; celebratis enim anno 1594. Ratisbonæ hac de cauſſa comitiis, LXXX. *menſium Romanorum* auxilia ad bellum Turcicum in ſex menſes ab Imperio obtinuit (c).

In memoriam horum comitiorum cuſus eſt nummus, quadrangulatus cum inſcriptione Germanica : in averſa continens ſcuta iuncta Imperatoris & civitatis Ratisbonenſis. Eius deli-

(a) ÆNEID. VI. V. 95.
(b) P. I. huius Nummothecæ tab. XXIII. num. XLVIII. p. 90.
(c) CHYTRÆUS lib. XXX. p. 892. apud. STRUV. Period. X. §. XIV. p. 2022.

RUDOLPHUS II. IMP.

delineationem, unacum hac mox explicata, habes apud LUCKIUM *p.* 342.

XI.

RVDOLPHVS: II: ROM: *anorum* IMP: *erator* SEMP: *er* AVGVS: *tus.* Effigies Cæſaris armata, cum criſpo collari, capite laureato, ad lævam converſo.

Averſam inſcriptio Germanica, ſeptem lineis comprehenſa, occupat, latine ſic ſonans: *anno* 1595. *Chriſtiani profligatis Turcis, Strigonium expugnant die* II. *Septembris.*

Hanc obſidionem, quæ cum hoc, tum præcedenti anno multo Chriſtianorum ſanguine ſtetit, fuſe deſcribit ISTHUANFFIUS (a). Unde pariter diſcimus, eam Duce *Carolo* MANSFELDIO Cal. Iulii cœptam, eoque ex profluvio ventris ſublato, a MATHIA Archiduce, in locum defuncti ſuccedente, continuatam, atque urbe Aquaria die XIV. Auguſti capta, arcem demum ſecundo Septembris redditam fuiſſe: cum Turci antea, OSMANNO Duce, obſeſſis auxilium laturi, die IV. Auguſti prœlio ſuperati fuiſſent, caſtris eorum captis atque direptis, qua de utraque re nummus mentionem ingerit. *M. Imp. ar. pond.* I. *dr.*

a

XII.

RVDOLPHVS II ROM *anorum* IMP *erator* AVG *uſtus* REX HVNG *ariæ* BOE *miæ.* Effigies Cæſaris armata, adverſa fronte, cum torque aurei velleris, criſpo collari, & laureato capite. Tab. XII.

Averſa capricornum exhibet, globo terreſtri incumbentem, ſuperne aquila ſimplici ad cœlos evolante. In area a ſiniſtris ſtella cernitur, additurque in ambitu lemma: FVLGET CÆSARIS ASTRVM, fere ut alicubi VIRGILIUS (b): b

Ecce Dionæi proceſſit CÆSARIS ASTRVM.

De hoc eodem etiam SUETONIUS (c): *Ludis, quos primo conſecratos ei* CÆSARI *heres* AUGUSTUS *edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa undecimam horam. Creditumque eſt, animam eſſe* CÆSARIS *in cœlum recepti, & hac de cauſſa ſimulacro eius in vertice additur ſtella.* Et hanc quidem ſtellam in nummis IULII, poſt eius fata cuſis, videre eſt apud OISELIVM. (d) BIEVM (e), aliosque, ubi vel crinita vel ſolito more depingitur. Hinc laudati duumviri recitatum modo VIRGILII verſum de cometa, poſt mortem CÆSARIS aparente, interpretantur. Hoc vero Cæſaris aſtrum in præſenti nummo ſpectari, vel ideo ſtatui nequit, quod hic longe aliud, quam conſecratio, aut quid ſimile quærendum ſit. Accedit capricornus, ſignum cœleſte, quod ab AVGVSTO, ad ſuam indicandam geneſin, in antiquo nummo vulgatum, atque a Fl. VESPASIANO repetitum fuiſſe ſupra retulimus (f). c d e f

Sed neque ad geneſin RUDOLPHI hic reſpici poteſt, cum is

(a) Lib. XXIX. p. m. 402. ſeqq.
(b) Eclog. IX. v. 47.
(c) In IUL. CÆS. cap. ult.
(d) Loc. cit. tab. CVI. n. XXI. & XII.
(e) Supra laudat. tab. III. num. I. & II.
(f) In MAXIMIL. tab. VIII. n. XXVIII. p. 60.

Tab. XII. a is in ſigno *geminorum*, MENLIO teſte (a) natus fuerit. Cum itaque Capricornus, *Felicitatis* ſignum ſit, uti in adducto loco breviter animadvertimus: videtur ad hanc ipſam cum præſenti, tum aliis mox ſubiiciendis nummis adludi, & ſi LUCKIUM, qui binos alios, mox adducendos, huic noſtro ſimiles, vulgavit, audiamus: ſinguli ob Strigonium, cæſis hoſtibus receptum, cuſi fuerunt, quo quidem tempore fortuna quaſi ſingulari ſidere Cæſari affulſiſſe videbatur. *M. Imp. a. deaur.* & *S. B. ex ſtanno.*

XIII. & XIV.

Hæ duæ averſæ ex LUCKIO deſumptæ ſunt, quarum adverſa apud eundem reperienda, cum præcedenti in omnibus convenit: niſi quod prior illa formæ ovatæ, LUCKIANA vero orbiculatæ ſit; quamobrem repetitæ delineationi ſuperſedendum duximus. Porro poſt vocem IMP. omiſſum eſt AVG. quod forte oſcitantiæ artificum adſcribendum. Denique eandem quoque adverſam partem, averſa omiſſa, HERÆUS in ſuas tabulas retulit.

Prior harumce averſarum partium ſymbolum exhibet, in proxime antecedenti iam viſum, ſed more ſolito inverſum. Epigraphe quoque variat; nam hæc ita habet: VADVNT SOLIDA. VI. quæ verba innuunt, res bellicas bene procedere, ſi *ſolida vi* agantur.

Alterius nummi averſa penultimo quidem quo ad lemma ipſum reſpondet, ſed, omiſſo globo, Zodiacus, imminente eidem corona, adpictus eſt, in cuius parte inferiori Capricornus apparet, ſuperne vero aquila contra duas ſtellas volitat. Utriusque explicatio, qualis qualis, ex præcedenti repetenda. LUCK. *p.* 355. RUDOLPHUS II. IMP.

XV.

RVDOLPHVS II. IMPER. *ator*

Effigies eiusdem ut num. XI.

Pars altera omnino convenit cum num. XII. niſi quod aquila hoc loco ſceptrum dextra falcula teneat. In omnibus hiſce nummis Imperator laureatus ſiſtitur, quod LUCKII opinionem inter cetera firmare videtur. *M. Gottwic. ar.*

XVI.

Aquila, IOVIS ales, volitans, ſiniſtra falcula telum vibrat, adiecta in ambitu epigraphe: ADIVTORIVM. DOMINI. SIT. INIMICIS. TIMOR.

Averſam hæc inſcriptio, octo lineis comprehenſa & coronæ laureæ incluſa, implet: D *eo* O *ptimo* M *aximo* RVD. *olpho* II. CAES. *ari* AVG. *uſto* ET. EXERCITIBVS IN. TVRCAM. MILITANTIBVS. HOC. ANIMI. ET VIRTVTIS. MONVMENTVM. FIERI. F *ecit* 1596.

Argumentum averſæ gratulatorium eſt, ob res adverſus Turcam ſuperiori anno fortiter geſtas: adverſæ vero *votivum* eſſe videtur: quod anno 1596. qui in nummo ſignatur, fratribus Cæſaris, MAXIMILIANO in ſuperiori, MATHIÆ

(d) Apud STEIRER. in collectan.

RUDOLPHUS II. IMP.

THIÆ in inferiori Pannonia, res belli contra Christiani nominis hostem commissæ erant: unde auxilium Divinum in epigraphe
a aversæ efflagitatur. (a)

Quod reliquum est, SCHOEBELIUS aversæ huius numismatis parti aliam anticam tribuit,
b (b) eamque sic describit: „ A„ quila biceps rupi insistens, ca„ put alterum soli obvertit, al„ tero repentem ac iam immi„ nenten repellit serpentem. „ Sed huius nummi archetypon videre non contigit. Extat ta-
c men idem apud TYPOTIUM (c), cum lemmate: VTRVMQVE. Idem SCHOEBELIUS alium quoque describit, a nobis pariter non visum. „ Adversa, inquit, „ duas palmas nexas continet, „ in medio corona laurea cum „ inscripto titulo: R *udolphus* II. „ CAES. AVG. Aversa exhibet „ HERCULEM, quadrigis in nu„ bibus vectum, cum lemma„ te: SIC AD ASTRA. Eandem aversam laudatus quoque Ty-
d POTIUS affert (d), sed ubi sol, non HERCULES in quadrigis. LUCK. *p.* 360.

XVII. & XVIII.

Antica, media inter duas posticas, atque ad utrasque pertinens, eadem fere est, quæ num. XII. paucis litteris, ad integritatem duntaxat vocabulorum facientibus, hic loci omissis.

In priori aversa afflamen e nubibus ad stellam dirigitur, quam luna subtus cornibus quasi attingit & comprimit, addita epi- TAB. XII.
graphe: WIE. GOTH. WIL. id est: *secundam Divinam voluntatem.*

In altera aquila, *Imperatoris* symbolum, ostenditur, dextra falcula telum vibrans, sin. schedam comprehendens, inscripta voce: ADSIT, cuius mox laudatus SCHOEBELIUS duplicem adfert interpretationem, quarum prior hæc est: A *diuvante* D *omino* S *uperabo* I *mperatorem* T *urcarum.* Eandem amplexus quoque est KIEFFERUS (a), e
& ante hos TYPOTIUS (b). Al- f
tera minorem veri speciem præferens, sic sonat: A *ustriaca* D *omus* S *tabit* I *n* T *hrono.*

Verum utramque hanc expositionem satis refutat adversa pars nummi proxime præcedentis; quandoquidem eius epigraphe singulas has litteras singulis vocibus hunc in modum reddit: A *diutorium* D *omini* S *it* I *nimicis* T *imor.* Nimirum quæ in priori nummo integris verbis, hic singulis litteris initialibus scribuntur.

Ex his iam argumentum ipsorum nummorum eruendum est. LUCKIUS quidem eos ad annum 1598. reponit, asserens: honorarios esse, cusosque in comitiis Ratisbonensibus, in quibus Imperator, misso MATHIA fratre, Ordines Imperii ad ferenda pro bello Turcico prosequendo auxilia, sollicitabat. Sed malumus eum in annum præcedentem remittere, quo idem

(a) THUANUS lib. CXV. p. 635.
(b) Sinnreiche Reden der Oesterreich. Kayseren.
(c) Supra laudat. P. I. p. 56.
(d) Pag. 55.
(e) Dissert. de Domo Habsburgo-Austr. p. 281.
(f) Loc. cit. p. 55.

Tab. XII. idem bellum, biennio fere parum feliciter adminiſtratum, validius urgebat. Etenim anno 1596. non Zolnocum ſolum a Cæſareis fruſtra obſeſſum, ac Temeſwaria a SIGISMUNDO, Tranſilvaniæ Principe, bis eodem anno nequicquam tentata; contra vero Agria, munitiſſima Hungariæ Superioris arx, a Turcis expugnata fuit: ſed & idem Chriſtianus exercitus, cum die XXVI. Octobris ad Creſteſum, non longe ab Agria, hoſtem profligatum, caſtris exuiſſet, a ſuperveniente cum quadraginta millibus hominum CICALA, qui ultimum ducens agmen, integer confuſos, prædæque intentos, aggreſſus erat: ita cæſi ſunt, ut victoria, quæ iam in manibus erat, eriperetur; eoque prœlio, ISTHUANFFIO ſupputante, quinque aut ſex millia equitum, totidemque peditum Chriſtianorum interierint
a (a): quanquam ex hoſtibus duplo maior numerus, tribus in prœliis, occubuiſſe feratur.

Non multo felicior fuit annus proxime ſubſequens. Nam etſi ſub expeditionis primordia PALFFIUS Tatam, ac MAXIMILIANUS Archidux, cui Imperii ſumma denuo collata fuerat, Papam levi cepiſſent opera: reliqua tamen æſtate nihil admodum memorabile fructuoſumque geſtum eſt; quin potius Iaurinum a MAXIMILIANI, & Temeſwaria a SIGISMUNDI *Tranſilvani* copiis irrito conatu denuo circumſeſſæ: Turcis interim Tatam arcem, inſpectantibus Cæſarianis, denuo recuperantibus (b). RUDOLPHUS II. IMP.

Ergo ut meliori adverſus hoſtes ſuos fortuna uteretur Imperator, præter humanum, in dictis comitiis ſollicitatum, ante omnia Divinum, quod hoſtibus terrorem incutiat, hic implorat auxilium: voluntati tamen ſupremi Numinis ſe ſuaque omnia, animo vere Chriſtiano ita permittens, ut quidquid id eſt, quod petit, ex eius arbitrio ac voluntate fieri cupiat. b

Atque inde eſſe videtur, ut una eademque antica pars duabus poſticis iuncta fuerit; cum ambæ eodem ſpectent, nec altera ſine altera commode intelligi queat. LUCK. *loc. cit.*

XIX.

Adverſam, præmiſſa coroſla cum duobus palmæ ramis, eidem decuſſatim impoſitis vel immiſſis, inſcriptio, novem lineis expreſſa, occupat, quæ latine ſic reddi poterit: *anno.* M. D. XCVIII. *munita urbs Iaurinum die 29. Martii, ſtili novi, admirabili Dei auxilio ex Turcarum poteſtate retracta eſt. Qua de cauſſa ſoli Deo gloria.* Adduntur ſiglæ artificis V*alentini* M. *ahler.*

In averſa ſchema munitæ urbis Iaurinenſis, adiecto lemmate: OMNIS VICTORIA A DOMINO. Infra ſcriptum eſt: CVM PRIV. *ilegio*: medio huius ſcripturæ loco interpoſita parmula, corvum referens; ducto nominis *Iaurini* etymo a voce *Raab*,

(a) THUANUS lib. CXV. p. 636. ISTHUANFIUS lib. XXX. p. m. 431. ſeq.

(b) Id l. c. & THUANUS lib. CXIX. p. 770.

RUDOLPHUS II. IMP.

quæ Germanis *corvum* significat.

Occasionem nummi ipsa eius epigraphe satis clare edocet. Ea *admirabili Dei beneficio* urbem expugnatam fuisse innuit, quibus fere verbis ISTHUANFFIUS (a) quoque utitur, qui cum rei seriem diffuse enarrasset, demum sic concludit: *Hunc in modum* ADMIRABILI DEI BENEFICIO *Iaurinum recuperatum est, non toto quadriennio a Turcis possessum.* Capta est autem ab *Alphonso*, Comite de SCHWARZENBERG, unius duntaxat noctis labore; qui porta urbis, machinæ bellicæ, non diu ante inventæ, quam *petardam* vocant, applicatione, disiecta, militem introduxit, anno & die in nummo notatis. *M. Imp. ar. sicilicus.*

a

XX.

Adversa cum num. XII. convenit, solo nummi modulo excepto.

In aversa aquila, vento meridiano ex nubibus afflata, globo terrestri insistens, sinistra falcula lunam comprimit bicornem, adiecto in ambitu lemmate: CVI MILITAT AVSTER. fere ut alicubi (b) CLAUDIANUS:

O nimium dilecte Deo, CUI MILITAT ÆTHER.

b

Ex aquila, *Imperatoris* symbolo, lunam, *Turcarum* tesseram, comprimente, apertum est, victoriam quandam hic designari. Æra quidem incerta; sed si expendimus acta anni 1601. in bello Turcico, reperimus mense Septembri *Albam Regalem* a Cæsarianis captam, posteaque ad eandem urbem Turcas in pugna victos fugatosque fuisse. Quare nummus iste forsitan occasione huius victoriæ signatus fuit. *M. Imp. ar. pond. semunc. & sicilic.* Tab. XII.

XXI.

RVDOLPHVS. II. ROMANORVM. IMPERATOR. SEMP. *er.* AVG. *ustus.* Protome Imperatoris armata, insigni aurei velleris conspicua, cum collari & paludamento, veterum ad instar, dextra ad pectus composita, sinistra parazonium tenet, capite laureato, ad lævam conversо. Tab. XIII.

In aversa FORTUNA seminuda, sine alis (nam sine his etiam olim ad denotandam *stabilitatem* eius (c) depictam fuisse constat) acervo manubiarum inter binos captivos, manibus post terga revinctis, ad pedes eius assidentes, insistens, coronam lauream effert dextra, sinistra facem extinguit, cum epigraphe: VICTORIA DACICA.

c

Profligato anno 1599. Cardinale BATHORIO, & Transilvania recuperata, cusum esse insigne hoc maximi moduli numisma, tradit LUCKIUS loco infra citando, & post eum *Martinus* SCHMEIZELIUS (d). Sed non minus commode ad annum 1603. refertur, quo & subacto ad diem XXII. Augusti Mose *Siculo*, Transilvania Cæsari denuo subiecta, atque eiusdem anni

d

(a) Lib. XXXI. p. m. 441. seqq.
(b) De Consul. III. HONORII.
(c) Vid. OISEL. sæpe laud. p. 380. n. IX.
(d) Erläuterung Gold- und Silber-Münzen von Sibenbürgen p. 40.

RVDOLPHI II. Numismata et monetae. Tab. XIII.



XXI.



XXII.



XXIII.






XXIV.



Nummi oblati. et iconici.



XXV.



XXVI.



XXVII.



XXVIII.



XXIX.

Monum. Austr. T. II. P. II. Petr Maÿr del: et Sculpsit. ad p. 90. N.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XIII. anni die XXIX. Septembris Turcæ prope Budam magna clade affecti fuere. Tum enimvero Dacia seu Transilvania RUDOLPHO primum stabiliter, ut tum videbatur, asserta fuit: hostibus, eidem inhiantibus, magnam ubique partem attritis. Deinde honoribus BASTÆ Ducis, easdem terras recuperanti, nummus datus fuit, qui rem hanc publicis monumentis tum præcipue celebratam fuisse ostendit. Hunc laudatus SCHMEIZELIUS citato loco ex KOELESERO sic describit: Adversa protomen eius armatam accisis capillis, cum grandiori mystace ostendit, adiecta epigraphe: GEORG*ius* BASTA D*omi*N*us* IN SVLT EQ*ues* AUR*ei* VEL*leris*. Aversa autem coronam lauream, illigatis tribus spicis, exhibet, subiecta inscriptione: VALL*acho* PROFL*igato* SIC*ulo* DEV*icto* DAC*ia* REC*uperata* 1603.

Denique duplex in aversa, quam LUCKIUS pro more suo inversam dedit, hostium genus animadvertere licet. Altera enim exhibitio *Transilvaniam* seu *Daciam mediterraneam*, sub forma viri, velato capite, in vinculis refert: ferme ut non nunquam in nummis antiquis TRAIANI cum titulo DAC*ia* CAP*ta*, occurrit. Altera eodem modo Turcam, humi sedentem, cernuum & catena vinctum sistit; quod ipsa in adposito vexillo adpicta Turcarum insignia indicant. Postremo mulier facem extinguens, aut arma incendens: quod & in veteribus atque cum primis etiam in laudati Imperatoris nummis videre est; nec non vexillum Transilvaniæ fractum, cum ea provincia iam debellatum esse, innuit, pacemque proxime adfuturam; quod certe anno 1599. nondum dici aut sperari poterat; quando nempe SIGISMUNDUS Imperatori necdum fuerat reconciliatus, atque MOSES *Siculus* ab eodem in provincia relictus, adhucdum pertimescendus, aut observandus saltem erat. *M. Imp. ar.* & LUCK. *p.* 379. RUDOLPHUS II. IMP.

XXII.

RVDOLPHVS II. ROM: *anorum* IMP: *erator* AVG *ustus*. Effigies Cæsaris fere ut num. XII. Hic tamen aliquantum torvo aspectu repræsentatur, velut qui sibi nihil ab hoste timendum putet.

In postica idem Imperator cataphractus & paludatus, aureum vellus gestans, basi, inter varia generis arma seu tropæa collocatæ, insistit, dextra gladium tenens evaginatum, sinistra palmæ ramum. Superius ex nubibus manus prodit, Imperatorem coronans. Eidem basi duo Turci captivi assident, atque anteriori eius parti aquila biceps, gerens pectore parmulam, cuius tessera haud satis distingui potest, impressa est. Additur denique epigraphe: AVT PACEM AVT BELL: *um* DE-LI: *ge*. Et in exergo legitur: CVM. PRIVIL. *egio* CÆ. *fareo* C *hristianus* M *ahler* 1604.

Facile intelligitur, nummum hunc Cæsari oblatum fuisse, cum ineunte hoc anno post MEHEMETIS III. mortem Turci de pace agere cœpissent, quæ

RUDOLPHUS II. IMP.

tamen tractationes ob iniquas eorundem prætensiones abruptæ sunt. Easdem fuse referens
a ISTHUANFFIUS, (a) inter cetera quoque orationem Legati Cæsarei ad Turcos recitat, ex qua sequentia verba huius nummi epigraphen plane illustrant: *Itaque certiores vos esse volumus, Cæsarem ita esse animatum, ut si pax inter ipsum & vos mutua nostra opera redintegrari possit, eam haud invito animo sit acceptaturus: ex adverso, si vobis cura belli & inferendæ iniuriæ potior, & præsentior sit, quod ex hac, quæ modo instituta sit, præsentis actionis fine constabit, tum vero eius propulsandi, suaque tuendi rationes ineat, quibus nec* ÆQUA FOEDERA ASPERNATUM *esse, nec ad arma capienda* INVITUM *aut* IMPARATUM *descendisse palam sit.* Atque hæc eadem nummi, etsi ab aliis oblati, argumentum sunt. *M. Imp. ar. pond. semunc.*

XXIII.

Adversa fere ut numero octavo decimo.

In postica corona quernea civica, cum duobus capricornis, globo terraqueo imposita, cernitur, cui inscriptum: OB CIVES SEX (seu SER *vatos*); nam litteram x a monetario perperam inciſam fuisse continuo patet.

Ad veterum imitationem nummum hunc effictum fuisse, indubium est. Capricornos *Fortunæ propitiæ* signum esse, pariter
b compertum habemus (b). Denique coronam querneam cernimus, quæ non minus ob cives singulos, quam plures, atque adeo populum integrum servatum, dari solebat. Tali enim AUGUSTUM, post pacem Imperio redditam, olim donatum fuisse, cum ex nummis eius intelligimus, tum & OISELIUS (c) observat, excitatis c
in eum finem PLINII verbis
(d): *Dedit hanc* (de rostrata d
loquitur) AUGUSTUS *coronam* AGRIPPÆ; *sed civicam a genere humano accepit ipse.* & alibi (e): e
Ipsum AUGUSTUM *cum M.* CICERONE *filio consulem, Idibus Septembris, Senatus Obsidionali donavit, adeo civica non satis videbatur.*

Tab. XIII.

Ergo argumentum nummi gratulatorium est, vixque dubitandum, eundem anno 1606. signatum, quo XI. Novembris, in festo S. MARTINI pax in viginti annos cum Turcis sancita fuit. Nulla enim re magis RUDOLPHUS *cives* Reipublicæ Christianæ *servavit*, quam cum tam cruento Turcico bello extincto, pacis felicitatem generi humano reduxit. Eius instrumentum videre est apud *du* MONT ad hunc annum: idque inter cetera RUDOLPHO honorificum fuit, quod iis pactis mittendorum quot annis munerum onera sublata fuerint (f). *M. Imp. ar. sicil.* f

XXIV.

Epigraphe ut num. XII. Imperator armatus, palliatus & coronatus, equo insidens, siniſtrorsum vehitur: dextra sceptrum tenens, cui genius seu VICTO-

(a) Lib. XXXIII. p. m 493.
(b) Vid. hic supra p. 60. num. XXVIII. & p. 86. num. XII.
(c) Sæpe laudat. p. 414.
(d) Lib. XVI. cap. IV.
(e) Lib. XXII. cap. VI.
(f) Vid. ISTHUANFF. lib. XXIV. exeunte.

Tab. XIII. VICTORIA ſupervolitans lauream iungit, ſin. frenum. In receſſu ſchema urbis viſitur, alluente eandem fluvio, ac pro pedibus hoſtis devictus nudus iacet, brachia in altum erigens: quaſi qui ab equo conculcante ſe, cavere conaretur.

Averſa, inſcriptione deſtituta, rurſus Imperatorem, omni cum ornatu Imperiali ſolio inſidentem, exhibet. Aſſiſtit a dextris PAX, ſub figuræ muliebris ſeminudæ ſchemate, quæ ex ramo oleæ, quam dextra Cæſari offert, dignoſcitur, (veteres enim veſtitam exhibere ſolebant) atque ſiniſtra eidem corollam lauream ſupra coronam imponit: a ſiniſtris vero MINERVA, ut *Pacis Belli*que Dea, dextra gladium diſtrictum vibrans, ſin. palmæ ramum tenens. Superne duo genii, columnis inſiſtentes, aquilam bicipitem, *Imperii Imperatoris*que ſymbolum, corona Cæſarea exornant. Duæ porro pyramides, proxime erectæ, totidem coronis radiatis, *Hungarica* ſcilicet & *Bohemica* faſtigiatæ ſunt. Aſſident hinc inde ſex Electores in ſolito ornatu, & pro pedibus captivus nudus iacet.

Videbatur primum, elegans iuxta ac operoſum iſthoc numiſma ex occaſione comitiorum ſignatum; atque ideo huc collocatum fuit: ſed illo attentius conſiderato, ad dignitatem *Imperatoriam*, a RUDOLPHO poſt fata patris ſuſceptam, ſpectare intelleximus. Etenim corona *Cæſarea* clauſa, quæ reliquis, *Hungaricæ* nempe & *Bohemicæ*, quas RUDOLPHUS iam ante acquiſierat, ſuperadditur: eodem fere modo, ac in FERDINANDI I. nummis, cum abdicante CAROLO V. Imperii regimen adiiſſet, factum fuiſſe conſpeximus (a). Deinde aſſidentes Electores velut denuo in eius electionem conſpirare, eamque confirmare videntur; tot denique coronæ, in utraque parte expreſſæ, non niſi ſingulare quid indicant; quemadmodum palmæ oleæque rami, corollæ laureæ, hoſtesque proſtrati, boni ominis cauſſa, atque gratulationis ergo additi ſunt; quod ultimum quoque in nummis antiquis ſequioris ævi non raro occurrit. RUDOLPHUS II. IMP.

Ergo nummus iſte ex occaſione ſuſceptæ dignitatis Imperatoriæ cuſus eſt, quemadmodum ſimiles hic ſupra vidimus. Nam etſi antea conventum eſſet, ut RUDOLPHUS, MAXIMILIANO ad plures abeunte, non aliis comitiis exſpectatis (b), Romanorum Imperator ab omnibus agnoſceretur: patre tamen Ratisbonæ (quæ urbs in antica forte depingitur) ubi RUDOLPHUS & ipſe adfuerat, inter frequentium Principum manus expirante, velut novo conſenſu atque ſumma omnium gratulatione agnitus eſt. Et erat etiam, unde omnia ſumma de novo Imperatore ſibi pollicerentur Proceres; tantis nimirum ille virtutibus pollebat. De iis fuſe MATHIÆ apud PFEFFINGERUM (c). *M. Imp. a. fuſ.* a b c

(a) Hic ſupra tab. III. num. XXVI.
(b) Vid. ISTHUANFF. lib. XXV. p. 336. ſeqq.
(c) Ad VITRIAR. lib. I. titul. V. p. 749.

RUDOLPHUS II. IMP.

NUMMI ALII OBLATI ET ICONICI.

XXV.

RVDOLPHVS II. D. *ei* G. *ratia* ROM: *anorum* IMP: *erator* AVGV *ſtus*. Caput Imperatoris radiatum ad pectus cum lorica & paludamento, nec non criſpo collari, ſiniſtrorſum. In imo figlæ viſuntur cælatoris, ſed in ipſo archetypo male expreſſæ: C. PRECAR, id eſt: *cum privilegio Cæſareo.*

Averſa ſeptem Electorum ſcuta ſexangularia, in umbone iuncta, continet. Medium locum tenet leo *Bohemicus*. Quæ a dextris ſtipant ſcuta, inſignia præbent Electorum Eccleſiaſticorum, puta *Moguntini*, *Colonienſis* & *Trevirenſis*: quæ a ſiniſtris, tria Electorum ſecularium, *Palatini*, *Saxonis* & *Brandenburgici*.

In margine adſcripti ſunt tituli ſeu nomina ſingulorum, eo ordine, quo ſcuta ipſa in umbone diſpoſita eſſe diximus: REX BO: *hemiæ* PALA: *tinus* SAXO: *nicus* BRAN: *denburgicus* TREVI: *renſis* COLO: *nienſis* MOGVN: *tinus*. In imo C. *um* PRE (pro PRI *vilegio*) C *æſareo*.

Huius generis nummos occaſione comitiorum Imperii ſignatos fuiſſe, valde credibile
a eſt (a): ſed quoniam notis chronologicis deſtituti ſunt, difficile erit certam ſingulis æram ſtatuere. Id unum certo conſtat, a RUDOLPHO comitia ſepties congregata fuiſſe, nempe anno 1577. & 82. Francofurti: & anno 1594. & 98. nec non 1603. & 1608. Ratisbonæ: ac denique 1600. Spiræ: non computato conventu, anno 1610. quo MATHIAM fratrem in ordinem redigeret, Pragæ inſtituto (b). Horum itaque cauſſa hic & ſequentes nummi percuſſi ſunt, quemadmodum & duo alii in ſupplementorum tabulam, in calce operis reperiendam, num. III. & IV. reiecti. Prioris pars adverſa eadem eſt cum hoc præſenti; ſcribitur tamen AVGV *ſtus* & in imo figlæ artificis emendate leguntur: C. *um* P. *rivilegio* C. *hriſtianus* M. *ahler*. Pars averſa cum nummo ſequenti, num. XXVI. deſcribendo, concordat. Tab. XIII. b

Alter ſingularis elegantiæ & concinnitatis, in antica caput RUDOLPHI nudum, ſiniſtrorſum converſum, repræſentat, ad pectus cum lorica ſeu cataphracta, paludamento & collari, adiecta epigraphe: RVDOLPHVS II. ROM. *anorum* IMP. *erator* SEMP. *er* AVG *uſtus*; & in angulo dextro C. *cum* P. *rivilegio* C *æſareo*. Poſtica easdem parmulas eodemque ordine exhibet, ut hoc numero, adſcribiturque: MOG. *untinus* COL. *onienſis* TRE. *virenſis* PAL. *atinus* SAX. *onicus* BRA. *ndenburgicus*, videlicet *Electores*. Et in margine exteriori: MANE NOBISCVM DNE QVONIAM ADVESPERASCIT: ET INCLINA: *vit* IAM DIES. LVC. 24.

Sex igitur (nam tres alii ſtatim ſequuntur) iam numerari poſſunt nummi, memoriæ comitiorum, ſub RUDOLPHO habitorum, dicati, ut vix dubium

(a) Vid. LOCHNER. anno 1743. p. 386.

(b) Vid. PFEFFINGER. loc. cit.

Tab. XIII. bium ſuperſit, quin ſeptem cuſi ſint, ac ſeptimus, adhuc alicubi a lateat (a). *Prior ex M. Imp. ar.* 1. *dr. alter ex M. S. B. ar. pond.* 1. *dr .tertius ex eod. M. ar. inau. pond. ſemunc.*

XXVI.

Epigraphe ut num. præcedenti. Effigies autem Imperatoris ut num. v. niſi quod hic aureo vellere ſpectabilis ſit.

Averſa circa aquilam bicipitem coronatam, in medio poſitam, quæ parmula pectori impreſſa, hinc faſciam *Auſtriacam*, inde *Burgundicos* baltheos exhibet: in circuitu poſita habet ſeptem rotunda ſcuta Electorum, quæ eorum inſignia, ordine, quo ſupra, referunt. Excipe quod ſcutum *Bohemicum* non in medio, ſed ad lævam primum locum teneat. Scutis denique hiſce in margine nummi interpoſitæ ſunt ſiglæ, Electorum nomina, ut in præcedenti nummo, adſignificantes. *M. Imp. ar. pond.* 3. *dr.*

XXVII.

Anterior facies ſeptem orbes exhibet, effigies Electorum, adiectis eorundem titulis, referentes: media imagine Cæſaris, hoc ordine: a dextris IOA. *nnes* SCHWI. *cardus* AR. *chiepiſcopus* MOG *untinus* ERNES. *tus* ARCH. *iepiſcopus* COLON. *ienſis* LOTHAR. *ius* AR. *chiepiſcopus* TREVIR. *enſis*. Ad ſiniſtrum latus, FRIDER. *icus* IV. ELE. *ctor* PALA. *tinus*, CHRIST. *ianus* II. ELE *ctor* SAXON *icus*, IOACH. *imus* FRI. *dericus* ELE. *ctor* BR. *andenburgicus*.

Omnes hi Electores adverſa fronte ſiſtuntur, omnesque barbati atque reciſis capillis, ſolusque Cæſar laureatus, reliqui inoperti comparent. Cæſarem denique ipſum hæc inſcriptio ſolita circumdat: RVDOLPH. *us* II. ROM. *anorum* IMP. *erator*. In ambitu vero legitur: SEPT. *em* EL. *ectores* SACRI ROM *ani* IMP. *erii* COLVMN. *æ* C. *um* PRIVI. *legio* C. *hriſtianus* MALER. RUDOLPHUS II. IMP.

Poſterior facies ſeptem eorundem inſignia, totidem rotundis ſcutis impreſſa, offert: eodem ordine poſita, quo ipſorum in adverſa fronte effigies. Primum, eumque medium locum, occupat aquila *Imperialis* biceps coronata, cum leone *Bohemico* in pectore. Sequuntur ad dextrum latus tria Eccleſiaſticorum Electorum inſignia: rota ſcilicet *Moguntina*, crucesque *Colonienſis* & *Trevirenſis*. Ad ſiniſtram vero ſecularium: leo *Palatinus*, corona rutacea, tæniis impoſita, *Saxoniæ*, ac *Brandenburgica* demum aquila. In margine cuiusvis adſcriptum eſt nomen: MOGVNT *inus* COLONI. *enſis* TREVIR. *enſis* PALATIN *us* SAXON. *icus* BRAND. *enburgicus* 1607.

Æram nummi & occaſionem, qua cuſus eſt, quod attinet, videtur & nobis, ut LOCHNERO loc. cit. probabile: factum id eſſe, cum durantibus motibus *Donavverdenſibus* comitia Imperii in annum ſequentem 1608. Ratisbonam indicerentur. LOCHN. *ad an.* 1743. *p.* 417.

XXVIII.

Adverſa huius numiſmatis effigies quinque priorum Imperatorum

(a) Extat hic, ut modo advertimus in recens apert. *Groſſor. Scrin.* Suppl. 1. tab. x. n. CXVI. p. 115.

RUDOLPHUS II. IMP.

ratorum ex Auguſtiſſima Gente Habsburgica aſſumptorum exhibet, hoc ordine: RVDOLPH. *us* I. ROM. *anorum* IMP. *erator* (quæ duo ultima verba poſt ſingulorum nomina tam hic, quam in averſa repetuntur) ALBERTVS I. FRIDERIC. *us* III. ALBERTVS II. FRIDERICVS. IIII. In medio aquila *Imperii* biceps inter notam chronologicam 1594. oſtenditur, pectore gerens ſcutum *Auſtriaco-Burgundicum*, & in capite coronam Cæſaream.

Poſtica reliquos quinque Imperatores, ex eadem Auguſta Domo oriundos, ante oculos ponit, quorum hæc ſunt nomina atque ordo: MAXIMIL. *ianus* I. CAROLVS V. FERDINANDVS. MAXIMILI. *anus* II. RVDOLPH. *us* II. Eiusdem nominis littera capitalis R. corona Cæſarea, quam IUSTITIA & PAX imponere videntur, tecta cernitur. In ambitu epigraphe utriusque partis hunc in modum iungenda: ROM. *anorum* IMP. *eratores* EX SERENI. *ſſima* AVSTRIACA DOMO IN INVICTI. *ſſimi* RVDO. (hic averſa incipit) LPHI. II. EI9DEMQ. *ue* DOM. *us* HONOREM NORI. *mbergæ* F. *ecit* V *alentinus* M. *ahler*.

Epigraphe nummi figuræque eiusdem cum argumentum, tum originem ſatis indicant: videturque oblatus eſſe, cum RUDOLPHUS anno 1594. comitia Ratisbonæ habuit. *M. S. B. ar. pond.* I. *unc. nec non antica in tab.* HER. *poſtica in M. Imp. ar. deau. pond. ſemunc.* I. *dr.*

XXIX.

RVDOLPHVS II ROM: *anorum* IMP: *erator* AVG *uſtus*. Siſtitur hic Imperator fere ut num. XXVI. provectioris tamen ætatis, cum torque aurei velleris, ſubque axilla eius dextra ſiglæ ſcalptoris incogniti AB leguntur. *M. Imp. ar. ſicilic.* Tab. XIII.

XXX.

Adverſa cum præcedenti fere in omnibus conſpirat, dempto modulo. Tab. XIV.

Averſa autem Imperatorem ut num. antecedenti VIII. ſiſtit, cumque titulum eius denuo repetat, ſignum eſt, duas hic adverſas partes ſimul iunctas fuiſſe. Porro ſiglæ in hac facie occurrentes ſueto more ſic legendæ: CVM PRE (pro PRI *vilegio*) CÆ *ſareo* V. *alentinus* M. *ahler*. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc.* I. *dr.*

UNCIALES ET MONETÆ.

XXXI.

RVDOLPHVS. II. D. *ei* G: *ratia* RO: *manorum* IM: *perator* S. *emper* A. *uguſtus* GE. *rmaniæ* HV. *ngariæ* BO: *hemiæ* REX. Integra imago Imperatoris in pedes erecti, cataphracti, gladio præcincti & corona clauſa redimiti, dextra ſceptrum, ſiniſtra globum crucigerum ſuſtentantis. In area a dextris ſcutum cernitur, aperta corona tectum, leonem *Bohemicum* exhibens: a ſiniſtris vero ſimile ſcutum bipartitum, tæniis *Hungaricis*, eiusdemque regni Patriarchali cruce inſtructum. In imo lilium, monetarii ſignum.

In poſtica continuantur tituli:

ARCHI-

RVDOLPHI II. Numismata et monetæ. Tab. XIV.

XXX.



XXXV.



XLII.



Viciales.

XXXI.



XXXVI.



XXXII.



XXXVII.



XLIII.



XXXVIII.



XLIV.



XXXIII.



XXXIX.



XLV.



XL.



XXXIV.



XLI.



XLVI.



ERNESTI II. ARCHIDVCIS Nummi.

I.



II.




III.



IV.



V.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XIV. ARCHIDVX. AVSTRI. æ DVX. BVR. *gundiæ* MA. *rchio* MO. *raviæ* 1589. Aquila *Imperialis* biceps coronata, ſcutum pectore gerens bipartitum, galero Archiducali tectum, aureique velleris torque cinctum, cui *Auſtriæ* faſcia *Burgundiæ*que balthei impreſſi ſunt. MELL. *p.* 81.

Similis nummus, ſed quadratæ formæ, in nummophylacio noſtro aſſervatur, in tabula ſupplementorum num. v. depictus, cuius quidem typus & epigraphe eadem eſt, demptis nonnullis litteris. At in averſa tres ſtellæ, parmulæ impreſſæ, viſuntur, ſignum, ut credibile eſt, monetarii, & in averſa annus æræ Chriſtianæ 1604. legitur.

Etſi autem hic ipſe nummus inſuetæ omnino formæ ſit, typus tamen nec nimis prominens, nec multum depreſſus, ſed reliquis uncialibus per omnia correſpondens, perſuadet: eum publico uſui deſtinatum fuiſſe, atque nec memoriæ cauſſa, nec premente neceſſitate percuſſum. *M. S. B. ar. pond.* 1. *unc. & ſemis.*

Alium eiusdem magnitudinis & typi, ſed rotundæ formæ, atque aureum, ponderis quinque ducatorum in *M. S.* PETRI vidimus: ubi tamen epigraphe huiusmodi eſt: RVDOLPHVS. II. D. G. R. I. S. AVG. GER. HV. BO. REX. Et in averſa parte: ARCHID. AVSTRI. DVX. BVRG. MAR. MO. 1610. Hæc a præſenti nummo parum differunt. Aliud porro ſignum monetarii præfert, nimirum, lilii loco, lunam bicornem, impoſita ſtella, in margine averſæ exiſtens, de quo Cl. D. a ROSENTHAL fuſe iuxta atque erudite agit apud Cl. KOEHLERUM (a). RUDOLPHUS II. IMP. a

Addimus denique hiſce Bohemicis nummis inſignem alium argenteum ternionem, in eodem regno anno 1603. percuſſum, atque in ſupplemento noſtro num. VI. depictum. Adverſa eius Imperatorem armatum umbilico tenus exhibet, torque aurei velleris conſpicuum, cum collari criſpato, capite nudato & ad lævam converſo, adiecta epigraphe: RUDOLPHUS II. D. *ei* G. *ratia* RO. *manorum* IM. *perator* S. *emper* AU. *guſtus* GE. *rmaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX. In imo leo, margini incluſus, apparet, *Bohemiæ* videlicet ſymbolum.

Averſa proſequitur titulos: ARCHIDUX. AUSTR. *ia* DUX. BUR. *gundiæ* MA. *rchio* MO. *raviæ*. Aquila *Imperii* biceps coronata, pectore gerens ſcutum, repetitis *Bohemiæ* & *Hungariæ* teſſeris exaratum. In medio ſuperimponitur parmula minor, *Auſtriæ* & *Burgundiæ* teſſeris inſignita. In imo caput hircinum marginatum, ſignum videlicet monetarii adiicitur. *M. S. B. ar. pond.* 3. *unc.*

XXXII.

RVDOLPH. *us* II. D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* IMP. *erator* S. *emper* A. *uguſtus* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B *ohemiæ* REX. Effigies Cæſaris, cataphracta muniti, cum paludamento & criſpato collari, capite nudo ad lævam converſo.

Sequuntur in poſtica reliqui tituli: ARCHIDVX. AVSTRIE DVX. BVR.

(a) M. B. L. P. XVII. p. 441.

RUDOLPHUS II. IMP.

BVR. *gundiæ* MA. *rchio* MO. *raviæ* 1591. Aquila *Imperialis* biceps coronata, geſtu quaſi volitans, falculas porrigit: his ad dextram appoſitus eſt gladius, ad ſiniſtram ſceptrum. Pectori incumbit parmula, faſcia *Auſtriaca* inſignis, quam ſertum cingit, cui crux inſiſtens per modum globi Imperialis, inter bina aquilæ capita, ſuperimpoſitam coronam clauſam attingit. In imo idem ſignum, quod in nummo quodam aureo extare, ad num. præcedentem diximus, conſpicitur. Nummum eſſe Bohemicum, ſuadet leo in adverſa ſignatus. MELL. *p.* 84.

XXXIII.

RVDOL. *phus* II. D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* IMP. *erator* S. *emper* AVG. *uſtus* GER. *maniæ* H *ungariæ* B. *ohemiæ* R. *ex* ARCH. *idux* AV. *ſtriæ.* Effigies Cæſaris ut in antecedenti nummo. Ad latus ſiniſtrum ab ipſius fronte in nummi margine icon Beatiſſimæ V. MARIÆ, creſcenti lunæ inſiſtens. Ex adverſo quadripartitus clypeus: prima area *Hungariæ* tænias, altera eiusdem Patriarchalem crucem, tertia pardalina capita *Dalmatiæ*, quarta *Bohemicum* leonem continens. Medio impreſſa parmula, *Auſtriæ* faſcia inſignis eſt.

Averſa proſequitur titulos: DVX. BVR. *gundiæ* MARCH. *io* MORA. *viæ.* 15. 98. His denique interiectæ ſunt voces: NAGI-BANIA. urbem utique Hungariæ Superioris, alio nomine *Neoſtadium* ſeu *Neapolis* nuncupatam, officinis monetalibus celebrem, adſignificans. Aquilæ figura aſſimilatur illi, quam in antecedenti nummo conſideravimus. In eo tamen differt, quod typus iſte globum cum cruce, *Imperii* inſigni, forma magis conſueta in pectore referat, & linea tranſverſa, in medio ad corpus aquilæ utrinque attingens, umbonem quaſi dividat: quod alias in nummis Auſtriacis, quantum quidem hucuſque vidimus, inſuetum eſt. MELL. *p.* 87. Tab. XIV.

Prodiit eodem anno non abſimilis alius, nobis, confecta iam tabula, oblatus, quem ob ſui elegantiam, tum quod chalcographus noſter indies magis proficiens MELLENII artificem longis poſt ſe relinquat intervallis, nummosque adeo accurate incidat, ut linea lineæ reſpondeat; ſupplementis noſtris num. VII. inſerendum duximus. Adverſa eius cum hoc MELLENII nummo adprime convenit, ſcribitur tamen HVN. ſecus ac in altero. Deinde averſa pariter non abludit; titulorum tamen proſecutio ſic habet: ARCHIDVX. AVSTRIÆ DVX. BVRG. *undiæ* MAR. *chio* MOR. *aviæ* ETC. *etera.* 1598. *M. S. B. ar. pond.* I. *unc.*

XXXIV.

RVDOLPHVS: II: D: *ei* G: *ratia* ROM: *anorum* IMP: *erator* S: *emper* A: *uguſtus* G: *ermaniæ* H: *ungariæ* B: *ohemiæ* REX. In imo ſiglæ monetarii cuiusdam: AN: AB: in nummis noſtris non admodum infrequentes, leguntur, quæ cum in numiſmate quodam, FRIDERICI *Placidi* & MAXIMILIANI I. effigies referente (a), ut

(a) P. I. huius Nummoth. T. XV. n. XLVI.

a

Tab. XIV. ut nonnullos alios prætereamus, æque reperiantur; plane confirmant, quod ibidem monuimus, illum *reſtitutis* accenſendum.

Subſequuntur in averſa reliqui tituli: ARCHIDVX AVSTRIAE DVX: BVRG: *undiæ* MARCH: *io* M: *oraviæ.* Aquila biceps ut numero præcedenti, excepta iſta linea tranſverſa. *M. Imp. ar. ſicilic.*

XXXV.

Epigrahe adverſæ eadem eſt, ac in præcedenti, mutatis ſolummodo quibusdam litteris. Effigies Cæſaris ſimiliter reſpondet: at hic loci laureatus eſt, & torque aurei velleris conſpicuus. Præterea ſub axilla eius dextra numerus anni 1603. cernitur.

In poſtica ſubſequuntur tituli: NEC NON. ARCHIDVCES AVS: *triæ* DVC: *es* BVR. *gundiæ* COMITES: TIROL. *is.* Maior clypeus, Archiducali galero tectus, aurei velleris torque cinctus, ter tranſverſim, totiesque perpendiculariter ſectus, accedente capite ſcutario bipartito, ac proinde ex quatuor & decem areolis compoſitus. Prima areola *Hungaricas* tænias; ſecunda leonem *Bohemicum*; tertia, quæ eſt ſecundi ordinis prima, *Legionenſem* leonem; quarta baltheos *Burgundicos*; quinta faſciam *Auſtriacam*; ſexta *Caſtellanum* ſymbolum; ſeptima, unde tertius ordo incipit, bipartita, *Carinthiæ* tæniam, tresque leones; octava *Carniolæ* aquilam; nona in ectypo MELLENII non ſatis accurate expreſſa, *Habsburgicum* leonem; decima, e ſuperiori dextro angulo oblique ſecta, hinc tænias, illinc leonem gradientem, *Goritienſis* Comitatus teſſeras; undecima, ultimi ordinis prima, obliquos *Burgoviæ* Marchionatus baltheos, interpoſito palo; duodecima tres leones gradientes, Ducatus *Sueviæ*; tertia decima, tria cervina cornua, Ducatus *Würtembergici*; quarta decima ac ultima, baltheo transverſo bipartito, ſex coronas Landgraviatus *Alſatiæ* exhibent. Superne denique aquila *Tyrolenſis*, maiori nonnihil ſcuto inſcripta, honoratiorem locum occupat. RUDOLPHUS II. IMP.

Notatu porro dignum, in epigraphe averſæ, formulam a RUDOLPHO Cæſare, cuius ſola in adverſa effigies, cum titulo ſingularis numeri expreſſa eſt, plurali numero comparere: *nec non Archiduces* &c. Hæc ipſa formula ſæpe recurrit etiam in monetis fere minimi moduli, quod ex ſequentibus typis patebit. Occaſio rei talis eſt: iam tum anno 1595. FERDINANDO, Archiduce Auſtriæ, ſeniore FERDINANDI Imp. filio, MAXIMILIANI II. Imp. & CAROLI fratre, rebus humanis Oeniponte exempto; RUDOLPHUS Cæſar, fratris filius, ei in gubernatione Comitatus *Tyrolenſis*, & coniunctarum in Suevia & Rheni tractu Auſtriacarum regionum ſucceſſerat; ſed quoniam Cæſar fratribus ſuis, prædictum Comitatum regendum commiſit: hinc nummi eo tempore in Tyroli percuſſi, honoris quidem gratia, ſolam Imperatoris effigiem cum

RUDOLPHUS II. IMP.

ſueto titulo in adverſa referebant: in averſa vero, imaginum ac iconum loco, clypeus, communibus Principum Auſtriacorum inſignibus conſpicuus, exprimebatur, addita in epigraphe iam recitata illa formula: *Nec non Archiduces &c.* ut hoſce nummos communi nomine vulgatos intelligeremus. *M. S.* PETRI & MELL. *p.* 89.

Eodem anno ſimilis alius, ſed alio ex modulo ſeu *matrice*, ut ocularis illius inſpectio docebit, ſignatus eſt. Scribitur enim in eius averſa A. ubi in altero AVS. ET COMIT. ubi in altero COMITES. Abeſt etiam ſupra aquilam *Tyrolenſem*, neſcio quid, in MELLENII ectypo obſervandum, & torques aurei velleris ſcuto non ita contigua eſt, ut in citato MELLENIANO. Eiusdem delineationem habes in ſuppl. num. VIII. *ex M. S. B. eductum.*

Alius porro eiusdem typi anno ſequenti 1604. (qui numerus ſub axilla Imperatoris dextra legendus) in Tyroli prodiit, at ponderis altero tanto maioris, a nobis in ſupplementa num. IX. tam ob ſui elegantiam, quam raritatem relatus. Omnia eius cum hoc MELLENII nummo reſpondent, exceptis nonnullis duntaxat litteris, ad integritatem vocabulorum pertinentibus. Scutum quoque poſterioris lateris ovatæ formæ eſt, ac non ſolum torque aurei velleris, ſed & opere torevmatico marginatum. *M. S. B. ar. pond.* 2. *unc.*

XXXVI.

Adverſa cum præcedenti fere convenit. Notæ numerales annum 1606. indicant. Tab. XIV.

Aliter nonnihil ſe habent tituli alterius lateris: NEC NON ARCHIDVCES AV. *ſtriæ* D. *uces* B. *urgundiæ* LANDG. *rauii* ALS. *atiæ* CO: *mites* FER *retenſes.* Scutum, galero Archiducali tectum, in paucis ab averſa ſuperioris nummi abludit: præter torquem aurei velleris, hic longius a clypeo diſtantem. Eundem parergon aliquod ambit, & loco capitis ſcutarii in primo ordine duæ areolæ ſunt inſertæ, quarum prima talem aquilam *Tyrolenſem* præbet, qualem in capite prioris vidimus: altera coronas *Alſatiæ*, quas in ſcuti antecedentis nummi angulo ſiniſtro inferiori obſervavimus, hoc loco exhibet. Angulus vero inferior ad ſiniſtram hoc in nummo piſces *Ferretenſes* continet. Quibus ſingulis etiam tituli averſæ reſpondent, adeoque nummum in Alſatia cuſum fuiſſe arguunt. Certe nec hic ipſe nummus, nec alia id genus archetypa, in nummophylacio noſtro aſſervata, in ea Tyrolenſi officina, qua de ſupra (a) diximus, percuſſi ſunt; cum eorum margines nullum eius veſtigium præferant. *M. S. B. ar. pond.* 1. *unc.* & MELL. *p.* 94. a

XXXVII.

Adverſa leviter differt a præcedenti: in area tamen hinc inde nota temporis 1612. inſcripta eſt.

Averſa num. XXXV. reſpondet: omiſſis hic paucis litteris.

Edidit hunc uncialem, vulgo *thalerum*, loco mox adducendo,

(a) In FERD. *Tyrol.* ad num. XII. pag. 73.

Tab. XIV. cendo, Cl. KOEHLERUS, eumque eruditis commentariis perfudit: ac dubium amici, quo pacto RUDOLPHUS dicto anno 1612. adhuc pecuniam signari curaverit; utpote, cum eodem incunte, decimo videlicet Ianuarii, diem obierit? recte tollit, dicendo: moris tum temporis fuisse, ut in nummis usualibus, quo diutius novi viderentur, æra Christi præverteretur. Id quod ex nummis subsequentium Imperatorum amplius patebit. Cetera quæ ad hunc ipsum uncialem illustrandum affert, a nobis ad num. XXXV. occupata fuerunt. KOEHL. *P.* II. *p.* 83.

Alius eiusdem anni uncialis in museo nostro asservatur, ei, qui num. XXXVI. descriptus fuit, adprime respondens, nonnullis tamen litteris vel neglectis, vel superadditis. Id notatu dignum est, quod Imperator non modo laureatus, ut in ceteris huiusmodi typis omnibus, sed& corona laurea ceu orbe circumcinctus, ac pallio Imperatorio, seu veste palmata triumphali, fere ut Imperatores antiqui sequioris ævi indutus, repræsentatur. Quare eundem inter supplementa num. X. referre visum est.

Ibidem duo alii eiusdem typi, sed *matricis*, quam vocant, inter seipsos diversæ, de anno 1611. percussi, ostenduntur: in quorum tamen altero corona laurea effigiei Cæsaris circumducta, non apparet, sed orbis tantummodo striatus.

Iuvat denique omnibus hisce alium superaddere, in supplementis nostris num. XI. depictum; qui etsi a præcedentibus in paucis differat, suspiciendus tamen est ob scutulum *Carinthiacum*, tudicula, vel typo aliquo impressum, haud secus ac in antiquis nonnullis nummis eiusmodi signa visuntur, Gallis *Contremarque* dicta. Contigit id autem sub LEOPOLDO *Magno* Imperatore, ut æra Christi 1681. parmulæ superimposita, ostendit. Eam præterea littera S. in binas partes dispescit quæ forte *signum* vel *signatus* (videlicet nummus) interpretanda. RUDOLPHUS II. IMP.

Erat enim ea tempestate res monetaria in Imperio Romano non optime constituta; ita ut tum variæ constitutiones & edicta ad eam emendandam prodirent: quod acta publica (a) testantur. Porro Cl. D. a LILIENTHAL (b) nos docet: a quibusdam falsariis plures *Rudolphinos* nummos suppositos fuisse. Huic igitur malo ut caveretur, vulgusque monetam spuriam a proba facilius discernere posset, eiusmodi sphragitis auctoritate publica imprimebatur. Nam etsi laudatus auctor unciales annorum 1588. 1589. 1591. & 1603. duntaxat adulteratos fuisse ex CUNONE *Hamburgensi* memoret: ceteri tamen æque ad prævertendum deceptionis periculum, eiusmodi signo affici & velut renovari debuerant; tum quod multitudo seu vulgus hominum difficulter discriminare potuisset, quorumnam annorum nummos falsarii imitati fuerint; tum, quod nummis unius

a

b

(a) Vid. inter cetera relationes Francofurt. an. 1680. & 81.

(b) Thaler-cabinet pag. 14. num. 28. edit. secundæ.

RUDOLPHUS II. IMP.

aut alterius anni adulteratis, reliqui omnes, eundem typum præferentes, licet alterius anni ſint, populo ſuſpectos reddi, neceſſe fuerit. *M. S. P. ar. pond.* I. *unc.*

Idem ſine eo ſigno in muſeo noſtro quoque aſſervatur. Omittimus alios diverſorum annorum tam in M. S. PETRI, quam S. BLASII a nobis inſpectos.

MONETÆ.

XXXVIII.

RVDOL. *phus* II. D. *ei* G. *ratia* RO. *manorum* IM. *perator* S. *emper* AV. *guſtus* GE. *rmaniæ* HV. *ngariæ* B. *ohemiæ* R. *ex.* S. MARIA Divinum puſionem dextra ſuſtinens, imago Patrona regni Hungariæ. De adpoſitis in umbone ſiglis K. & B. iam alibi diſſeruimus.

MONETA. NOVA. ANNO. DOMINI. 1594. Scutum quadripartitum, prima area *Hungariæ* tænias, altera Patriarchalem eiusdem crucem, tertia pardalina capita *Dalmatiæ*, & quarta leonem *Bohemicum* exhibet. Parmula media impreſſam habet faſciam Auſtriacam. LOCHN. *an.* 1742. I. *ducat. & G. C. Locul.* II. *tab.* IX. *num.* 57. *pag.* 137. *ſed de anno* 1591. *ex ar.*

XXXIX.

RVDOL. *phus* II. D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* I. *mperator* S. *emper* A. *uguſtus* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX. Imperator integra figura in pedes erectus, barbatus, cataphracta munitus, corona clauſa obtectus, ac gladio præcinctus, ſceptrum gerit dextra, ſiniſtra globum Imperii ſuſtinet. In imo intra pedes obſervantur duo clavi decuſſati cum ſtellula, monetarii haud dubie ſignum. Tab. XIV.

In poſtica continuantur tituli: ARCHID. *ux* AVS. *triæ* DV. *x* B. *urgundiæ* E. *t* SILESIAE. Scutum quadripartitum, aperta corona tectum, aurei velleris torque cinctum: area I. & IV. tænias *Hungaricas:* II. vero & III. leonem *Bohemicum* exhibet. Medio ipſi incumbit parmula, aquila *Sileſiaca* inſignis; quæ DEWERDECKIO locum dedit, habendi hunc nummum pro *Sileſiaco.* DEWERDECK. *p.* 112. *tab.* I. *n.* 12. *au.*

XL.

Anterior pars litteram nominis *Rudolphini* initialem maiuſculam coronatam, inter duo lauri ramos, notamque chronologicam 88. haud dubie de anno 1588. interpretandam, exhibet.

Poſterior autem ſcutum, galero Archiducali tectum, inſcripta aquila *Sileſiaca* refert. Inſcriptio utriusque partis Germanica, latine reddita ſic fluit: *Calculus actoris ſummarum Cameræ in Principatu Sileſiæ.* Confer dicta in MAXIMILIANO II. tab. IX. num. XLIV. pag. 67. *Id. ibid. num.* 13. *a.*

XLI.

Prior facies aquilam bicipitem expanſam & coronatam, cum parmula *Auſtriaca* in pectore, oſtendit.

Altera ſcutum quadripartitum coronatum, tæniasque *Hungaricas*, ac *Bohemiæ* leonem repetens,

Tab. XIV. petens, ob oculos ponit. Utriusque partis epigraphe Germanica latine sic sonat: *Romano-Cæsareæ Maiestatis, Archiducis Austriæ, calculus actoris summarum Cameræ Austriæ inferioris* 1605. *M. Imp. a.*

XLII.

Hic usualis nummus, ex gazis Aulæ Vindobonensis eductus, fere in omnibus convenit cum unciali num. XXXVII. depicto, cumque pondere tres non integras drachmas adæquet; sequitur, ut tertia pars uncialis, vulgo *thaleri* sit. Cuius est autem anno 1605. ut sub humero Imperatoris dextro videre est.

Alium, sed maioris ponderis, semunciæ nimirum, de anno 1603. in nummophylacio nostro habemus, a dictis uncialibus æque non multum abludentem. Is cum eleganter factus sit, atque insuper in adverso latere orbem laureum, qualem ad num. XXXVII. observavimus, præferat; dignus visus est, qui in supplementis nostris num. XII. compareret.

XLIII.

Caput Imperatoris laureatum, ad pectus, cum lorica & aureo vellere, nec non crispato collari, ad lævam conversum.

In postica duæ cruces patulæ, quarum minor maiori decussatim incumbit. In medio parmula sita est, aquila *Tyrolensi* inscripta. Epigraphe utriusque partis hæc est: RVDOL: *phus* II. D *ei* G: *ratia* RO: *manorum* IM: *perator* S: *emper* A *uguſtus* G: *ermaniæ* H. *ungariæ* B: *ohemiæ* REX: NEC NON ARCHIDVCES (*Auſtriæ*) D: *uces* B *urgundiæ* C *omites* T. *yrolis* 1603. Est hæc moneta ex eo genere, qui vulgo *crucigeri* dicti, sexaginta numero florenum Imperialem constituunt. *M. S. B. ar.* RUDOLPHUS II. IMP.

Reperitur alius eiusmodi in nummophylacio nostro cum his ipsis titulis, supra iam expositis, in *Alsatia* cusus, sed usu attritus; unde eius delineationem haud dedimus. Facile tamen adhuc conspicitur, quod adversa scutum *Alsatiæ*, aversa vero crucem simplicem exhibuerit.

XLIV.

RVDOL. *phus* II. D: *ei* G. *ratia* R. *omanorum* IM. *perator* S. *emper* AV. *guſtus* G *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX. Effigies Cæsaris fere ut num. XXX.

Sequuntur in aversa reliqui tituli: ARCHID. *ux* AVS: *triæ* D. *ux* BVR. *gundiæ* MA. *rchio* MO. *raviæ* 68. 1. Aquila *Imperialis* biceps expansa & coronata, dextra falcula gladium, sin. sceptrum tenet. Inferius numerus *ternarius*, valorem monetæ, trium videlicet crucigerorum indicans, visitur. In adversa litteram o seu orbiculum, perperam incisum fuisse existimamus. Sed numerus 68. 1. in epigraphe adversæ adpositus, explicatu difficilis est. Cæsar enim iam anno 1612. die X. Ian. Pragæ debitum naturæ solvit, eodemque anno ineunte Octobri iusta ei ibidem persoluta sunt. Neque enim dici potest, per numerum 68. 1. intelligi annum 1568. nam illa ætate RUDOLPHUS *Cæsaris* titulum, quo in

RUDOLPHUS II. IMP.

in hoc typo donatur, necdum adeptus erat. Error itaque in typum, vel in ipsam monetam, ex incuria artificum, irrepsit. *M. Imp. ar.*

Binos alios eiusmodi denarios seu grossos exhibent recens
a aperta *Grossorum scrinia* (a). Prior in antica effigiem Cæsaris armatam repræsentat, capite laureato, ad lævam conversо: epigraphe num. XLII. fere respondente: in postica vero crucem, in cuius quatuor angulis totidem parmulæ; nimirum *Tyrolensis*, *Austriaca*, *Burgundica*, leoque *Bohemicus*, ut nobis quidem videtur, & ex num. XXXV. præcedenti colligi potest, existunt. Epigraphe cum aversa num. mox antecedentis fere convenit, adiecto numero anni 1602.

Alterius antica cum priori in omnibus fere concordat, nisi quod nota numeralis 1603. sub effigie Cæsaris collocata sit. Postica eandem fere inscriptionem præfert, ubi tamen error in voce TIROLIS observatur. Tria scuta in decussim posita sunt, nimirum *Tyrolense*, *Austriacum* & *Burgundicum*, suppositо numero *ternario*, valorem monetæ indicante. Utriusque delineationem habes in supplementis nostris num. XIII. & XIV.

Tertius in supplemento II.
b eorundem scriniorum extat (b). Sed cum Bohemicus sit, eius delineationem, explicationemque Cl. D. a. ROSENTHAL relinquimus.

Pro coronide adducimus Tab. XIV. duos nummos civitatum, *Augustanæ* alterum, alterum *Goslarienſis*, cuius generis nummi, etsi ad hanc nummothecam proprie non pertineant: hos tamen depingendos curavimus; partim quod in gazis aulæ Vindobonensis reperti, prætereundi haud videbantur; partim quod summa diligentia elaborati, figuras præferant solito eminentiores.

XLV.

RVDOL. *phus* II. ROM. *anorum* IMP. *erator* SEMP. *er* AVG. *ustus*. Caput Cæsaris corona ornatum, ad humeros cum lorica, & collari crispato, siniſtrorsum respiciens.

In aversa clypeus civitatis Augustanæ consuetus, cum epigraphe: AVGVSTA. VINDELICORVM. 1582.

Hoc ipso anno RUDOLPHUS in hac Imperiali urbe comitia celebravit. *M. Imp. au.* I. *duc.*

XLVI.

RVDOLPH. *us* II. D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* IMP. *erator* S. *emper* A. *ugustus*. Protome Cæsaris armata & paludata, cum collari lato & denticulato, capite laureato ad lævam conversо.

CIVIT. *as* IMP. *erialis* GOSLARIA. Scutum galea coronata & caudis pavoninis fastigiatum, impressa illi aquila simplici, pansis alis: eiusdem Imperialis civitatis tessera. *Ibid. ar. ſicil. fuſ.*

ERNE-

(a) Suppl. I. tab. X. n. 118. & 119.

(b) Tab. XLIII. n. 26. pag. 705.

Tab. XIV.

ERNESTUS ARCHID. MAXIMILIANI II. IMP. FIL.

ERNESTUS ARCHIDUX

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

ERNESTUS Archidux Auſtriæ (1), MAXIMILIANI II. Imp. filius, Princeps belli pacisque artibus clarus, anno 1553. die xv. Iun. Vindobonæ natus eſt. Pueritiæ annis in Hiſpania actis, indeque anno 1571. redux, poſt patris obitum a RUDOLPHO fratre ſummam Imperii Romano-Germanici tenente, Auſtriacis provinciis adminiſtrator præficitur (2). Quo in munere cum ad annum uſque 1593. laudatiſſime verſatus eſſet, a PHILIPPO II. Hiſpaniarum Rege in Belgium vocatur, provinciis iis ut non præeſſet ſolum, ſed & Regis filiam ELISABETHAM matrimonio ſibi iungeret. Bruxellas itaque anno 1594. ineunte delatus, ſumma omnium gratulatione atque applauſu exceptus eſt (4). At cum ad eam ſpartam rite exornandam, pacem imprimis Belgio reducendam, nihil reliqui faceret, poſt unius anni ſpatium invida ac immatura morte, & deſtinatæ ſibi ſponſæ, & populo, quem iuſtitia & æquitate gubernabat, ereptus eſt (5).

Pro ſymbolo piam e ſacris litteris ſibi delegit ſententiam: SOLI DEO GLORIA (2-4.) qua & pietatem in Superos, & reliquas virtutes, quibus ſane multis & magnis pollebat, ſibi cordi eſſe oſtendebat. KHEVENHILLER *Portraits tom.* I. *p.* 94. ISTHUANFF. *lib.* XXVIII. *ineunte, alii.*

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. XIV.

ERNESTVS: ARCHID: *ux* AVSTRIAE. Caput Archiducis nudum ac barbatum, ad humeros, cum lorica & paludamento, nec non criſpato collari, dextrorſum reſpiciens.

Iconicus hic nummus ERNESTUM Archiducem iam barbatum ſiſtit, cum ſolo *Archiducis Auſtriæ* titulo. Eum itaque intra annum 1576. & 1584. cum annum ætatis circiter triceſimum iam expleviſſet, ſignatum putamus. Id enim cum oris ſpecies, tum vero alius quoque nummus, anno 1585 conflatus ſuadet; utpote in quo plures tituli comparent, cum ſymbolo, regnantium more iam aſſumto, ut ex ſequenti numiſmate patebit. *M. Imp. ar. ſicil. T. H. & V. L. tom.* I. *p.* 435.

II.

ERNESTVS. D *ei* G. *ratia* ARCHI. *dux* AVST. *riæ* D. *ux* BVRG. *un-*

ERNESTUS ARCHIDUX.

diæ CO*mes* TY*rolis.* Effigies ERNESTI armata cum insigni aurei velleris, capite nudo ad lævam converso.

In aversa galerus Archiducalis depingitur, cui subiecta parmula notam chronologicam 1585. præfert, addita in ambitu epigraphe : SOLI DEO. GLORIA (a). In imo autem figlæ iconographi, nobis incogniti : C. B. F.

a

Hac nimirum ætate Archidux provinciis Austriæ cis- & trans - Anasum cum potestate iam præerat : hinc in epigraphe adversæ plures leguntur tituli, & in aversa comparet symbolum seu apophthegma, quod piissimus Princeps ad vitæ finem usque retinuit.

Eodem hoc anno alius prodiit nummus, simili lemmate instructus, cui BANAGIA in suo catalogo MS. gazarum aulæ Vindobon. locum inter nummos primæ magnitudinis concedit. *M. Imp. ar. sicil. & in catal. Holl. p.* 34.

III.

ERNESTVS ARCHIDVX AVSTRIAE DVX BVR*gundiæ* COM: *es* TIR: *olis.* Assimilatur hæc effigies superiori. Differt tamen in eo, quod Archidux sinistram genam intuentibus offerat, aureumque vellus non a tænia, sed torque dependeat.

In postica duo rami, alter palmæ, lauri alter, inferne galero Archiducali, superne vero coronæ radiatæ decussatim immissi, coronam formant, cui inscriptum : SOLI DEO GLORIA. In imo nota chronologica 1586. inscripta est. Tab. XV.

Eodem apophthegmate usus est Princeps, cum Styriam, ac subinde Belgium administraret. *Ibid. ar. sicil.*

IV.

ERNEST. *us* D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX. AVST. *riæ* BELG. *icarum* PROVINC. *iarum* GVB. *ernator.* Protome Archiducis armata, adversa fronte ac nudo capite, nec non lato & crispato collari. Ab humero eius dextro fascia militaris oblique demittitur.

Pars posterior aversæ præcedenti respondet, omissa tamen nota chronologica, ramorumque altero in alterius locum transpositis.

ALEXANDRO *Farnesio* Parmæ & Placentiæ Duce, ac Belgii Præfecto, rebus humanis exempto, PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex, alterum substituendum ratus, ERNESTUM Archiducem deligit. Is igitur cura belli Hungarici MATHIÆ fratri relicta, itineri se committens, anno 1594. die XXX. Ianuarii Bruxellas frequenti nobilitate comitatus, solemni pompa ingressus, summa omnium gratulatione exceptus, arcubusque triumphalibus, theatralibus ludis, festisque pyris, aliisque publicæ lætitiæ testificationibus ornatus ac honoratus fuit. In eius rei memoriam hunc nummum percussum fuisse tradit LUCKIUS (b) & *Van* LOON (c), qui hunc eundem ex

b

c

(a) I. ad TIMOTH. I. 17.
(b) Syll. num. p. 344.
(c) Hist. metall. tom. I. p. 435. Add. ISTHUANFF. loc. supracit. quanquam ibid. non satis accuratus sit.

Tab. XIV. ex Bizoto adducit. *M. Imp. ex pl. fuſ.*

V.

Anterior facies loculum funebrem offert, abſque inſcriptione.

Poſterior ſcutum exhibet quadripartitum, pileo Archiducali faſtigiatum. A dextris in area numerus anni 1595. legitur, a ſiniſtris vero figura virilis ſtolata ac pileo tecta aſſiſtit, dextra ſcutum velut ſuſtentans, ſiniſtra ſtrophioli inſtar quid tenens, luctus gratia. Inferius bilanx, *Iuſtitiæ* ſymbolum, cernitur.

Non diu fruiti ſunt Catholici Belgæ tanto Principe. Poſt unius enim anni curriculum, cum nullum non moviſſet lapidem, ut fœderatas provincias ad pacis tractationem, obedientiamque Regis Hiſpani reduceret, febri correptus, die 11. Februarii, anno in nummo notato, e medio ſublatus eſt, non ſine ingenti luctu eorum, quos gubernandos ſuſceperat. ERNESTUS ARCHIDUX

Iuſtitiæ & *æquitatis* ſymbolo hic honoratur ERNESTUS, quod ea virtute, ut aliis multis, quas Illuſtr. KHEVENHILLERUS loco ſupra laudato, enumerat, cum primis eminens, populos ſibi concreditos ſecundum hanc normam rexerit. *V. L. loc. cit. p.* 449.

MATHIAS ROM. IMP.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

Tab. XV. ſeqq. MATHIAS, MAXIMILIANO II. patre, matre vero MARIA, CAROLI V. filia, Vindobonæ die XXIV. Febr. 1557. natus, a puero optimis moribus & diſciplinis, atque data etiam opera militari ſcientia imbutus fuit. MATHIAS ROM. IMP.

Adoleſcens unius & viginti annorum ab Ordinibus Belgii ad capeſſendam Rempublicam invitatus, inſcio ac invito fratre Cæſare, itineri, celeritate, quanta poterat maxima, ſeſe committens, *Antverpiæ* primum a WILHELMO *Arauſionenſi* Principe, die XIV. Novembris magnifice exceptus (2.) moxque initis, quas Ordines præſcribebant, conditionibus, non multo poſt *Bruxellas* ſplendiſſima pompa deductus (3.) GUBERNATOR ET CAPITANEUS GENERALIS BELGII (1. 4–6.) audiebat: SPE populo ingeſta (2. 3.) fore, ut alter velut PERSEUS ANDROMEDAM, id eſt, *Belgium* in libertatem vindicaturus ſit (4–7.). Sed brevi ſe deluſum videns, depoſita anno 1580. quam hucuſque titulo tenus ſuſtinebat, perſona (7. 8.): anno demum 1581. in Germaniam inglorius remeavit. Hic cum nihil reliqui faceret, ut fratris indignationem placaret, *Lincii* tamen ſubſiſtere, ibique vitam privatam, arctiſſimisque circumſcriptam limitibus, agere iuſſus eſt.

MATHIAS ROM. IMP.

At bello Turcas inter atque Imperatorem exorto, varios Tab. XV. ab anno 1594. in *Pannonia* expeditiones ſuſcepit (9--13.) SUPREMUS nimirum EXERCITUS BELLICI IN HVNGARIA INFERIORI DVX (12.) nec non GVBERNATOR ET SVPREMVS GENERALIS HVNGARORVM ET AVXILIARIORVM militum DVX ſalutatus. (13.)

Hanc dignitatem etſi fideliter atque ſatis ſtrenue geſſiſſet, ita, ut, hoſtibus mox cæſis, *Novigradum*, (9.) atque anno inſecuto *Strigonium* (12.) quoque eriperet: ea tamen nec conſtans, nec diuturna fuit. Ad hæc cum veteres cum fratre Imperatore ſimultates (10. 11.) publico etiam monumento ex poſt teſtatæ (21.) identidem recrudeſcerent: MATHIAS de fratre triumphaturus, conciliatis ſibi in conventu generali, *Poſonii* habito, Hungarorum Auſtriacorumque animis, id effecit, ut ab Ordinibus *Rex Hungariæ* proclamatus, atque eodem adhuc anno coronatus fuerit (14–16.) applaudentibus quoque aggratulantibusque Auſtriacis (17.). Quin hac minime contentus, mox etiam alteram fratri coronam extorſit; quippe qui anno inſequenti *Rex Bohemiæ* DESIGNATUS (18. 39. 40. 46.) anno demum 1611. die XXIII. Maii inſignia regni accepit (19–21.).


Duabus itaque ampliſſimorum regnorum coronis aucto, haud adeo difficile fuit, & tertiam (26.), eamque Cæſaream, quandoquidem pro hac potentiſſimum quemque deligere intereſt, obtinere. RUDOLPHO igitur de vita decedente, ab Electoribus, anno 1612. *Francofurti* congregatis, in Regem Romanorum ex Auguſtiſſima ſua gente undecimum numero (53.) die XIII. Iunii electus (26. 27. 31.) diadema XXIV. eiusdem menſis accepit, ſparſis populo aureis argenteisque nummis (28–30.), ac eadem dignitate etiam uxori, tertio poſt die, collata. (33.)

His ita peractis novus Imperator una cum coniuge per *Norimbergam* (52.) *Pragam* reverſus, non multo poſt, comitia in annum ſequentem *Ratisbonam* indixit, quo ipſe profectus (35.) de re monetaria ac bello Turcico tractavit: & cum primis de pace in Imperio tuenda, quam licet pro virili conſervare ſtudet, deinceps tamen in *Bohemia*, ob abolitionem *litterarum maieſtaticarum*, a Proteſtantibus, ut ut iisdem ſub initium regiminis PRAGÆ IN URBE VETERI (51.) templum ædificare permiſerit, ingentes motus ac turbæ excitatæ fuerunt, atque adeo tricennalis belli initium factum. Sed his non diu ſupervixit Imperator, ut qui anno inſequenti 1619. die XX. Martii, animam, cuius futura aut præmia aut pœnas in antea ſerio cogitaverat (36.) efflavit, Imperator laudabilior, quam felicior.

Uxorem duxit anno 1611. die IV. Decembris (24. 25.), cum iam annis eſſet provectior, ANNAM, FERDINANDI *Tyrolenſis*, ex ANNA CATHARINA *Mantuana* natam anno 1585. denatam anno 1618. XX. itidem Martii. Ex eo autem matrimonio cum nullam

MATTHIÆ. *Imp. nummi.* Tab. XV.


I.



II.



III.



IV.



V.



VI.



VII.



VIII.



IX.



X.



XI.



XI. b.



XII



XIII.



Petr Maÿ Del. et Sculpsit.

Monument. Austr. T. II. P. II. ad p. 109. P.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XV. nullam ſuſtuliſſet prolem, FERDINANDUM ex patruo nepotem adoptavit, quo de ſuo loco. MATHIAS ROM. IMP.

Symbolum ſibi: AMAT VICTORIA CVRAM in iuventute ex CATULLO delectum (1. 4--7.), factus ſupremus bellidux (9-- 11. 13.) immo ut Rex (22. 23.) & Imperator (36.) conſtanter ſervavit, ſed ſuffectis identidem nec inſcite nec ineleganter aliis atque aliis imaginibus.

Nummi eius unciales ab anno 1609. quibus adepta corona Hungarica *deſignatum* ſe *Regem Bohemiæ* ſcripſit (39. 40.) ordiuntur. Prodierunt ſubinde in utrisque regnis plures ad annum uſque emortualem (40 -- 45.), monetæ item aureæ (46--49.) impreſſis ut plurimum provinciarum inſignibus. Sunt tamen ubi S. WENCESLAUS nec non Beatiſſimæ Virginis MARIÆ icones exprimuntur. (48. 49.) *Vid. plura apud Illuſtr.* KHEVENHILLER. *Annal. Ferd.* STRUVIUM, *aliosque*

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. XV. MATHIAS. D*ei* G. *ratia* ARCH. *idux* AVST. *ria* GVB. *ernator* ET. CAP*itaneus* GEN *tralis* BELG*ii*. Effigies Archiducis armata ad medium pectus, iuvenili facie, cum paludamento & criſpo collari, capite nudato, ad lævam reſpiciente.

Averſa ſcutum ſiſtit quadripartitum & galero Archiducali tectum. I. quadrans inſignia *Hungariæ*. II. leonem *Bohemicum* præbet. III. quadrans in quatuor areolas diviſus, 1. *Caſtellæ*, 2. *Legionis*, 3. *Arragoniæ*, 4. *Siciliæ* teſſeras referunt. IV. quadrans iterum quadripartitus. 1. *Styriæ*, 2. *Carinthiæ*, 3. *Carnioliæ*, & 4. *Tyrolis* ſymbola referunt. Cuſpidi, baſi inſertæ, inſunt quinque aves, vetus, quod aiunt, *Auſtriæ* ſignum. Ipſa vero baſis hinc Punicum regni *Granatæ* malum, inde aquilam, forte ſymbolum regionis *ſupra Anaſum* exhibet. Parmulæ medio ſcuto ſuperimpoſitæ, a ſummo bipartitæ, impreſſa ſunt *Auſtriæ Burgundiæque* inſignia. Additur in ambitu hemiſtichium, ex CATULLO (a) mutuatum: AMAT VICTORIA. CVRAM. a

Tituli adverſi lateris ſic ſatis clare oſtendunt, qua occaſione hic nummus cuſus ſit. Cum enim IOANNES *ab Auſtria* a PHILIPPO II. Hiſpaniarum Rege Belgis Gubernator datus, ab Hollandis Zelandisque, tractationem Gandavenſem, Edictumque perpetuum (qua de re nonnulla alibi) eludentibus, iisque, quod novæ ſuæ ſectæ haud faverent, ſubſcribere renuentibus, apud Belgii Ordines ſuſpectus & exoſus redderetur, atque Principis *Arauſionenſis* artibus res eo deducta eſſet, ut ille ſe *Namurcum* in tutum recipere cogeretur: Ordines, conſultatione habita, MATHIAM Archiducem ad ſuſcipiendam hanc

(a) Carm. LXIII. v. 15.

MATHIAS ROM. IMP. a

præfecturam *Wienna* evocandum decernunt (a)

Eo igitur missi oratores cum, quod ambiebat ipse, facile persuasissent, noctu, quæ inter I. & II. Octobris labebatur, urbe, inscio RUDOLPHO fratre, egressum, in *Brabantiam* deducunt, ut ex *Van* LOON, loco mox allegando, discimus, qui hunc eundem quoque nummum affert; sed ubi Archidux secus ac in nostro, barbatus perperam depingitur, cum eo tempore primum & vicesimum ætatis annum nondum supergressus fuerit, nec in archetypo Wiennensi barbatus sistatur. Ponimus autem hunc nummum primo loco; propterea quod faciem Archiducis affabre scalptam sistit; cum contra sequentes duo, qui quodammodo præponi potuissent, nonnisi symbola referunt. *M. Imp. ar. sicilic. V. L. T.* I. *p.* 239. & 243.

II.

Adversa Archiducem, sub figuræ virilis nudæ schemate, quadrigis in nubibus vectum, repræsentat: dextra, qua flagrum tenet, equos incitans, sin. frena prehendens. Superius sol illucescit, & in ambitu additur epigraphe: SPEM. FERT. MATHIAS. 1577. 14. NO: *vembris.*

In aversa cometa cernitur lucens: infra regio cum ædibus quibusdam. Additur hemistichium: OFFENSI. NVMINIS. ASTRVM.

Duo nobis in memoriam revocat hic calculus. Alterum MATHIÆ iter *Antverpiam* usque, concernit, ubi a Principe *Arausionensi* (qui ei, ut vicario nomine moderaretur, additus est) Ordinibusque magnifica pompa susceptus, ac salutatus fuit. Annum & diem conservat nummus, emendatque Scriptores inter se dissidentes; quorum alii diem undecimum, alii primum & vicesimum eiusdem mensis, ac alii demum septimum & decimum Decembris perperam produnt, ut D. *Van* LOON iam animadvertit. Depingitur quoque Archidux equos, qua potest vi, impellens, ad denotandam itineris eius celeritatem; quippe quod ita maturavit, ut fugæ similius fuerit, opinoneque celerius in *Belgium* advenerit (b). Tab. XV. b

Alterum ad cometen spectat, tribus ante diebus, quam Archidux *Antverpiam* intraverat, undecimo nempe Novembris in cœlis visum, atque ad finem usque hyemis lucentem, quem signum in cœlo elatum, ut STRADA loquitur (c), proni iam ad bellum animi credebant. Ergo SPEI quoque testis est nummus, quam Belgæ in accelerato MATHIÆ adventu positam habuere, fore ut, quam *Numen offensum* minitabatur patriæ ruinam, hæc eius ope & auxilio declinaretur. *V. L. l. c. p.* 239. c

III.

Idem hic symbolum, quod in antecedenti calculo, offertur; abest tamen superne solis imago, ac quadrigarius flagro suo

(a) STRADA de bell. Belg lib. IX.
(b) Idem l. c. p. 303. *Van* LOON l. c.
(c) Ibid. p. m. 316.

Tab. XV. ſuo privatus, equos haud amplius urget.

Poſt epigraphen quoque nota temporis omiſſa: at in averſa additur numerus anni 1578. & in area plures, quam in priori ædes turresque, id eſt, urbis ſchema, cernuntur.

Perſeverabat cometes etiam hoc anno, ut diximus, nec ſpes de Archiduce concepta quicquam diminuebatur, quin augebatur potius, cum conditiones ab Ordinibus propoſitas, legesque, ſecundum quas iidem regi petebant, ut ut difficiles & ſalebroſas, ſubſcripſiſſet. Quare ad eundem *Bruxellis* ſuſcipiendum, ingentes fiunt apparatus, quam etiam urbem XVIII. Ianuarii maxima pompa ingreſſus
a fuit (a), cuius rei memoria præſenti, ut nobis quidem videtur, nummo conſervata eſt; quippe ubi Archidux curru ſublimis velut lento gradu in urbem, quæ ex altera parte depicta eſt, ingreditur. *Id. Ibid.*

IV.

MATTHIAS D. *ei* G. *ratia* ARCHI. *dux* AVST. *riæ* D. *ux* BVRG. *undiæ* CO. *mes* TY. *rolis* ZC. (& *cetera*) GVBER. *nator* Z (&) CAP. *itaneus* GRL. (*Generalis*) BELG *ii*. Protome MATHIÆ armata, collari & pallio ornata, aperto capite, brevibus criſpisque capillis, ad ſiniſtram converſa: & in imo æra Chriſtina 1578.

In poſtica figura muliebris nuda, ſcopulo, ex mari ſurgenti, catenis alligata cernitur. Eam verſus monſtrum marinum emergit, cui vir iuvenis galeatus alatis pedibus advolans, ſiniſtra ſcutum, capite MEDUSÆ conſpicuum, tenens, dextra ſtricto gladio, quaſi feriens, ictu beſtiæ mortem minitatur. Additur ſuetum Archiducis ſymbolum num. I. iam viſum: AMAT VICTORIA CVRAM. MATHIAS ROM. IMP.

Argumentum ex mythologia petitum, de nota illa liberatione ANDROMEDÆ a PERSEO, ope capitis MEDUSÆ, facta, quam Belgæ ob adventum Archiducis, honoris an adulationis cauſſa applicant, ad recitatum illud lemma MATHIÆ: *amat victoria curam*: comparando nimirum Belgium ANDROMEDÆ, Archiducem vero PERSEO liberatori. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.*

V.

Effigies æque ac tituli præcedenti nummo maximam partem reſpondent. At adverſæ huic duæ averſæ iunctæ fuerunt, idem quidem lemma ſervantes, ſed non iisdem imaginibus exaratæ.

Prior illarum liberationem, ANDROMEDÆ a PERSEO præſtitam, denuo oſtendit, at forma, ut videtur, pro more inverſa, quanquam, quod D. *Van* LOON ſuum ectypon, aliunde, ut credibile eſt, deſumptum, eodem modo exhibeat, chalcographus LUCKII hic ab errore abſolvendus videatur.

Altera exhibet coronam alatam, in ſummitate proclivis ſcopuli collocatam, innuens, quanta

(a) *Van* LOON l. c. p. 240. & 242.

MATHIAS ROM. IMP.

quanta *Victoria* difficultate obtineatur, quamque ea ipsa, seu eius præmium, corona laurea, facile ad hostes avolet, ubi eidem non summa cum *cura* invigiletur.

Hanc posticam honoribus MATHIÆ oblatam fuisse, cum ei Pannonici cura belli a Cæsare demandata fuit, somniat LUCKIUS; nam hoc demum contigit, anno 1594. quo tempore, immo longe antea, Archidux noster titulos *Gubernatoris & Capitanei Generalis Belgii* iam deposuerat. Neque etiam cum D. *Van* LOON omni ex parte faciendum, qui ambos hos nummos anno 1578. quo Archidux die XVIII. Ianuarii *Bruxellas* ingressus est, cusos existimat. Barba enim, in illius præsertim ectypis, prominentior, aliud suadere videtur. Vix enim credibile est, quod hæc eidem, utpote adolescenti, a quarto decimo Novembris, quo *Antverpiæ* primum salutatus, atque, ut nummi primo & quarto numero producti, ostendunt, adhuc imberbis fuit, ad Ianuarium usque anni insequentis barba ita succreverit. Certum itaque est, nummos hosce signatos fuisse, dum Archidux in Belgio degebat, sed incertum an sub initium susceptæ gubernationis, an vero serius? quod ultimum tamen verosimilius videtur. LUCK. *p.* 271. *V. L. l. c. p.* 243. *sed formis aliquanto maioribus.*

VI.

Protome Archiducis armata, fere ut num. I. in epigraphe tamen additi sunt tituli, ut num. IV. puta: *Ducis Burgundiæ & Comitis Tyrolis.* Æra quoque Christiana hic subter axillam legitur 1579. in typo D. *Van* LOON neglecta. Tab. XV.

Postica assimilatur aversis num. IV. & V. liberationem ANDROMEDÆ denuo exhibens, cum sueto illo lemmate: AMAT VICTORIA CVRAM. de quo supra a nobis actum.

Ex æra, sub humero Archiducis incisa, confirmantur dicta ad numerum præcedentem; cum Archidux in hoc nummo ætatis haud provectioris, quam in superiori representari videatur. *M. Imp. ar. sicilic. & V. L. l. c.*

VII.

MATTHIAS. D. *ei* G. *ratia* ARCHI. *dux* AVST. *riæ* D. *ux* BVRG*undiæ* CO. *mes* TY. *rolis.* Protome MATHIÆ armata, nudo capite & absque collari, veteri Romanorum more. In imo æra Christiana legitur: ANNO 1581.

Aversa novo typo nummario iterum ANDROMEDÆ figuram exhibet, cum lemmate sæpius recitato.

Etsi aversum huius numismatis latus, fabulam de ANDROMEDA & PERSEO, qua sub imagine Archiducem, ut liberatorem *Belgii*, representari supra diximus, intuentium oculis adhucdum subiiciat: ex omissis tamen *Gubernatoris & Capitanei Generalis* titulis, adiectaque nota chronologica, facile patet, illud post abdicationem MATHIÆ signatum fuisse. Hæc enim facta est anno

supe-

Tab. XV. 2 ſuperiori 1580. die XXIX. Decembris (a), cum pridem ſe deluſum animadvertens, iam antea menſe Iunio, Ordinibus per epiſtolam adminiſtrationis ſuæ b nuntium remiſiſſet (b); offenſus nimirum, nec immerito, quod hi ALENCONIUM e Gallia, ad ſuſcipiendam perſonatam hanc adminiſtrationem evocare conſtituiſſent: renuntiata etiam PHILIPPO fide & obedientia. Nihilominus cum Archidux ad uſque annum ſubſecutum in *Belgio* hæſerit, valde credibile eſt: nummum ſub id tempus ibidem ſignatum, eiusque honoribus tributum fuiſſe ab iis, qui Principem adhuc colebant: id quod etiam aſſerit *V. L. l. c. p.* 294.

VIII.

MATHIAS ARCHIDVX AVSTRIÆ: Z (*cetera*). Protome MATHIÆ armata, fere ut num. v. ſed facies hic maiori iam myſtace eſt inſtructa.

Poſtica per omnia ſimilis ſecundæ averſæ num. v.

Differt itaque hic nummus a numero v. ſola titulorum varietate, videturque, Archiduce adhuc in *Belgio* commorante, ſignatus. Nam inde in *Germaniam* redux, tantum abeſt, ut nummis exceptus honoratusque ſit, ut fratris iram atque indignationem, ceu mox dicemus, longo tempore ferre debuerit. *M. Imp. ar. pond. ſeſcunc. fuſ.*

IX.

MATHIAS D: *ei* G: *ratia* ARCHID *ux* AVST: *riæ* DVX BVR: *gundiæ* COM: *es* TYR *olis*. Protome MATHIÆ armata, collari criſpato, nec non torque aurei velleris ornata, nudo capite, & facie, inſtructa myſtace maiori, ſiniſtrorſum verſa. MATHIAS ROM. IMP.

AMAT. VICTORIA. CVRAM. Grus avis dextro pede clypeo Turcico, lunula nempe ſemiplena & ſolis ſimulacro inſigni, inſiſtit: ſiniſtra ungula lapidem tenet, circumiacentibus tropæis Turcicis: inter quæ vexillum comparet, cui inſcripta eſt æra 1597. In receſſu obſervatur regio, caſtello montano conſpicua.

MATHIAS ex *Belgio* redux, iram fratris RUDOLPHI, quam ob Præfecturam illam, præpoſtero atque immaturo conſilio ſuſceptam, in ſe concitaſſe non ignorabat; illam cum matris Imperatricis opera, omni ſtudio placare conaretur: veniam quidem ſed ægre atque ea conditione impetravit, ut *Lincii* ſubſiſtere ac commorari iuſſus, adeo limitata in omnibus poteſtate uteretur, ut vel hortulanum ſine præſcitu aut iniuſſu Cæſaris dimittere aut ſuſcipere non auderet (c). Cumque anno 1587. Poloni Regem ſibi ex Archiducibus peterent, prælatus eſt frater eius MAXIMILIANUS, ut alibi videbimus. At vero indignatione Cæſaris paullatim, aut in ſpeciem, aut revera non nihil remiſſa, aut, ut ne otio penitus torperet Princeps, eidem anno demum 1594. ſummum belli Pannonici imperium defertur. Eo igitur munere auctus, capto primo vere feliciter *Novigrado*, cæſisque ad *Zol-* c

(a) STRADA Dec. II. lib. IV. p. m. 478. in marg.

(b) KHEVENHILLER. Annal. Ferd. T. I. col. 167.

(c) Ibid. col. 191.

MATHIAS ROM. IMP.

nocum Turcis, *Strigonium* haud pari felicitate adgreſſus: ea tamen anno inſequenti, cum extincto in caſtris MANSFELDIO, ad eandem proſequendam obſidionem cum ſumma poteſtate denuo miſſus eſſet, feliciter potitus eſt.

In huius belli memoriam cuſum eſt hoc numiſma, quanquam anno primum 1597. ut numerus, vexillo impreſſus, docet; quemadmodum alii ſequioribus annis ob eandem memoriam ſignati fuerunt. Porro eodem hic lemmate utitur Archidux, quod factus *Belgii* Præfectus aſſumpſerat, ſed non iisdem imaginibus: ſubſtituto nimirum in ANDROMEDÆ locum, *grue*, armis inſiſtente: nec ineleganter ſane; obſervantibus quippe de id genus avibus hiſtoriæ naturalis Scriptoribus, quod ubi congregantur, noctu cuſtodias, haud ſecus ac in bene conſtituto exercitu, diſponant: quæ ad ſuperandum ſomnum, uni inſiſtentes cruri, altero adducto, lapidem tenere debeant.

An arx rupi impoſita *Novogradienſis*, an vero *Strigonienſis*, aut demum *Vicegradienſis* ſit? quam Archidux una cum *Vacia* eodem anno recepit, difficulter dignoſcitur; cum omnes in editiori loco ſitæ ſint. Veriſimilius tamen *Vicegradum* eſt, quam in editiſſimo munitiſſimoque loco ſitam eſſe, ISTHUANFFIUS teſtatur (a). *M. Imp. ar. deaur. pond. ſeſcunc.*

a

X.

MATHIAS. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Effigies MATHIÆ obverſa fronte, inoperto capite, & brevibus capillis, cataphracti ac collari criſpo ornati. Tab. XV.

Adverſæ huic iunctæ ſunt duæ averſæ, ambæ cum illa epigraphe: AMAT. VICTORIA. CVRAM.

In area prioris ſpectatur armorum, in formam tropæi compoſitorum, congeries, in quorum medio truncus erectus, cui clypeus, picturis ornatus, appenſus: aſſidentibus eidem duabus figuris nudis, quas LUCKIUS nymphas eſſe putat; cum haud dubie duo captivi ſint. Faſtigio denuo grus impoſita, falcula tenens lapidem, ſed roſtro, dormitantis aut dormientis in modum, ſub alas retracto.

In altero duæ VICTORIÆ alatæ, ſimilem clypeum ad medium palmæ ſtemma, in cuius culmine eadem avis cernitur, ſublatum ſuſtinent.

LUCKIUS hæc numiſmata ad annum 1598. reponit, quo comitiis Imperii Ratisbonæ celebratis, de ferendis contra Turcam auxiliis, ſubſidiisque pecuniarum, actum fuit. Verum in aprico eſt, ſymbola in utrisque averſis conſignata, victorias de Turcis reportatas denotare. Hæc enim pluribus nummis celebravit; non tam, quod quidem videtur, ut eas æternitati conſecraret, quam ut RUDOLPHO fratri, quocum antiquæ ſimultates itentidem redibant, ſua in eo bello ſervitia revocaret in memoriam, ac tantum non exprobraret ingratitudinem; cum ſe neglecto, aliis ſummam Imperii

(a) Lib. xxix. p. m. 408.

Tab. XV. perii deferri cerneret. Nam anno 1594. *Supremus generalis* conſtitutus, anno ſtatim inſequenti MANSFELDIO cedere coactus, eoque extincto, primum in priorem dignitatem reſtitutus fuit. Anno deinde 1596. MAXIMILIANO fratri exercitum iterum tradere iuſſus eſt, eidem etiam ſequentibus annis in Im-
a perio poſthabitus (a). Denique grus in dormientis ſpeciem repræſentata, ad neglectum Principis adludere videtur; quaſi qui cura belli exemptus, tanto iam vigilantiæ ſtudio opus non habeat. LUCK. *p.* 368.

XI.

MATHIAS. D. *ei* G. *ratia* ARCHID. *ux* AV. *ſtriæ* D. *ux* B. *urgundiæ* C. *omes* TIR. *olis*. Effigies Principis ut num. IX. maioris tamen moduli, & ſub brachio eius dextro ſegmentato præter nomen artificis, PETER. F. *ecit*, numeri quoque Arabici 99. annum haud dubie, quo nummus cuſus eſt, indicantes, legendi: a Cl. KOEHLERO, qui eundem ante nos edidit, ob eorundem obſcuritatem non animadverſi.

Ex altera parte grus, armis inſiſtens, cum ſolito lemmate denuo exhibetur. In receſſu arcis haud ſecus, ac citato num. IX. nec non urbis munitæ conſpectus cernitur. Notatu porro dignum eſt, hoc loco in clypeo oblongo, ſeu ſcuto, dictum alitem conſiſtere, cui aquila *Imperialis* biceps coronata inſcripta eſt.

Etſi hoc anno MATHIAS nihil admodum contra Turcas geſſerit, immo nec in expeditionem iverit, atque anno etiam præcedenti *Budam* fruſtra oppugnaverit; non eſt tamen dubium, quin præſens numiſma ob geſta eius contra Turcas percuſſum fuerit. Quo circa id cum primis etiam advertit laudatus KOEHLERUS: quod avis ſcuto Cæſareo inſiſtat, qua quidem exhibitione id confirmari videtur, quod ad nummos proxime antecedentes dictum eſt. Idem Celeb. nummorum Myſta locum ex ISTHUANFFIO laudat, quem ita comparatum, iisque verbis conceptum ait, ac ſi auctor nummum hunc ſuos ipſius ante oculos habuiſſet. Hunc cum non præſentem ſolum, ſed reliquos etiam, hic depictos, illuſtrare poſſit, etiam huc transſcribere viſum eſt. MATHIAS, inquit ISTHUANFFIUS, *ſuſcepta Pannonici exercitus* CURA, *poſtquam bellum cum Turcis contractum, indies magis ac magis exarſiſſet, nihil antiquius habuit, quam* VICTORIAS, *toties & tam feliciter partas*, VIRTUTE & INDUSTRIA *ſua proſequi; ac prius quam hoſtium vires, ut fama ferebat, in Græcia & ultramarinis Aſiæ partibus colligi iuſſæ, adventarent, ardua quæque & difficilia, quod illa eſſent tum decora, tum plena laudis militiæ exercitamenta, primo quoque tempore experiri.* KOEHL. *P.* III. *pag.* 377. MATHIAS ROM IMP.

XI. b.

Adverſa cum præcedenti, excepta magnitudine, in omnibus convenit, unde ab eius delinea-

(a) ISTHUANFF. lib. XXVIII. ſeqq.

tione

MATHIAS ROM. IMP.

tione ſuperſederi poſſe putavimus.

In averſa grus iterum cum lapide in dextra falcula, ſuper mare volitans, apparet, etſi eidem quatuor venti cardinales, quibus omni ex parte petitur, ingenti impedimento eſſe videantur. Repetitur in ambitu ſuetum lemma.

Videtur hoc ſymbolo innuere Archidux: quod tantis licet inſectationum ventis procellisque agitatus, tandem aliquando perrupturum, ac in tutiora evaſurum ſe, non deſperet. *M-Imp.*

XII.

MATTHIAS. D. *ei* G. *ratia* ARCHID. *ux* AVST. *ria* ETC. *etera* SVPR. *emus* EXERC. *itus* BEL. *lici* IN. HVN. *garia* INFER. *iori* DVX. Archidux totus cataphractus, amictuHungarico indutus, mitra criſtata opertus, tæniaque militari & criſpo collari ornatus, dextra parazonium, Imperantium inſigne, ſiniſtra frenum tenens, a dextris ſiniſtrorſum equo phalerato vehitur. In exergo inter duas ſtellas, ornatus gratia appoſitas, vocabulum MILITEMVS, velut teſſera militaris, unacum nota chronologica 1601. legitur. Subtus equum ſiglæ cælatoris M. S.

Averſa ſchema munitæ urbis & arcis *Strigonienſis* cum apparatu bellico obſidionali exhibet, & infra in ſegmento legere eſt: STRIG. *onium* CAP. *tum* AN. *no* 1595. SEP: *tembris die* 2.

Facile apparet, partes huius nummi ſingulas non uno eodemque tempore fabrefactas fuiſſe; quin in gazis aulæ Vindobonenſis hæc ipſa pars adverſa cum numero anni 1606. reperitur, & Cl. KOEHLERUS (a) alium quoque huic ſimilem laudat, atque ſic deſcribit: Adverſa, ait, Archiducem equo vectum exhibet, cum epigraphe: MATHIAS: D. G. ARCHID. AVSTR. SVPER. EXERC. BELL. IN HVNG. In averſa vero caſtra cum lemmate: MILITEMVS. 1601. Sed hunc videre non contigit. Tab. XV. 2


Unius autem eiusdemque argumenti utrumque horum nummorum eſſe, atque ad expeditionem, anno 1601. contra Turcas in Hungaria ſuſceptam, pertinere: quamvis D. LOCHNERUS ſeſe difficilius expediat, indubium eſt. Etſi enim MATHIAS ſub initium expeditionis profectus haud ſit, totam tamen belli molem atque curam ipſi a Cæſare impoſitam fuiſſe, cum ex nummo, tum ex eo intelligitur: quod ipſe Vindobonæ commoratus, non ſolum auxilia, ſed & Imperia ſubmiſerit. Unde cum FERDINANDUS in obſidione *Caniſiana* hærens, auxilia poſtulaſſet, MATHIAS ſex peditum, equitumque vero duo millia miſit, atque ipſe ad XIV. Novembris diem in caſtra venit; ſcilicet, ut rebus FERDINANDI inclinantibus præſens ipſe facilius mederetur (b). Similiter, ubi MERCURIANO *Alba Regali* potito, HASANEM ad reparandam eam iacturam cum exercitu adventare cognitum fuit: MATHIAS cum ſuo Prætoriano comitatu b

(a) M.B.L. P. III. p. 383.

(b) ISTHUANFF. lib. XXXII. p. m. 477.

MATTHIÆ. Imp. nummi. Tab. XVI.

XIV.



XV.



XVI.




XVII.



XVIII.



XIX.



XX.



XXI.



XXII



XXIII.



XXIV.





XXV.



XXVI.



XXVII.



XXVIII



XXIX



XXX.



XXXI.



XXXII.



XXXIII



XXXIV.



XXXV.



XXXVI.



Monument. Austr. T. II. P. II. Petr Major Del: et Sculpsit. ad p. 117. Q.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XV. mitatu & equitibus Germanis, quos tum *Nigros* vocabant, eidem *ſuppetias laturus*, *Albam contendit*, *ac maiori*, *qua potuit*, *celeritate urbem muniri*, *& res bello neceſſarias importari iuſſit* a (a): quæ ſingula ſummam MATHIÆ belli curam atque Imperium incubuiſſe demonſtrant. Quin & eius ductu & Imperio dictus HASANES prope *Albam* unacum exercitu cæſus, occubuit. Ergo huiusmodi nummis MATHIAS pro *honorariis*, ſeu *donativis* uſus videtur.

Quod vero ad averſam partem attinet, ea capti a MATHIA anno 1595. *Strigonii* memoriam conſervat: qua de re iam ad num. IX. huius tabulæ, ac ſupra in RUDOLPHO, tab. XII. num. XI. dictum.

Adverſam partem BANAGIA quoque in ſuo catalogo MS. muſei Imperialis, inter nummos primæ magnitudinis, recenſuit: ſed ſilentio prætermittit, an nota chronologica ſignata fuerit, nec ne. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc.* I. *dr.* LOCHN. *an.* 1723. *p.* 193.

XIII.

MATTHIAS D. *ei* G. *ratia* ARCH. *idux* AV. *ſtriæ* DVX BVR. *gundiæ* STI. *riæ* CA. *rinthiæ* CAR. *niolæ* ET VVIR. *tenbergiæ* CO. *mes* HAB. *sburgi* ET TIR. *olis* GVB. *ernator* ET SVP. *remus* GEN. *eralis* HV. *ngariæ* ET AV. *xiliariorum* (*militum*) DVX. Protome MATHIÆ armata, & teſſera aurei velleris, nec non criſpo focali ornata, capite nudato, ſiniſtrorſum verſo.

In averſa parazonium, medium inter tropæa erectum, ac duobus palmæ ramis, ad modum caducei, cinctum eſt: a dextris ſuper arma adſtat grus, ungula ſiniſtra lapidem tenens, ad lævam pyramis, adiecto ſueto Principis lemmate: AMAT VICTORIA CVRAM. MATHIAS ROM. IMP.

Argumentum inſignis huius numiſmatis ex præcedenti petendum; quippe in cuius adverſa iidem honorum tituli, averſa pariter haud diſconveniente: *M. Imp. a. fuſ.*

XIV.

In priori latere monogramma nominis MATHIÆ cernimus, ſuperimpoſita corona regia, & inferius numerum II.; nempe, quod is poſt MATHIAM *Corvinum*, *ſecundus* hoc nomine in Hungaria Rex imperaverit. Tab. XVI.

Poſterior pars hanc inſcriptionem, quinque lineis abſolutam, continet: CORONATVS HVNGARIÆ. REX. M D C VIII. Utrumque nummi latus laurea marginatum eſt.

Hoc nimirum anno Hungariæ & Auſtriæ Ordines, Imperii Cæſaris RUDOLPHI eiusque aulæ adminiſtrorum pertæſi, mutuo ſeſe fœdere obligarunt, ut non niſi MATHIÆ Imperio parerent; quare Hungari in comitiis, *Poſonii*, menſe Ianuario, celebratis, eundem ſibi Regem elegerunt. Interventu dein Papæ & Electorum convenit, ut Cæſar regnum Hungariæ atque Auſtriam omnem, certis conditionibus pactis, MA-

(a) Ibid. p. 478.

MATHIAS ROM. IMP.

THIÆ cedat. Quamobrem regni *Hungarici* insignia in castra MATHIÆ delata, ipseque *Posonii*, die XIX. Novembris, ritu solemni coronatus fuit.

Eius rei memoriam conservat hic nummus missilis. Aurea enim atque argentea numismata sub coronationis actum sparsa fuisse testatur Illustr. Comes KHEVENHILLER, qui hæc omnia fusius prosequitur (a). *M. Imp. au.* 4. *duc. & G. C. locul.* 2. *tab.* IX. *n.* 76. *p.* 137.

a

XV.

MATTHIAS. II. D. *ei* G. *ratia* REX. HVNGARIÆ ETC. *etera.* Effigies Regis armata cum paludamento, crispo collari, & corona in capite, sinistrorsum versa. In imo cælatoris M. s. siglæ.

Aversa, epigraphe destituta, decem omnino scuta complectitur. Medium, illudque maius & orbi inclusum, bipartitum: hinc tænias, inde crucem Patriarchalem, quæ notæ sunt regni *Hungarici* tesseræ, præsefert. Reliqua novem in peripheria formam cordis habent, & ligamine invicem nectuntur. Continentur iis regnorum ac provinciarum, ad Hungariam attinentium, insignia, ac cuique scuto præfixa est littera initialis nominis regni, cuius continet symbolum.

Primum eorum, quod ad latus nummi sinistrum superius conspicitur, *Dalmatiæ* pardalina capita offert, cum adposita littera D. Sequitur alterum in linea descendente ad idem latus, quod tessellatam *Croatiæ* aream præbet, addita littera C. Cetera sequuntur hoc ordine: *sclavoniæ*, B. *ossiæ*, *servіæ*, G *alliciæ* L *odomeriæ*, C *umaniæ* B *ulgariæ* insignia, quorum delineationes & animadversiones ad singula dedimus tom. I. tab. XVI. pag. 90. seqq. Tab. XVI.

Argumentum nummi patet ex dictis ad numerum præcedentem. *M. Imp. au.* 7. *duc. M. S. B. ar. deaur. fus.*

XVI.

MATTHIAS. II. REX. HVNGARIÆ. CORONATVS. M D C VIII. Protome Regis fere ut numero præcedenti.

In aversa figura muliebris stolata, adverso corpore, in regione, floribus consita, stans: palmæ ramum dextra, sinistra cornucopiæ tenet, capite spicea, ut videtur, corona redimito, & sinistrorsum verso. Pro pedibus eius corona laurea iacet, & in ambitu epigraphe, ex *psal.* CXXI. 6. desumpta legitur: ABVNDANTIA. DILIGENTIBVS: TE:

Hoc schemate, quo fere etiam *abundantiam* designabant antiqui, Hungari rerum copiam, ac bona quæque a novo Rege exspetanda esse testatum volunt: cumque nummus aliquanto crassior sit, quam missiles esse solent, dubium remanet, utrum & ipse sub coronationis solemnia, ututcetera conveniant, in populum missus fuerit? *M. Imp. ar. pond.* I. *dr. M. S. B. æ.*

XVII.

Adversa convenit cum præcedenti: sed hic maioris est moduli,

(a) Annal. FERD. tom. VII. ad an. 1608. ubi de nummis populo sparsis col. 28. & 29. agitur.

Tab. XVI. duli, & in ſegmento conſpiciuntur artificis C *hriſtiani* M *ahler* ſiglæ.

Averſa inſcriptionem, ſeptem lineis exaratam complecti. tur, cui ornatus gratia ſuperimpoſita eſt corona laurea, duobus palmæ ramis in decuſſim innexa: MEMORIÆ ERGO: CIVITATES ET OPPIDANI. INFERIORIS AVSTRIÆ. PROPRYS SVIS. SVMPTIBVS. FIERI FECERVNT.

De peracta feliciter MATHIÆ coronatione Hungarica Auſtriaci quoque gaudium ac voluptatem capiebant; quod eidem ſimul hac ſummam in provincias Auſtriacas poteſtatem ceſſam ſcirent: caput quippe Domus Auſtriacæ iam declaratus erat, uti ſupra ad num. XIV. animadvertimus. Quare non dubitarunt *civitates & oppidani Inferioris Auſtriæ* conceptam lætitiam novo Regi ac Principi ſuo publico hocce monimento teſtari. *M. Imp. au. 4. duc.*

XVIII.

MATTHIAS II. D: *ei* G: *ratia* REX HVN: *gariæ* DESIG: *natus* IN REG: *em* BOHE: *miæ.* Protome Regis in veſte Hungarica, cum torque aurei velleris, capite caliptra criſtata operto & ad ſiniſtram converſo.

In averſa Rex phalerato & criſtato equo inſidens, gladium vibrat, capite corona radiata redimito & ſiniſtrorſum verſo. In receſſu ſchema urbis, appropiante eidem exercitu. Additur in ambitu epigraphe CAELESTI NVMINE. SVRGO. In umbone ad latus dextrum & in exergo ſiglæ cælatoris obſervantur: C. *hriſtianus* M. *ahler* C. *um* PRI. *vilegio* C. *æſareo.* MATHIAS ROM. IMP.

Præſens hic nummus totius tragœdiæ, qua ſibi MATHIAS regnum Hungariæ atque ius ad regnum quoque Bohemiæ, ſi RUDOLPHUS diem ſine liberis obiret, acquiſivit, memoriam ac initium continet. Cum enim admoto ad urbem Pragenſem exercitu, quod in averſa cernitur, priorem ſibi coronam poſtularet, inter cetera cum RUDOLPHO eo etiam conventum eſt: ut Archidux titulo *deſignati Regis Bohemiæ* uteretur (a). Ergo nummus primos aſſultus atque vim, qua fratri coronam Hungaricam extorſit, exhibet: licet forte poſt coronationem eius in Regem Hungariæ cuſus; cum alioquin *electi Hungariæ Regis* titulus adhibendus fuiſſe videatur. Utitur autem haud incongruo lemmate; cum ipſum momentum illud temporis fuerit, quo MATHIAS *ſurgere*, id eſt altiores dignitatum gradus aſcendere occœpit. *M. Imp. ar. ſicilic. & M. S. I. Vindobon.*

XIX.

Prior pars cum num. XIV. convenit, niſi quod hoc loco ſub corona duo palmæ rami decuſſati conſpiciantur.

Poſterior hanc inſcriptionem coronæ laureæ, quæ & in priori latere cernitur, incluſam, atque ſex lineis abſolutam, complectitur: CORONAT: *us* BOHEMIÆ REX. 1611.

MATHIAS *deſignati Bohemiæ Regis* titulo non contentus, coronam ipſam, etiamnum vivente RUDOLPHO,

(a) Id loc. cit. col. 12.

MATHIAS ROM. IMP.

RUDOLPHO, capiti ſuo imponi cupiebat: quod & feliciter cum vi, tum Ordinum Bohemicorum aſſenſu & auxilio conſecutus eſt. Is pacta anno 1610. intercedente FERDINANDO Archiduce & Electoribus, cum Imperatore concluſa, inſuper habens, anno inſequente *Pragam* cum decem & octo millibns armatorum contendit, ubi XX. Martii ſolemni pompa ingreſſus, confirmatis atque auctis Ordinum privilegiis, iisque a Sacramento, Imperatori præſtito, ſolutis, XXIII. Maii ſolemni ritu coronatus fuit; qua occaſione præſens hic nummus in auro & argento haud dubie ſparſus fuit. (a) *M. Imp. & S. B. ar.* ½.

a

XX.

Adverſa, epigraphe deſtituta, ſiſtit MATHIÆ imaginem pectore tenus efformatam, & ſerto laureo circumdatam, in amictu Hungarico, cum torque aurei velleris, capite caliptra criſtata operto, & ad ſiniſtram verſo.

Peripheriam poſticæ ornat ſertum laureum: aream vero ſuperiorem implet corona clauſa, cum duobus palmæ ramis transverſis: mediam & infimam inſcriptio, ſex lineis concepta: MATTHIAS II. D. *ei* G. *ratia* HVNG. *ariæ* REX CORONAT. *us* IN REGEM BOHEMIÆ AN. *no* 1611. DIE 23 MAII.

Congiarium eſt, occaſione coronationis Bohemicæ diſtributum. *M. Imp. au.* 2. *duc. G. C. Suppl.* II. *tab.* XLIII. *n.* 63. *p.* 705.

(a) KHEVENHILLER. l. c. ad an. 1611.
(b) LUC. 1. 71.

XXI.

Tab. XVI.

Adverſa in omnibus convenit cum averſa præcedentis nummi.

Poſtica ciconiam exhibet, roſtro ſerpentem enecantem ac deglutientem, addita epigraphe ex ſacris litteris deprompta: SALVTEM EX INIMICIS NOSTRIS. (b) b

Symbolum hoc pro ſatyra interpretari poteſt: quaſi MATHIAS glorietur de victa fratris Cæſaris inimicitia, & confuſis eius conſiliis, ob partam & feliciter adeptam Bohemiæ coronam, quam RUDOLPHUS II. Archiduci LEOPOLDO deſtinaverat.

Atque id quidem maxime ex epigraphe deducitur; cum alioquin ciconia, roſtro ſerpentem comprimens, pii fervoris, aut boni Principis, malos extirpantis, aut denique ſtrenui iuſtique Magiſtratus, qui improbis haud quaquam connivere ſolet, ſymbolum habeatur (c). c

Huiusmodi autem nummos ſub ipſa coronationis ſolemnia populo ſparſos fuiſſe teſtatur Illuſtr. KHEVENHILLERUS (d): d quanquam eidem aliam adverſam tribuit, quæ ſcilicet Regis effigiem, adſcripto die coronationis exhibeat. *M. Imp. ar. ſicilic. G. C. locul.* I. *tab.* XII. *n.* 99. *p.* 163.

XXII.

MATTHIAS II. D. *ei* G. *ratia* HVN. *gariæ* ET BOHE. *miæ* REX. ARC. *hidux* AVS. *triæ* DVX BVR. *gundiæ* CO. *mes* T. *yrolis* Effigies MATHIÆ in veſte Hungarica,

(c) Vid. PICINELL. mundo ſymbolico.
(d) Loc. cit. col. 359.

Tab. XVI. rica, ad pectus cum aureo vellere, capite calyptra cristata operto, ad sinistram verso.

Aversa, inscriptione carens, exhibet in area tropæum, cui grus insistit, dextra ungula calculum, seu lapidem sustinens.

Symbolo hoc alias usus fuit MATHIAS; ut vidimus supra num. IX. X. XI. XIII. nummum vero ipsum hoc anno 1611. post acceptam *Bohemiæ* coronam honoribus novi Regis datum fuisse, vel ipse titulus *Regis Bohemiæ*, in adversa scriptus, sic satis clare evincit; cum anno insecuto *Imperatorius* accesserit. Congruit quoque symbolum illud & rei & tempori, quo significatur: *solertia* & *vigilantia* Regi ac summo imperanti, quam maxime in re militari, opus esse. *M. Imp. ar. pond. sesquidr.*

XXIII.

Pars adversa num. præcedenti per omnia similis.

In postica VICTORIA Dea tunicata & alata, cum corona laurea in capite: sinistra palmam tenens, dextra complectitur, ac ore quasi osculatur BELLONAM: hæc ex flagro, quod sinistra manu ostendit, dignoscitur; iis adstat tertio loco grus, *vigilantiæ* signum: altera ungula calculum sustinens: retro VICTORIAM arma ac tropæa conspiciuntur, & pro pedibus BELLONÆ pharetra cum arcu. Additur suetum lemma: AMAT VICTORIA CVRAM.

Inter cetera, quæ in nummis hactenus vidimus symbola, ad apophthegma MATHIÆ nullum isto accomodatius, luculentiusque nullum; VICTORIA namque BELLONAM amore prosequens, & grus addita, *curæ* & *vigilantiæ* emblemata, toties repetitum illud lemma: *amat victoria curam*, quasi eloquuntur. MATHIAS ROM. IMP.

Nummum porro istum ad annum 1611. pertinere, colligitur ex titulo, in adversa scripto, quem numero proxime antecedenti exposuimus. *M. Imp. ar. pond. 3. dr.*

XXIV.

MATHIAS. D. *ei* G. *ratia* ARCH. *idux* AVSTR*iæ* HVNG. *riæ* ET BOHEM. *iæ* REX. Protome Regis in vestimento Hungarico, ad pectus, torque aurei velleris ornata, capite cristata caliptra operto, ad lævam conversa.

Altera huius nummismatis pars ex nummo MARIÆ, CAROLI V. Filiæ, ac MAXIMILIANI II. Imp. coniugis desumpta est (a); ubi eandem ad nuptias, atque coronationem eiusdem in *Reginam Bohemiæ* spectare dictum est. Quod idem hic de ANNA, quæ hoc anno 1611. MATHIÆ matrimonio consociata, atque adeo *Regina* ac *Domina* Hungariæ & Bohemiæ facta est, dicendum videtur: hoc solo excepto, quod hæc tum non æque coronata fuerit. Vix enim non certum est, nummum dicto anno signatum fuisse; utpote cum, ut iam animadvertimus, MATHIAS subsecuto anno cum titulo *Romanorum Regis* compareat. a

(a) Vid. P. I. huius Nummothecæ p. 116. num. CXVI.

MATHIAS ROM. IMP.

Notatu porro dignum eſt, in epigraphe adverſæ titulum *Archiducis Auſtriæ*, *Hungariæ* & *Bohemiæ Regis* titulo ordine præponi: quod an ſtudio ab Auſtriacis, an caſu factum ſit, aut denique ex feſtinatione? alii iudicent. *Ex M. D. Bar. de* BERBERICH *communicavit D. a* ROSENTHAL.

XXV.

Adverſa huius nummi plene planeque convenit cum antica nummi parte, ſupra num. XVII. expoſita: anno nimirum in epigraphe expreſſo MDCVIII. percuſſa, quo diadema regni Hungariæ ſolemni ritu *Poſonii* accepit.

Averſa continuat epigraphen: QVI CVM ANNA AVST: *riÆ* ARCHID: *uce* VIEN: *næ* NVPTIAS CELEBRAVIT: 4. DEC: *embris*. In area inter effigiem ANNÆ adpoſita eſt æra Chriſtiana: ANNO 1611. Illa pro genio ſeculi pulchre compta, cimeliis & criſpo collari denticulato exornata.

Erat ANNA FERDINANDI *Tyrolenſis* nata ex ANNA MARIA *Mantuana*, quam MATHIAS anno & die, quæ Dominica erat, in umbone nummi ſignatis, uxorem duxit, ac nuptias *Viennæ* cum ea celebravit (a).

a

In his ſolemniis celeritas videtur adhibita, ita ut novo nummo, quod & in præcedenti, ſed vice verſa, locum habet, antiqua adverſa pars quærenda fuerit. Et certe MATHIAS poſt coronationem Bohemicam, ſumptumque ab Ordinibus *Sileſiæ* homagium, has nuptias *Viennam* vix reverſus, inſtituit (b); ut adeo mirum non ſit, quod Auſtriaci, qui hanc adverſam alias *ſuis ſumptibus fieri* curarunt, eadem nunc uſi fuerint, quo Regem ſuum adhuc in tempore honore debito proſequerentur. *M. S. B. ar. pond. ſemunc. & M. Imp. ſemunc.* I. *dr. ſed ubi nonnihil detritus eſt.* Tab. XVI. b

XXVI.

Sedet MATHIAS, regio ornatu indutus & coronatus, in ſolio, dextra ſceptrum tenens, ſin. globum, cruce inſtructum. Collare inſuper criſpatum, pro more eius ſeculi, gerit, ac torquem aurei velleris. In ambitu additur epigraphe, cauſſam nummi exponens, quæ unacum numero annorum, nec non diei, ſecundum vetus & novum calendarium, in umbone hinc & inde adſcripti, hunc in modum iungenda: IN MEM. *oriam* AVSP. *icatiſſimæ* ELEC. *tionis* MATH. *iæ* REG. *is* HV. *ngariæ* ET. BO. *hemiæ* IN REG. *em* RO. *manorum.* 1612. $\frac{1}{11}$. IVN. *ii.*

In altera parte tres coronæ apparent, quarum media reliquis grandior atque illuſtrior eſt. Sub his duæ figuræ muliebres adverſæ, umbilico tenus, repræſentantur: quarum altera gladium, altera palmæ ramum tenet: *Iuſtitiæ* videlicet & *Pacis* ſimulacra, oſcula iungere parant, adiecta epigraphe: SVB TRIPL. *ici.* MATH. *iæ* DIADEM. *ate* PAX ET IVSTIT. *ia* SE OSCVLAB. *untur*, quam *pſalmi* LXXXIV. verſus undecimus ſuppeditavit: *miſe-*

(a) Vid. KHEVENHILLER loc. cit. col. 375.

(b) Id. Ibid.

Tab. XVI. *miſericordia & veritas obviaverunt ſibi* : IUSTITIA ET PAX OSCULATÆ SUNT.

Omnia cum clara & aperta ſint, nummus explicatione haud indiget. Id ſolum in memoriam revocandum: Electionem hanc more ſolito *Francofurti* factam. Ceterum ut *Pax* MATHIA imperante conſervaretur, omnium vota fuiſſe ſingularia, patet etiam ex binis diſtichis, quæ iuxta alias inſcriptiones in umbella, qua novum Regem, in S. BARTHOLOMÆI templum ipſo coronationis die equo euntem, quatuor ex Senatoribus Francofurtanis obtegebant, exarata fuerunt:

PACE *nihil prius eſt, & quod mirere per orbem*
PAX, *cum Mathias Rex tegeretur* * *erat.*
Omen ineſt rebus, nam Rex hic in omnibus oris
Atque aris, PACEM *conferet, atque focis.* (a)
M. Imp. ar. pond. ſeſcunc.

XXVII.

MATTHIAS. D. *ei* G. *ratia* EL *ectus* RO *manorum* IM *perator* S *emper* A *uguſtus* GE *rmaniæ* HV *ngariæ* BO *hemiæ* REX. Protome Cæſaris armata cum paludamento & criſpo collari, capite laureato, ad lævam verſo.

In averſa aquila ad ſolem, halonibus circumdatum, reſpiciens: dextro pede globum Imperii, ſin. ſceptrum tenet. Conſpiciuntur hinc & inde reliqua inſignia Imperialia: nimirum corona a dextris, a ſiniſtris vero gladius. Additur perigraphe: FIRMATVM COELITVS OMEN. MATHIAS ROM. IMP.

Hoc Phænomenon, forte ante electionem viſum, in bonum omen verſum eſt, ſicque in nummo expreſſum. *M. Imp. ar. pond.* 3. *dr.*

XXVIII.

MATTHIAS II. D. *ei* G. *ratia* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX CORO. *natus* IN REG *em* RO. *manorum* 24. IVN. *ii* 1612. Protome Cæſaris fere ut num. XXV. ſed hic comparet capite laureato.

In averſa cernitur corona *Imperialis*, globo & cruce inſtructa, ſolem inter & lunam, radiis utrinque illuſtrata: in peripheria legitur hemiſtichium: CONCORDI. LVMINE. MAIOR.

Illuſtr. KHEVENHILLERUS hiſtoriam peractæ coronationis pluribus deſcribens, ſymbolum hoc nummo expreſſum ita exponit: *Concordantibus ſole & luna & coronam imperialem ſalutantibus* (b). Verum ſenſus emblematis adludere videtur ad Electorum ſuffragia, quæ diu diſparia erant, tandem vero interveniente ALBERTO *Auſtriaco*, & ad evitanda inter Archiduces diſturbia ac ſimultates, ipſo etiam intercedente, prædicta eligentium ſuffragia reddita ſunt *concordia*; unde apophthegma natum videtur, quaſi *evchariſticon*: quod diadema Imperiale ex ſuffragiorum *concordia maiorem* dignitatem ac *ſplendorem* conſecutum acceperit; hinc maiores quoque gratias Electorum votis, qui colluſtranti *ſoli* comparantur,

* forte legeretur.

(a) Id ad an. 1612. col. 461.

(b) Ibid. col. 468.

MATHIAS ROM. IMP. tur, & ALBERTO fratri, quem *lunæ* assimilat, se debere, hocce monimento profiteatur. *M. Imp. au.* 2. *duc. Vidi alium pond.* 4. *duc. Adde* LOCHN. *ad an.* 1741. *p.* 409.

Hanc expositionem confirmare videtur nummus alius, ex recens apertis *Grossorum Scriniis* (a) in supplementa nostra
a num. XV. relatus. Eius adversa sex Electores ostendit, quorum is, qui primo loco consistit, ac, ut credibile est, personam Archiepiscopi Moguntini sustinet, MATHIÆ Regi globum cum sceptro, cui aquila insistit, tradit, adiecta in ambitu epigraphe: CONCORDIA. PRINCIPVM. SALVS. REIP. *ublicæ.*

Ex altera parte idem MATHIAS cataphractus equo insidens, dextra parazonium tenet, adiecta epigraphe: MATTHIAS. AVSTRIVS. P. *ius* F. *elix* AVG. *ustus* ELEC. *tus* & in exergo: M D C XII.

XXIX.

Adversam hæc inscriptio quinque lineis comprehensa, implet: MATTHIAS II. D: *ei* G: *ratia* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX CORON. *atus* IN RE*gem* ROM *anorum* 24. IVN *ii* 1612.

Aversa non differt a præcedenti, nisi magnitudine, estque eiusdem argumenti. *M. Imp. ar. G. C. locul.* I. *tab.* III. *n.* 23. *p.* 64.

XXX.

MATTHIAS IMPERAT. *or.* Effigies Cæsaris ut num. XXVIII.

Postica eadem, quæ præcedentis: sed nummus minoris est moduli, sparsus in coronatione Cæsaris. *M. Imp. ar.* Tab. XVI.

XXXI.

MATTH: *ias* ROM: *anorum* IMP: *erator* CAES *ar* ET. ANNA AVSTR: *iaca* AVG: *usta.* Protome Cæsaris & Imperatricis iugatæ, sinistrorsum conversæ. Hic armatus, laureatus, crispo collari & torque aurei velleris ornatus: illa pulchre comta, cum elato collari denticulato.

In postica septem S. R. I. Electores in peristromate, aquila *Imperiali* bicipiti coronata, gladium & sceptrum tenente, insigni, ante aram in genua provoluti, quasi Deo preces fundunt, isque, qui a dextris primum locum tenet, cor ardens offert. Additur in margine epigraphe: ELECT. *ionis* REG. *is* ROM. *anorum* FRANCOF. *urti* RITE PERACTÆ MEM. *oria* A: *nno* M D C XII. & in exergo: DOMINVS REGNA CONSTITVIT. DAN. II.

Inscriptiones aversæ clare docent, nummum hunc in memoriam peractæ electionis, seu potius coronationis signatum fuisse: coronationis, aio; cum ante illam Imperatrix, quæ utique haud eligitur, *Augustæ* titulum perperam assumpsisset. Hic prior inventoris error est. Alter in eo consistit; quod septem omnino Electores repræsentat, cum sex tantum pingendi fuissent, septimo nempe Cæsarea dignitate decorato. Denique si duæ illæ imagunculæ, aræ vel throno insistentes, Imperatoris ac Imperatricis personas, quod primo

(a) Suppl. I. tab. XI. num. 120.

Tab. XVI. primo aſpectu intuentibus in mentem venire poſſet, repræſentant: auctor nummi non niſi ſingulari ineptia Electores ante eosdem proſtratos exhibet. Poſtremo formula *Romanorum Imperator Cæſar* in hiſce certe nummis inſolentior eſt. Ex quibus omnibus de nummi pretio iudicandum.

a Mellenius (a) de alio nummo, & quidem unciali, mentionem facit, cuius tamen delineationem in medium non affert; propterea, quod cvm privilegio c. m. adeoque privata potius, quam ipſius Imperatoris auctoritate cuſus ſit: illum vero in hunc modum deſcribit: „ In antica effigies Au„ guſti & Auguſtæ combinatæ. „ Epigraphe partis anterioris his „ verbis circumſcripta: matth. „ rom. imp. caes. et . an„ na. avstr. avg. In poſtica ita legitur „ matth. imp. cæs. „ p. p. avg. eligitvr eidib. „ ivni. coronatvr. ix. kal. „ qvinct. bidvo post anna „ avgvsta coronata anno „ sal. cıↃ ıↃ cxi. francof. *Biduo* dicit: tertiam, poſt Mathiæ coronationem, diem intelligens; ut ex nummo infra num. xxxiii. amplius patebit. *M. Imp. pl.*

XXXII.

Adverſa huius numiſmatis pars eadem erat, quæ num. præcedenti adverſam conſtituit; quare a repetita eius delineatione abſtinendum duximus.

Hæc vero figuram tricipitem, cum corona radiata, intuendam offert, quæ dextra gladium circumvoluto ſerpente, atque bilancem tenet: ſiniſtra palmæ & laurei ramum. Pectori monogramma nominis Iesu inſcriptum eſt, & in ſinu eius codex ſacræ Scripturæ iacet. Eadem pedibus ſacco, nummis, qui erumpere incipiunt, repleto, innititur. Superius duo genii advolant, ſceptrum & globum Imperii adferentes, atque una coronam Cæſaream capiti eius imponentes. Inferius a dextris pellecanus, proprio ſanguine pullos paſcens, cernitur, & propter hunc globus cum inſtrumentis Mechanices. A ſiniſtris vero leo accubans, clypeo, ut videtur, innixus, ac pone ipſum grus ſolito more. Adiicitur epigraphe: his sceptra virebvnt. In exergo autem ſiglæ cælatoris c. *um* priv: *egio* cæs. *areæ* m. *ieſtatis* c. *hriſtianus* m. *ahler.* Mathias Rom. Imp.

Emblematicus hic nummus, qui haud dubie eundem & cælatorem & inventorem habuit, regnandi artem variis virtutum ſymbolis, alias notis, exprimit. *M. Imp. ar. deau. pond.* 5. *dr.*

XXXIII.

matthias. ii. d. *ei* g. *ratia* h. *ungariæ* b. *ohemiæ* rex. coron. *atus* in. re. *gem* rom: *anorum* 24 ivni *i* 612. Protome Cæſaris, ut num. xxviii.

anna. matthiæ. cæ. *ſaris* s *ereniſſima* conivnx. i. *n* regi. *nam* rom: *anorum* coron *ata* 26 ivni *i*. Elegans hoc numiſma, coronationis tum Imperatoris tum Imperatricis monumentum, explicatione non indiget: niſi

(a) Syll. uncial. p. 104.

MATHIAS ROM. IMP.

quantum ad torquem aurei velleris, quo Imperatrix æque ac maritus, conſpicua eſt, ſpectat: ſed hac de re alias iam egimus.

Meminit BANAGIA in ſuo MS. catalogo nummophylacii Archiducalis, ſimilis nummi, averſæ noſtræ, cum hac ipſa epigraphe, quem inter nummos primæ magnitudinis refert: atque hunc ipſum torquem diligenter etiam obſervat. *M. Imp. ar. deau. pond.* 2. *dr.*

XXXIV.

ANNA. D*ei* G*ratia* ROM *anorum* IMP. *eratrix* HVN *gariæ* BO *hemiæ* RE*gina* AR *chidux* AV *ſtriæ* C *etera.* Nummus hic unilateralis integros ANNÆ titulos exhibet, cum in reliquis *Auguſta* ſolummodo audiat; cumque eandem ſingulari mundo ornatam exhibeat, ſuſpicio oritur: an non idem diſtributus ſit, cum anno 1613. die XXV. Martii in Reginam Hungariæ coronata fuit? *M. Imp. ar. pond.* 2. *dr.*

HERÆUS nobis multo felicior, huic nummo averſam, ſeu potius adverſam partem invenit, & ſuis tabulis inſeruit; in illa mariti Cæſaris effigies, capite laureato, ac facie ſimiliter obverſa, pectore tenus, ſiſtitur. Verum in gazis Auguſtalibus nummum hunc, ANNÆ dicatum, abſque poſtica reperimus: *Heræanum* vero nummum pariter ovatæ figuræ, ſed aliquanto minoris moduli, poſtica parte inſtructum, dabimus num. XXXVI.

XXXV.

Anterior huius numiſmatis pars, num. XXXI. maximam partem reſpondet. Tab. XVI.

In parte poſteriori Cæſar palliolo indutus & pileo criſtato tectus, equo phalerato vehitur ſub umbella, a quatuor viris palliatis & inopertis geſtata.

Perigraphe germanica, iuncta cum inſcriptione, in exergo poſita, ac latine reddita, ſic fluit: *In memoriam introitus Cæſareæ Maieſtatis, nec non comitiorum, Ratisbonæ habitorum, die* IV. *Aug.* 1613. Cælator ſiglas addidit: C. *um* P. *rivilegio* C. *æſareæ* M. *aieſtatis*: aut ſi mavis, C. *hriſtianus* M. *ahler.* An numerus quaternarius a cælatore, an vero ab iconographo inverſus fuerit? nobis incertum eſt Quemadmodum, quid ſibi ſtella, in fronte Imperatricis apparens, velit, ab aliis edoceri cupimus.

Introitum, de quo hic mentio fit, pluribus deſcribit Cl. LOCHNERUS, loco mox citando, & ante ipſum Illuſtr. KHEVENHILLERUS (a), quem tamen ille in nonnullis minutioribus emendat. In ipſis comitiis propoſitio ad diem XII. Aug. facta de pace, in Imperio tenenda, de bello Turcico, & de re monetaria &c. LOCHNER *ad an.* 1738. *pag.* 49. a

XXXVI.

MATTHIAS D*ei* G*ratia* EL*ectus* RO *manorum* IMP *erator* S *emper* A *uguſtus* GER *maniæ* HVN *gariæ* BOH *emiæ* REX. Effigies Imperatoris fere ut num. XXVIII. niſi quod is adverſa hic non nihil fronte ſiſtatur.

In poſtica viſitur arbor fructifera, nubibus circumfuſa: ſub-

(a) Loc. cit. tom. VIII. col. 551. ſeqq.

MATTHIÆ Imp. nummi. Tab. XVII.

Nummi Iconici

XXXVII.



XXXVIII.

Unciales et monetæ



XXXIX.



XL.



XLI.



XLII.



XLIII.



XLIV.



XLV.



XLVI.



XLVII




XLVIII.

XLIX.

Nummi ad historiam Matthiæ facientes.



L.



LI.



LII.



LIII.



LIV.

Monum. Aust. TII. P.II. Peter Major Del. et Sculpsit. ad p. 127. R.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XVI. ſubtus quam ante veſtibulum cavernæ monſtrum cubat alatum, caudaque ſerpentina horridum. Additur ſuetum hemiſtichium: AMAT VICTORIA CVRAM.

Orcum hic atque paradiſum, id eſt, pœnas & gaudia æterna, ante oculos poni, intuentibus patet. Quanta cura atque ſollicitudine opus ſit, ut alterum obtineatur, evitetur alterum, hocce emblemate non tam aliis quam ſibi ipſi ad mentem revocare voluiſſe videtur Imperator; qui inſuper ætatis iam valde deficientis repræſentatur: cum eiusmodi meditationes omni quidem ætati conveniant; ſed in extrema præſertim vel maxime ſerias atque continuas eſſe oporteat. Pulchre autem MATTHIAS apophthegma, in iuventute aſſumptum, huc quoque applicavit, ſecundum illud: VINCENTI *dabo edere de ligno vitæ, quod*
a *eſt in* PARADISO *Dei mei* (a).

Quod ſe *Imperatorem Electum* ſcribat, ex dictis ad FERDINANDUM I. intelligitur. *M. Imp. pl. conſtat ex 2. laminis.*

NUMMI ICONICI.

XXXVII.

Tab. XVII. MATTHIAS. II. D: *ei* G: *ratiæ* REX: HVN. *gariæ* Protome Regis inoperto capite, acciſis capillis, ſed promiſſa myſtace, pectore tenus, cum torque aurei velleris, ad ſiniſtram verſa.

Nummulus hic ad annum 1608. referri potuiſſet; qui ſolum *Regis Hungariæ* titulum, quo MATHIAS mactatur, præfert; ſed quoniam id ſingulare habet, quod in utraque parte, antica nempe & poſtica, idem typus ſignatus ſit, eundem merito inter Iconicos primo loco reponimus. *M. Imp. ar.* MATHIAS ROM IMP.

XXXVIII.

MAXI. *milianus* I. CARO. *lus* V. ET. FERD. *inandus* D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* CÆS. *ares* REG. *es* HISP. *aniarum.* Effigies trium horumce Cæſarum, qui corona Imperiali conſpicui, cataphracti, & teſſera aurei velleris inſigniti, pectore tenus ſiſtuntur, ad ſiniſtram reſpicientes.

MATTHIAS D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* IMP. *erator* S. *emper* A. *uguſtus.* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* BO. *hemiæ* REX. Protome MATHIÆ ut num. XXV. inoperto tamen capite. In imo leo conſpicitur, nec non luna bicornis cum ſtella, de quibus ſupra dictum fuit (b). b

Laudatus autem ibidem Dominus a ROSENTHAL me interea de iisdem ſignis ampliora per litteras edocuit, ex quibus id unum hoc loco delibandum: Doctiſſimum Virum examinatis & ponderatis momentis, quæ copioſe iuxta ac erudite in medium adfert, omnibus, adhuc in dubio hærere, utrum eiusmodi ſigna, ut ſunt *ſtella cum luna falcata, manus clauſa, aſtrum efferens, ala, lilium* & *corona*, ad urbes monetarias, quarum olim in *Bohemia* quatuor erant, an vero ad ipſos monetarios pertineant? cui ultimo tamen magis accedere videtur. Quare & nos eiusmodi ſigna deinceps ſolis monetariis adſcribemus: dum inte-

(a) Apocal. II. 7.

(b) Pag. 97. num. XXI.

MATHIAS ROM. IMP.

interim eruditum opus, quod Suaviſſimus Amicus de nummis Bohemicis molitur, avide exſpectamus; non dubii, quin hæc ſingula cum ceteris bonæ frugis, largiori manu affuſurus ſit.

Hunc nummum, in FERDINANDO I. iam laudatum (a), in muſeo *Buoliano* extare diximus. Sed & is ipſe, qui ibidem productus eſt, non ex MELLENIO, ut utrumque contendere volenti patebit, ſed ex muſeo noſtro deſumptus fuit: ubi non ita pridem in auro reperiebatur. Denique ibidem citatur numerus XXXIX. cum XXXVIII. ſit: quæ ſingula hoc loco animadvertere oportebat.

Quod ad nummum ipſum pertinet, illum cum laudato MELLENIO inter *reſtitutos* adnumeramus: quanquam vocabulum iſthoc alio nonnihil ſenſu accipiendum ſit, ac de nummis *reſtitutis* veterum accipi ſolet, ut harum rerum peritis notum eſt.

Adverſæ porro huic aliæ averſæ iunctæ fuerunt, quas laudatus auctor (b) adducit: nos vero de illis egimus in nummis FERDINANDI I. num. XL. & XLI. huncque, de quo nunc agimus, nummum, qui in auro æque ac in argento reperitur, non *Uncialibus* ſed claſſi generaliori *Iconicorum* accenſemus *M. Imp. ar. M.* BUOL. *au.* 10. *duc.*

a

b

UNCIALES ET MONETÆ. XXXIX.

MATTHI. *as* II. D. *ei* G. *ratia* REX. HVN. *gariæ* ZC. (*et cetera*)

DESIG. *natus* IN. REGEM. BO. *he*, *miæ*. Protome Regis ut num. XXV. ſed hic corona Hungarica obtectus eſt, demiſſis circum occiput catenis aureis, ceu lemniſcis eiusdem. Vertici coronæ imminet imago Beatiſſimæ MARIÆ Virginis, lunæ bicorni impoſita, regni Hungariæ Tutelaris. Tab. XVII.

In epigraphe averſæ continuatur titulus in hunc modum: ARCHID. *ux* AVS. *triæ* DVX. BVR. *gundiæ* MAR. *chio* MO. *raviæ* CO. *mes* TYR. *olis* 1609. Scutum quadripartitum, corona Hungarica opertum, & torque aurei velleris cinctum. Prior quadrans ex faſciis *Hungaricis*, & cruce Patriarchali, quæ ſunt regni inſignia, bipartitus eſt. Secundus refert leonem *Bohemicum* coronatum. Tertius tria capita pardalina *Dalmatiæ*. Quartus aquilam teſſellatam continet, *Moraviæ* teſſeram. Toti incumbit parmula *Burgundo-Auſtriaca*. Adduntur in area hinc inde ſiglæ K. B. officinæ Hungaricæ ſigna, de quibus alibi.

De titulo *Deſignati Bohemiæ Regis* dictum eſt hic ſupra ad num. XVIII. MELL. *p.* 97.

Alius eodem anno prodiit, qui modo in muſeo noſtro ex ære aſſervatur, atque in ſupplementa num. XVI. relatus eſt. Adverſa effigiem Cæſaris, ut in præſenti nummo exhibet: tituli tamen hunc in modum ſcripti: MATTHIAS II. D: *ei* G: *ratia* REX HVNG: *ariæ* DESIG. *natus* IN REGEM BOHE: *miæ*. Omittitur quoque imago Deiparæ Virg. In averſa autem: ARCHID. *ux* AVS: *triæ*

(a) Tab. IV. num. XLI.

(b) Syll. numm. uncial. p. 73.

Tab. XVII. *triæ* DVX BVR*gundiæ* MAR: *chio* MO: *raviæ* CO: *mes* TYR. *olis* 1609. Scutum coronatum quadripartitum ut infra num. XLVI. quod ibidem deſcribemus.

XL.

Exiguum eſt inter hunc & præcedentem nummum diſcrimen. Ex alio tamen typo nummario efformatus, ac priori recentior, anno nimirum 1610. prodiit. Illum primus edidit, & erudito commentario illuſtravit Cl. KOEHLERUS (a), ubi tamen, quod Beatiſſimæ Virginis imagunculam, ſignum cælatoris aut monetarii eſſe putavit, deceptus eſt; ut ex aliis nummis, in Hungaria cuſis, abunde patet.

XLI.

MATTHIAS II. D. *ei* G*ratia* HVNG. *ariæ* ET BOHE. *miæ* REX. Protome Regis armata cum paludamento & aurei velleris tænia, nec non collari, præter morem, plano. In capite coronam Bohemicam geſtat: quemadmodum & leo, infra appoſitus, uncialem hunc in Bohemia ſignatum fuiſſe oſtendit.

Poſtica continuat titulos fere ut num. XXXIX. & in fine ſignum monetarii adiicitur, ut num. XXXVIII. in area vero hinc & inde numerus anni 1611. Scutum quadripartitum eſt, corona Bohemica tectum. Primus quadrans continet ſuperiori parte inſignia *Hungariæ*, in inferiori teſſeras *Caſtiliæ* & *Legionis*. Secundus quadrans parte ſuperiori refert ſymbolum *Bohemiæ*, parte inferiori exhibentur teſſeræ *Arragoniæ* & *Neapoleos*; his duobus quadrantibus impoſita eſt parmula, a ſummo bipartita, ex *Auſtriæ* & *Burgundiæ* ſignis conſtans. Tertius quadrans triquetrus eſt: prima areola ſcutum *Styriæ*, ſecunda *Carinthiæ* habet: in tertia areola ſpectantur ſcuta *Tyrolis* & Ducatus *trans Anaſum*. Quartus quadrans ſimiliter triquetrus eſt: area prior clypeum *Carniolæ*, altera *Wirtembergiæ*, tertia *Sileſiæ* complectitur. In angulo denique inferiori aquila *Moraviæ* cernitur. MATHIAS ROM. IMP.

Primum hunc eſſe uncialem, ſub MATTHIA in Bohemia regnante cuſum, recte docet Cl. KOEHLERUS loco mox citando. *M. D. a* ROSENTHAL, *&* KOEHL. *P.* XVII. *p.* 257.

XLII.

Idem adverſæ typus, niſi quod MATTHIAS hoc loco cum criſpo collari compareat, & aureum vellus non a tænia, ſed torque dependeat.

Epigraphe averſæ pariter convenit cum proxime antecedenti, omiſſo monetarii ſigno. At in umbone ſcutum quadripartitum, corona Bohemica tectum, & torque aurei velleris cinctum: notata in umbone hinc inde æra Chriſtiana 1612. Primus & quartus quadrans repetita *Hungariæ* inſignia continet: ſecundus & tertius *Bohemiæ* teſſeram, pariter repetitam. In medio incumbit parmula, a ſummo per medium ſecta, *Auſtriæ* ac *Burgundiæ* inſignia referens.

(a) M.B.L. P. VIII. p. 409.

MATHIAS ROM. IMP.

Differt itaque hic nummus a priori; quod uno anno recentior ſit, atque pauciora inſignia referat; quanquam merito dubitari poſſit, an non ſub finem anni 1611. percuſſus fuerit? cum eo tempore æra in nummis præverti conſueverit, ut iam alibi notatum. Probat id etiam uncialis alius, in muſeo noſtro aſſervatus, cuius utraque pars hæc eſt: MATTHIAS. II. D. *ei* G. *ratia* HVNGARI. *æ* ET BOHEMI. *æ* REX. Protome Regis ut num. XXXIX. omiſſis coronæ lemniſcis: at imaguncula Beatiſſimæ Virginis & hic quoque apparet.

Averſa titulos ſic proſequitur: ARCHID. *ux* AVS. *triæ* DVX BVR *gundiæ* MAR. *chio* MO- *raviæ* CO. *mes* TYR. *olis* 1613. Scutum quadripartitum, ut dicto num. XXXIX.

Manifeſtum eſt, hunc nummum anno 1612. & quidem ante electionem MATHIÆ in Regem Romanorum percuſſum; utpote cum alioquin *Imperatorius* titulus haudquaquam omiſſus fuiſſet. Hinc etiam diſcimus, quanto temporis ſpatio nummorum uſualium epochas nonunquam anteverti contigerit; tantum ut diu *novi* viderentur. Eius delineationem habes in ſupplementis noſtris num. XVII.

Ceterum licet uncialis tam num. præcedenti, quam etiam hic loci depictus, haud dubie in *Bohemia* ſignatus ſit (quippe de quo leonis imaguncula illa, utrinque in margine inferiori inciſa, nec non corona *Bohemica* dubitare non ſinunt) teſſera tamen *Hungarica* ubique priorem ſeu honoratiorem locum occupat, ſecus ac in nummis uncialibus FERDINANDI I. & RUDOLPHI II. quod ſupra vidimus (a), obſervare licet; quæ mutatio ſtudio, atque in Hungarorum gratiam potius, quam caſu facta videtur; præſertim cum id ipſum in ſequentibus quoque FERDINANDI II. & FERDINANDI III. id genus nummis, ut poſtea videbimus, conſtanter conſervatum fuerit. MELL. *p.* 100. Tab. XVII.

a

XLIII.

MATTHIAS. D: *ei* G: *ratia* R: *omanorum* I: *mperator* S: *emper* AVG: *uſtus* G: *ermaniæ* HVN: *gariæ* BO: *hemiæ* REX. Protome MATHIÆ armata ac torque aurei velleris conſpicua: capite laureato, ad lævam converſo. Infra in margine cantherius orbi incluſus, ſignum, ut videtur, monetarii.

Averſa titulos ſic continuat: ARCHID: *ux* AVS: *triæ* DVX: BVR: *gundiæ* CO: *mes* TIR: *olis* ZC. (*et cetera*) 1616. Aquila *Imperialis* biceps & expanſa, inter bina capita ſua, quibus corona clauſa imminet, globum continens. Eadem dextro ungue gladium, ſiniſtro vero ſceptrum tenet, ſcutumque pectore gerit, torque aurei velleris marginatum: impreſſis teſſeris, quas num. XLI. vidimus: excepto, quod parmula, *Auſtriæ* & *Burgundiæ* inſignia referens, reliquis ibidem ſuperimpoſita, hoc loco pileo Archiducali tecta, in margine inferiori compareat; id quod ſignum eſt, uncialem hunc

(a) Tab. IV. num. XLV - L. & tab. XIV. num. XXXI. nec non Suppl. num. V. & VI.

Tab. XVII. hunc in Auſtria fabrefactum fuiſſe.

a Notat hic MELLENIUS (a), titulum *ſemper Auguſtus* hoc loco prima ſibi vice occurrere, cum tamen in pluribus præcedentibus eius nummis, ut de noſtris nihil dicamus, legere ſit. Eundem ab imperatoribus Orientis, aliorum opinionem ſecutus, arceſſit. Sed longe antiquiorem oſtendit Celeberrimus

b STRUVIUS (b), atque a SEPTIMIO SEVERO iam adhibitum, inter cetera advertit.

Idem MELLENIUS avem, cuſpidi in areola triquetra inſertam, pro una ex quinque alaudis habet, quæ ſit ex inſignibus *veteris Auſtriæ* deprompta. Verum cum nullibi hactenus unam tantum ex dictis quinque alaudis, in ſcutum *Auſtriacum* aſſumptam fuiſſe viderim: eam potius, ceteris quippe ibidem depictis *aquilis* magnitudine parem, cum Cl. KOEHLERO ſupra ad num. XLI. pro teſſera *Moraviæ* habendam, teneo. *Id ibid. pag.* 103.

XLIV.

Adverſa fere ut num. præcedenti: niſi quod in medio perigraphes hinc interpoſita ſit imaguncula B. MARIÆ Virginis, illinc parmula coronata, inſignibus *Hungariæ* conſpicua; unde colligere eſt, eum in *Hungaria* ſignatum fuiſſe: quod ipſum ex ſiglis in averſa parte magis firmatur.

Poſtica aſſimilatur num. XLII. ſed cum ille cuſus ſit MATHIA necdum Imperatore: diſcrimen intercedit; quod hic in antica cum laurea, & in averſa cum bicipiti aquila *Imperii* coronata comparet. MATHIAS ROM. IMP.

Æra Chriſti 1617. poſt titulos in peripheria: & in umbone pone ſceptrum & gladium additæ ſunt notæ illæ litteræ K. B. Hungaricam officinam adſignificantes, *Id. p.* 107.

XLV.

Antica duobus nummis præcedentibus aſſimilatur, omiſſa corona laurea. In imo peripheriæ figura leonis, regni *Bohemiæ* ſymbolum, indicat, nummum hunc uncialem in *Bohemia* cuſum fuiſſe.

ARCHID. *ux* AVSTRI. *a* DVX BVR. *undiæ* MAR. *chio* MOR. *aviæ* 1619. Continuatio hæc eſt titulorum, in peripheria averſæ legendorum, in cuius imo, parte media, conſpicienda recurrunt ſigna officinæ monetariæ: *lunula* nempe cum imminente *ſtella*, de quibus ſupra meminimus. Umbonem aquila biceps *Imperialis* coronata implet, pectore gerens parmulam, a ſummo bipartitam, coronatam & torque aurei velleris cinctam, *Auſtriæ* & *Burgundiæ* teſſeras referentem. *Id pag.* 109.

Eodem anno, qui Imperatori emortualis fuit, alius prodiit, nunc in nummotheca noſtra ſervatus, num. XLIII. per omnia ſimilis: exceptis nonnullis litteris epigraphes. Scribitur enim in adverſa GER. HVNG. BOHE. contractis hisce ultimis duabus litteris, & in averſa TYR. Reliqua ex aſſe reſpondent. Inſignia tamen con-

(a) Syll. numm. p. 104.
(b) Corp. Iuris Publ. cap. VIII. §. XVI. p. 273. ſeqq.

MATHIAS ROM. IMP.

contractiori ſcuto concludun-tur. Diſcrimen itaque tanti non eſt, ut eum deſignari faciamus.

XLVI.

Adverſa cum num. XXXIX. fere reſpondet.

Averſa ſimiliter convenit. Scutum tamen quadripartitum: primo quadrante tænias *Hungaricas*, ſecundo leonem *Bohemicum* præfert. Tertius triquetrus: prima areola *Caſtellæ*, ſecunda *Legionis*, tertia *Granatæ* teſſeras exhibet. Quartus itidem triquetrus: primo loco pantheram *Styriæ*, ſecundo ſymbolum *Carinthiæ*, tertio aquilam *Tyrolis*, ac in angulo denique inferiori aquilam *Moraviæ* repræſentat. His omnibus ſuperimponitur parmula minor, *Auſtriæ* & *Burgundiæ* teſſeris exarata.

De *Deſignati Regis Bohemiæ* titulo ad dictum num. XXXIX. actum eſt. *M. S. B. aur. 7. ducat.*

XLVII.

Anterior pars fere ut num. XLIII. In imo tamen parmula, *palmam* arborem referens, ſignum aut monetarii aut offiicinæ videtur.

Poſterior pars omnino reſpondet dicto num. XLIII. excepta nota chronologica, quæ annum 1618. omiſſo tamen priori numero unitatis, indicat. *lb. au. & M. D. de* FRANCE. 4. *duc.*

XLVIII.

MATTHIAS. II. D. *ei* G. *ratia* HVN. *gariæ* ET BO. *hemiæ* REX. Integra Regis figura, cataphracta, dextra ſceptrum, ſiniſtra globum, cruce inſtructum, tenens: capite coronato, ſiniſtrorſum verſo, adpoſita hinc & inde æra Chriſti 1611. Tab. XVII.

S. *anctus* WENCESLAVS PAT. *ronus* BOHEM. *iæ.* Integer pariter corporis habitus, in pedes erectus & cataphractus, cum pallio: dextra haſtam vexilli, cui aquila ſimplex impreſſa eſt, tenens: ſiniſtram ad ſcutum applicat, in qua aquilæ figura recurrit, capite obverſo & pileo Ducali tecto.

Antiquiſſima eſt S. WENCESLAI in nummis Bohemorum imago. Eam enim ipſe eius frater & interfector BOLESLAUS I. circa annum 940. ſignari fecit, ut ex recens *Groſſorum Scriniis* diſcimus (a). a

Moneta hæc eſt aurea, in *Sileſia* percuſſa. DEWERDECK. *pag.* 112. *tab.* I. *num.* 14. *in au.* I. *duc.*

XLIX.

MATT. *hias* D. *ei* G*ratia* R*omanorum* I*mperator* S*emper* A*uguſtus* GE*rmaniæ* HV. *ngariæ* BO. *hemiæ* REX. Cæſar integra corporis ſpecie in pedes erectus, cataphractus, paludatus, cum criſpo collari, dextra ſceptrum, ſiniſtra globum, cruce inſtructum tenens, capite obverſo coronato. Ad latera in umbone hinc atque illinc ſiglæ officinæ monetariæ in Hungaria N *agi* B *ania.*

In averſa continuatur titulus in hunc modum: AR. *chiduc* AV. *ſtriæ* DV. *x* BV *rgundiæ* MA *rchio* MO *raviæ* CO *mes* TY. *rolis*

(a) Suppl. II. p. 686.

Tab. XVII. *rolis* 1618. Icon B. MARIÆ Virginis, Hungariæ Patronæ, cum ſcuto, a ſummo bipartito, tæniis & cruce Patriarchali conſpicuo. *M. Imp. au. ſemi-duc.*

In recens apertis *Groſſorum Scriniis* tres adhuc minoris ponderis monetæ adducuntur. Prior caput Imperatoris laureatum, ad pectus cum lorica & criſpo collari repræſentat, adiecto in imo ſigno monetarii, quod præcedenti num. XLII. convenit. Averſa aquilam *Imperialem* bicipitem, imminente eidem corona Cæſarea, exhibet: in cuius pectore parmula cum *Auſtriæ* & *Burgundiæ* teſſeris, & in imo nota valoris 3. Epigraphe utriusque partis, præmiſſa crucicula, hæc eſt: MATTHIAS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. & in averſa ARCHI. AVS. D. BV. CO. TYR. 1617. (a). Eius deſignatio videnda in ſupplem. num. XVIII.

a

Alii duo ad Hungaricos ſpectant, quos Cl. D SCHWANDNERO repetendos relinquimus. Ceteras quoque monetas ex argento in regnis Hungariæ & Bohemiæ cuſas, hic non proſequimur.

NUMMI AD HISTORIAM MATHIÆ FACIENTES.

L.

Antica imaginem Servatoris, ſtola induti, obverſa fronte & inoperto capite exhibet: dextra, in benedicentis modum elata, ſin. globum, cruce inſtructum, tenentis. Additur epigraphe: AB HOC SOLO SEMPITERNA SALVS. MATHIAS ROM IMP.

Averſam inſcripto novem linearum implet, occaſionem nummi ſatis exponens: TEMPLVM. SALVATORIS G. *ratia* D. *ei* ET CÆS *aris* RVD *olphi* II. SVB BOHE. *miæ* REGE MATTHIA II FVNDARVNT GERMANI EVVANGELICI PRAGÆ IN VRBE VETERI DIE CAROLI A. *nno* S. *alutis* H. *umanæ* 1611.

De hac templi exſtructione vide plura apud KHEVENHILLERUM ad hunc annum col. 363. *M. Imp. a.*

LI.

Adverſa tres figuras muliebres exhibet, quarum duæ tunicatæ & laureatæ, altera gladium, lauri ramum altera continet: tertia, eaque media, armata & galeata, dextra haſtæ ferratæ innititur, ſiniſtra extenta. In area a ſiniſtris alvearе, baſi impoſitum.

Hæ figuræ ex inventoris, qui haud alius a cælatore videtur, mente, ſimulacra ſunt *Iuſtitiæ*, *Sapientiæ*, & *Concordiæ*; in margine enim adſcribitur epigraphe: IVSTITIA. SOPHIA. ET CONCORDIA VINCVLA REGNI. & inferius: CVM PRIVI *legio* C *hriſtianus* M. *ahler*.

Poſtica ſeptem Electorum inſignia exhibet, quorum ſingula nomina in interiori margine, ſingulis tribus litteris initialibus adſcribuntur, excepto Electoris *Bohemici*, cuius inſigne medium locum occupat, reliquis in orbem circum collocatis.

(a) Locul. II. tab. III. n. 24.

MATHIAS ROM. IMP.

catis. In duplici margine exteriori hæc epigraphe legitur : MEM. *oriæ* REV. *erendiſſimorum* ET SERENISS. *imorum* S. *acri* R. *omani* I. *mperii* VII-VIRVM ELECT. *orum* NVREMBERGÆ FELIC. *iter* CONGRESSORVM A.° MDCXI. M. *enſe* IIX-BRI (*Octobri*).

Hic nummus æque ad RUDOLPHUM II. ac MATHIAM pertinet, aut certe ad utrumque. In eo enim, de quo is memorat, conventu, non ſolum de Republica, a RUDOLPHO negligentius adminiſtrata, meliori ratione conſtituenda : de indicendis pro electione Romanorum Regis in annum ſecuturum comitiis, aliisque non nullis ad res RUDOLPHI pertinentibus: ſed & cauſſa MATHIAM inter atque RUDOLPHUM ſerio acta fuit : qua occaſione *Melchior* KLOESELIUS, Epiſcopus Wiennenſis, ac MATHIÆ legatus, Principis ſui agendi rationem, atque adeo utriusque regni invaſionem, ſumma eloquendi vi defendiſſe, atque præteritorum actorum neceſſitatem oſtendiſſe fertur (a).

Ceterum idem nummus iam extra dubium ponit, reliquos ſibi ſimiles, de quibus ſuperius actum eſt (b), occaſione eiusmodi conventuum & comitiorum prodiiſſe.

LII.

D. *omino* MATTHIÆ. RO: *manorum* IMP. *eratori* ET. ANNÆ CONIVG: *ibus* AVGVS *tiſſimis*. Effigies Cæſaris & Imperatricis iugatæ & coronatæ, pectore tenus cum criſpis collaribus.

NORIBERGA OVANS FELICEM GRATVLATVR INGRESSVM. Tria ſcuta ſcuta urbis Norimbergenſis nexa : adpoſita infra æra Chriſti. 1612. Tab. XVII.

Nummus hic aureus MATHIÆ Cæſari, eiusque coniugi ANNÆ Francofurto a coronatione reducibus, & *Norimbergam* ſolemni pompa ingredientibus oblatus fuit. Celebritatem huius ingreſſus carmine quodam deſcripſit *Ioan.* LASCARINUS, quod unacum nummo typis denuo publicavit Cl. KOEHLERUS *P. V. p.* 50. *Florenus aur.*

LIII.

Anterior pars aquilam bicipitem coronatam exhibet, cuius pectori ſcutum impreſſum bipartitum, *Burgundiæ* primum, deinde *Auſtriæ* teſſeris exaratum : errore videlicet ; cum altera in alterius locum ſubſtituenda fuiſſet. Additur hinc nota chronologica 1613. Aquilam circumdant ſex orbes, qui totidem Imperatores, ex AuguſtiſſimaGente Habsburgica aſſumptos, oſtendunt, fere ut ſupra tab. XIII. num. XXVIII. niſi quod in præſentia MAXIMILIANUS I. in hanc anteriorem partem retractus fuerit.

In poſteriori ſequuntur reliquorum Cæſarum, ex eadem Aug. Domo electorum, imagines, quorum ultimus MATHIAS, cuius ſymbolum : AMAT VICTORIA CVRAM in octogono coronato, in media areæ collocato, inſcriptum. Epigraphe utriusque partis coniuncta, eadem fere eſt, quæ in citato nummo, atque ſic habet : ROM *anorum* IMP. *eratores* EX SERENISS: *ima* AVSTRIA-

(a) KHEVENHILLER. ad h. a. col. 380. ſeq.

(b) Pag. 99. num. XXV. ſeq.

Tab.XVII. CA DOMO IN INVICTISS: *imi* (sequitur aversa) R *egis* MATTHIÆ. EIVSDEMQVE. DOMVS HONOREM NORIB. *ergæ* F. *ecit* C. *hristianus* M. *ahler* C. *um* PRIV. *ilegio* CÆS. *areo.*

Cum anno 1613. comitia *Ratisbonæ* celebraret MATHIAS: videtur hic illi nummus eadem occasione oblatus, quemadmodum cum laudato *Rudolphino* factum fuisse, allegato loco animadvertimus. *M. Imp. ar. & S. B. ar. fus.*

LIV.

MATTHI: *as* ROM: *anorum* IMP: *erator.* Aquila biceps Imperialis coronata, clypeum pectore gerens fere ut num. XLV. parmula Austriaca toti superimposita.

In postica clypeus a summo bipartitus, leonem *Bohemicum* & aquilam *Silesiacam* repræsentat. Adiicitur in peripheria inscriptio Germanica, occasionem nummi explicans, quæ latine sic sonat: *Præmium solemnis iaculationis Leobergæ habitæ die* 23. *Augusti* 1615. DEWERDECK. *tab.* 31. *n.* 11. *p.* 641.

MONITUM.

MAXIMILIANUS II. novem omnino filiorum & sex filiarum pater erat: ex illis tres, ex his totidem in tenera ætate obierunt. Quinque filiorum, patri superstitum, nummos iam recensuimus; egimus quippe singillatim de RUDOLPHI II. Imp. nummis, quibus addidimus nonnullos ERNESTI, fratris eiusdem, typos: data quoque opera MATHIÆ nummos exposuimus, hisce WENCESLAI fratris iconicum nummum in MAXIMILIANO III. primo loco adiiciemus: ALBERTI pariter nummos expendimus parte I. huius operis in PHILIPPO II. Hispaniarum Rege, cuius filiam ISABELLAM CLARAM EUGENIAM uxorem duxerat; reliquum itaque est, ut & MAXIMILIANI III. sed in numero fratrum, ordine *quarti*, numismata & nummos unciales in medium proferamus. Quod antequam aggrediamur, de tribus eiusdem sororibus, Augusto parenti pariter superstitibus, paucis dicendum erit. MATHIAS ROM. IMP.

ANNA, filiarum MAXIMILIANI II. Cæsaris natu maior, PHILIPPO II. Regi Hispaniarum in matrimonium data, nummos habet in PHILIPPO marito suo, Parte I. iam expositos.

Altera ELISABETHA lucem adspexit die 5. Iunii 1554. CAROLO IX. Regi Galliæ elocata, mortuo marito Vindobonam se recepit, ibique collegium Sacrarum Virginum ad Divam CLARAM instituit, & anno 1592. pie in Domino obiit. Eius nummum unicum in MAXIMILIANO II. mox sequenti, ultimo loco damus.

Tertia denique MARGARETA die 25. Ian. 1567. nata, terrena cœlesti regno postponens, monasterium ingressa, beato fine quievit 1633. nullo quantum scimus, nummo, dum viveret, honorata. Ergo ad MAXIMILIANUM. III. pedem moveamus.

MAXI.

MAXIMILIANUS III. ARCHIDUX.

MAXIMIL. III. ARCHID. SUPREMUS ORDINIS TEUTONICI MAGISTER.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

MAXIMILIANUS inter Archiduces hoc nomine III. Tab.XVIII
MAXIMILIANI II. Imp. Aug. filius, Neapoli Auſtriæ die XII. Octobris (5.) S. MAXIMILIANO ſacra, anno 1558. natus, Pragæ in aula Cæſarea unacum fratre MATHIA educatus fuit. (1.)

Princeps erat egregiis virtutibus, fortuna non æque obſequente. Nam anno 1587. Rex Poloniæ electus, dum ius ſuum contra æmulum proſequi ſtudet, pro corona captivitatem invenit. At poſt anni curriculum in libertatem vindicatus belli alenam fratris auſpiciis in Pannonia contra Turcas maiori cum ſucceſſu tentavit (6. 7.), animum ab his artibus haud alienum iam in iuventute non obſcure oſtendens (2. 3.).

Interea HENRICO de *Bobenhauſen* anno 1595. ad plures abeunte, Magiſter Ordinis Teutonici creatus, eam dignitatem nummis ad poſterorum memoriam ſedulo conſecravit: *Magnus Pruſſiæ Admiſtrator* (8-- 11.) atque *Ordinis Teutonici per Germaniam Italiamque Magiſter ſalutatus.* (13.)

Anno 1595. regimine Tyrolis atque provinciarum, in Rheni tractu ſitarum (10. 13.), cum ſuo, tum ceterorum Archiducum nomine ſuſcepto, itinera terra marique in Hiſpaniam, mox anno 1603. Romam verſus inſtituit (4.), ubique pro dignitate exceptus.

Secundum hæc reliquum vitæ quiete quidem, at non in otio transegit, atque in primis pro Domus ſuæ gloria ſollicite laboravit, diemque Wiennæ Auſtriæ 1618. die ſecundo Novembris obivit.

Eius nummi uſuales, magna copia percuſſi (8.), a concinnitate atque elegantia plurimum commendari merentur. Suntque nonnulli ponderis haud vulgaris tam in Tyroli (9.), quam Alſatia (11. & ſuppl. num. XXIV.) ſignati. Singularis eſt uncialis num. 13. depictus, quemadmodum & aureus egregiæ magnitudinis (ſuppl. num. XXII.) omnino ſuſpiciendus eſt. *Vid. plura apud* KHEVENHILLER. *Annal. Ferd.* ISTHUANFF. *alios.*

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.


I.

MATTHIAS MAXIMILIANVS. ARCHI. *duces* AVST. *riæ.* Protomæ horumce Principum iugatæ, Tab.XVIII in togis, cum criſpis focalibus, capitibus, acciſis crinibus, nudatis & ſiniſtrorſum converſis. In ſegmento brachii ſiglæ artificis A A.

ALBER-

Tab. XVIII.

Nummi MAXIMILIANI III. Archid. Ord. Teuton. Magistri.



Monum. Austr. T. II. P. II. ad p. 136. S.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab.XVIII. ALBERTVS. WENCESLAVS. ARCHIDV. *ces.* AVSTRIAE. Effigies duorum iuniorum fratrum, eodem modo, ut in anteriori parte reliqui fratres, exhibitæ : repetitis artificis ſiglis.

Ordimur MAXIMILIANI Archiducis nummos ab eleganti hoc nummo iconico, qui quaternionem fratrum, filiorum MAXIMILIANI II. Imp. in flore iuventutis affabre ſiſtit.

Priorem huius numiſmatis partem nos quoque in ſcriniis noſtris ex plumbo aſſervamus, poſtica vero in gazis aulæ Vindobonenſis reperitur : at D. *Van* LOON, loco mox citando, utramque ſimul exhibet.

Videtur autem numiſma iſthoc iconicum, valedictionis monumentum ; quando nimirum priores duo Archiduces per Belgium anno 1570. cum ANNA ſorore ſua, futura PHILIPPI II. Regis coniuge, in Hiſpaniam, ut ibidem educarentur, profecti ſunt : cum interim reliqui duo, ut eandem diſciplinam in aula Cæſarea reciperent, deſtinati erant. *V. L. tom.* 1. *p.* 130. *T. H. itemque adverſa in M. S. B. pl. averſa in M. Imp. ar. pond.* 2. *dr.*

II.

MAXIMIL *ianus* D *ei* G *ratia* ARCH *idux* AVST *riæ.* Protome Archiducis armata, cum paludamento & criſpato collari, capite aperto, ad lævam reſpiciente.

Adverſa duabus averſis iuncta fuit. Prior leonem exerta lingua exhibet in poſteriores pedes erectum, & ad pugnam paratum, addito lemmate : FORTIBVS. RESISTIT. MAXIMILIANUS III. ARCHIDUX

In altera PALLAS armata, cum galea criſtata in capite, dextra ægidem, humi poſitam tenet, inſimul aprum : ſiniſtra haſtæ ferratæ adnixa, inſimul leonem vinctos ducit. Additur lemma : FRANGIT. ET ATTOLLIT.

LUCKIUS hos nummos ad annum 1596. aut 97. refert, quibus MAXIMILIANUS exercitus Chriſtiani Imperator conſtitutus, Turcis ſeſe leonino obiecit animo.

Sed uti ex nummis ipſis incertum eſt, quo tempore cuſi fuerint : ita ex ſequenti nummo, cuius archetypon in gazis aulæ Vindobonenſis reperitur, certiſſimum fit, MAXIMILIANUM eiusmodi ſymbolis uſum fuiſſe, antequam in expeditionem aliquam iret. Id ergo unum ex iisdem deduci poſſe videtur : quod Archidux adhuc Princeps iuventutis tale ſymbolum aſſumpſerit, quo ſibi animum ad artes bellicas proclivem oſtenderet. Enim vero in priori *leo* ad certamen incenſus, *fortitudinis* utique *bellicæ* ſymbolum, exhibetur, & in altera PALLAS, belli Dea, depingitur ; ubi inſimul *aper* ferocitatem hoſtium, atque repetitum *leonis* ſimulacrum denuo fortitudinem, qua quidem hoſtium ferocitas *frangi* & enervari ſolet, denotat.

Concordat adiectum lemma, quod, laudato LUCKIO teſte, ex PROPERTIO deſumptum, initium eſt verſus, qui totus ad rem militarem pertinet :

MAXIMILIANUS I. I. ARCHIDUX.

FRANGIT ET ATTOLLIT *vires in milite cauſſa:*
Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.

LUCK. *p.* 360.

III.

Idem numiſma, ſed in cuius adverſa effigies dextrorſum ſpectat: adiecta quoque in extremo margine nota chronologica 1583. quo Archidux quintum & viceſimum ætatis annum agebat, & forte iam expleverat, id quod ratione barbæ monendum. In poſtica denique figuræ alio ſitu exhibitæ, præcedentis typum ab iconographo LUCKII inverſo ſitu repræſentatum fuiſſe arguunt. *M. Imp. ar. pond.* I. *dr.*

IV.

MAXIMILIANVS D. *ei* G. *ratia* ARCH: *idux* AV: *ſtriæ* D: *ux* B: *urgundiæ* MA. *giſterii* PRVS. *ſici* ADMI. *niſtrator.* Effigies Archiducis armata cum pallio, pectore tenus, criſpato focali, & torque, a quo inſigne *Ordinis Teutonici* dependet, ornata: capite inoperto, dextrorſum verſo.

In poſtica duo genii alati & nimbis ornati, ad littus maris globis terreſtribus inſiſtentes, ſcutum oblongum, ovatæ formæ ſuſtinent, eidemque coronam radiatam una imponunt. Præterea, qui a dextris eſt, laureolam quoque monſtrat.

Scutum medium tranſit & ſecat, atque in duas æquales devidit partes faſcia *Auſtriaca.* Superior denuo quadripartita: primo quadrante tænias *Hungaricas*, ſecundo leonem *Bohemicum* repræſentat. Tertia area a ſummo bipartita *Legionis* & *Caſtiliæ* teſſeras præbet: quarta eodem modo diviſa, *Burgundiæ* & *Tyrolis.* Infra faſciam duo quadrantes, ſimiliter quadripartiti; ſed in inferiori arcolarum ordine tertia tantum internoſci poteſt, quæ *Alſatiæ* ſymbolum continet, reliquæ exeſæ ſunt & oblitteratæ. Superior ordo complectitur inſignia *Habsburgi*, *Goritiæ*, *Wirtembergæ* & *Carinthiæ.* In receſſu non ſolum urbium ſchemata, ſed & ex utroque latere cernitur FORTUNA dea, lembo ſeu rate in mari navigans: addito in ſegmento anno æræ Chriſtianæ 1604. & in ambitu lemmate: FORTVNA *in* MAR. *i* ET: TERR A. Tab. XVIII.

Epigraphe nummi ita comparata eſt, ut primo intuitu ad expeditiones bellicas, *terra marique* ſuſceptas, ſpectare videatur. Sed cum is bello maritimo nunquam interfuerit, ad itinera potius pertinet, per *terras*, per *mare*, ſuſcepta. Nam anno ſeculari 1600. ut matrem Imperatricem inviſeret, in Hiſpaniam, & anno 1603. in Belgium ad fratrem ALBERTUM profectus eſt (a), anno 1604. bonis avibus reverſus, atque ideo hunc ei nummum oblatum fuiſſe tenendum eſt. *M. Imp. ar. pond. ſemunc. & ſicilic. fuſ.* a

V.

MATHIAS: D *ei* G: *ratia* RO: *manorum* IM: *perator* S: *emper* A: *uguſtus* GE: *rmaniæ* HV: *ngariæ* BO: *hemiæ* REX. Protome Cæſaris armata, cum paludamento & torque aurei velleris, capite

(a) Illuſtr. KHEVENHILLER, ad dd. a.a

Tab. XVIII. pite laureato, & ad lævam conversо.

MAXIMIL: *ianus* D: *ei* G. *ratia* ARC: *hidux* AVS. *triæ* Æ. *tatis* S. *uæ* LIIII: *anno*. MDCXII. Protome Archiducis eodem modo, quo MATHIÆ, exhibita, omissa tamen corona laurea, & loco aurei velleris tesseram gerit *Ordinis Teutonici*.

Cum MATHIAS anno in nummo consignato 1612. dignitatem & coronam *Imperialem* obtinuerit, videri possit, præsens numisma sub id ipsum tempus prodiisse. Sed hoc ut ne credamus, adscriptus in altera parte ætatis annus, quem tum Archidux agebat, facit. Natus est enim anno 1558. die XII. Octobris, quanquam a Illustr. KHEVENHILLERUS (a), a cuius auctoritate D. LOCHNERUS haud discedendum putat b (b), cum pluribus aliis diem III. eiusdem mensis assignet. Plus enim MENLIO apud STEYRERUM tribuendum est, ac præsertim folio cuidam membranaceo, Archiduci nostro, ut tam ex scripturæ forma, quam contextu discimus, coævo. Id enim vernacula scriptum non solum dies, annos & loca, sed ipsas etiam horas & signa cœlestia, in quibus FERDINANDI I. & MAXIMILIANI II. liberi nati sunt, accurate describit, atque dies etiam emortuales, & loca sepulturæ adiicit, eorum, qui tum temporis iam obierant. De MAXIMILIANO igitur nostro ibidem legimus, quod natus sit Neapoli Austriæ mensis Octobris die XII. S. MAXIMILIANO sacro, inter horam 10. & 11. nocturnam, in signo Scorpionis. MAXIMILIANUS III. ARCHIDUX.

Hæc dum velut in transitu monemus, consentaneum est, ut nummus ante dictum diem cusus haud sit; atque adeo ad autumnum eiusdem anni referri debeat. Convenerunt nimirum statim post reditum a coronatione ambo fratres *Pragæ*; cum ut defuncto fratri iusta solemni pompa persolverent, tum ut bona, a defuncto sibi relicta, herciscerent (c). Manfit autem Archidux ad finem circiter Octobris, in quod proinde tempus nummi huius epocha incidit. *M. Imp. ar. pond. semunc.* c

VI.

Adversa eadem prorsus est, quæ in præcedenti aversam constituebat.

In postica castra stativa munita conspiciuntur. Ad ea duplex aditus est, atque priori MARTIS simulacrum, seu figura militaris insistit, dextra hastæ innixa, sinistra umbonem demittens. Additur lemma, seu tessera militaris: MILITEMVS.

Non est dubium, quin hic quoque nummus ad idem tempus referendus sit. Adludit autem ad expeditiones, in quas MAXIMILIANUS olim in Hungaria contra Turcas annis 1594. 1595. & 1597. ivit; quo in munere hostes nonnunquam cæcidit, iisque aliquot loca munita eripuit; ut ex laudato Illustr. KHE-

(a) In vita eius Conterfet tom. I. p. 95.
(b) Collect. numm. an. 1742. p. 132.
(c) KHEVENHILLER. Annal. Ferd. tom. VII. p. 480. seq.

MAXIMILIANUS III. ARCHIDUX.

KHEVENHILLERO, ISTHUANFFIO, aliisque diſcimus. *M. Imp. ar. pond. ſeſqui-ſicilic.*

VII.

Nummus hic haud multum differt a præcedenti niſi modulo & forma orbiculata. Deſunt quoque anni ætatis Principis: nec etiam porta caſtrorum aperta eſt, ut in priori. Quæ ſingula tamen non obſunt, quin eiusdem ſit argumenti; niſi forte ex faciei habitu, ex quo ætatis ſic ſatis adhuc florentis eſſe videtur, ſub id ipſum tempus cuſum dixeris, quo ſub Cæſaris & fratris RUDOLPHI auſpiciis ſummum in Pannonia imperium tenuit. Neque enim audiendus eſt LUCKIUS, quando eundem ad annum 1587. quo Archidux contra Succiæ Regem, Poloniæ regni adipiſcendi ergo, bella movit, reponit. Nam ſi hoc, haud dubie in adverſa *electi Poloniæ Regis* titulum legeremus. LUCK. *p.* 302. *M. Imp. au.* 3. *duc.*

UNCIALES.

VIII.

† MAX: *imilianus* D *ei* G: *ratia* ARCH: *idux* AVST: *riæ* DVX BVR: *gundiæ* MAG: *nus* PRVSS: *iæ* ADMI *niſtrator.* Archidux integra figura cataphractus, in pedes erectus ſiſtitur, adverſo corpore, ſtans in pavimento teſſellato; dextra gladium bellatorem cuſpide inverſa tenet, ſiniſtra ad latus compoſita. In capite pileum Archiducalem geſtat, atque collari criſpato, pro more ſeculi, ornatus, pallio inſuper Ordinis Teutonici, cui ſupra humerum ſiniſtrum crux impreſſa, indutus; maioris formæ cruce, eiusdem Ordinis inſigni, thoraci ſignata. Ad latera in umbone hinc leo, exerta lingua, cernitur, ſcutum *Auſtriæ* ſuſtinens: inde ad lævam galea coronata, & pavoninis pennis criſtata. Tab. XVIII.

In averſa ſiſtitur eques cataphractus, galea coronata & criſtata ornatus, vexillum dextra tenens, equo inſidet armato & phalerato, ac in dorſuali parmulis conſpicuo, ſiniſtrorſum currente. Margo nummi xv. parmulis cingitur. Maxima harum ſub ipſo equite, interpoſita tantummodo æra Chriſtiana 1603. crucem complectitur, Ordinis *Teutonici* ſymbolum. Quæ inter hanc & vexillum equitis a fronte extant VII. minora ſcutula, teſſeras *Bohemiæ*, *Caſtellæ*, *Auſtriæ veteris*, *Carinthiæ*, *Carniolæ*, *Habſburgi* & *Alſatiæ* continent: reliquæ VII. a tergo equitis deſcendentes parmulæ inſignia continent *Goritiæ*, *Tyrolis*, *Styriæ*, *Burgundiæ*, *Auſtriæ recentioris*, *Legionis* & *Hungariæ.* Nec ipſe ornatus vexilli & phaleræ equi eiusmodi ſymbolis ſcutariis, quaſi opere phrygio elaboratis, deſtituuntur; recurrunt namque tæniæ *Hungaricæ*, leo *Bohemicus* & *Habsburgicus*, aquila *Tyrolenſis*, cetera. Poſtremo eques ille cataphractus pugione, ab aliis necdum obſervato, præcinctus eſt, qui ut oculis intuentium appareat, dextro latere alligatus eſt.

Utramque huius uncialis faciem ab antiquiſſimo nummorum

Tab. XVIII.

rum Auſtriacorum typo mutuatam eſſe, recte monet Cl. a
a MELLEN (a). SIGISMUNDUS namque Archidux & Comes Tyrolis, quem in ſignandis nummis uncialibus primum fuiſ-
b ſe aſſeruimus (b), ſimilem plane nummum iam tum anno
c 1486. cudi curavit (c). Tenemus itaque, hunc uncialem in Tyroli cuſum fuiſſe, quod confirmat margo eius extimus, qui notam officinæ, de qua ſupra iam diximus, manifeſte iterum præfert. *M. D. a* ROSENTHAL. MELLEN. *p.* 164.

Magnam horumce uncialium partem aliquando cuſam fuiſſe neceſſe eſt; cum non modo diverſorum annorum exempla habeamus, ſed & eodem anno 1603. tres formæ nummariæ eiusdem typi confectæ fuerint. Ex his duas iam ob-
d ſervavit LOCHNERUS (d), quarum altera axioma *Archidux* tribus duntaxat litteris ARH exprimit. Huius formæ nummum etiam vidit Cl. de GUDENUS, eamque omiſſionem diligenter adnotaſſe eidem auctori dicitur. Alterum eiusdem anni ectypon, cuius archetypon tam in nummotheca noſtra, quam etiam apud Cl. D. a ROSENTHAL aſſervatur, in præſentia deſignari curavimus. Tertium denique ibidem oſtenditur, ubi inter cetera hoc diſcrimen obſervare licet, quod in adverſa leo alio nonnihil ſitu compareat: lingua præterea haud quaquam, ut in priori, exerta. Pavimentum quoque, cui Archidux inſiſtit, ſtellulis conſitum eſt, & in averſa equus brevior contractiorque, ut ſic dicam, apparet, ut minutiora cetera omittamus. MAXIMILIANUS III. ARCHIDUX.

Præter hos, alios quoque diverſorum annorum enumerat laudatus LOCHNERUS. Nos in nummotheca noſtra præter iam adductos ſequentes adhuc adſervamus. Primus eſt de anno 1611. cum hoc præcipuo diſcrimine, quod Archidux in nullo pavimento conſiſtens, calcaribus quoque inſtructus ſit. Scribitur etiam in epigraphe: AV: contractis litteris, itemque ADM: ſecus ac in hoc præcedenti. Hunc etiam BANAGIA vidit, ut ex eius catalogo MS. ſæpius laudato, diſcimus. Similem recenſet LOCHNERUS loco citato.

Alter eſt anni 1613. cum hac differentia: quod in adverſa pavimentum pariter omiſſum ſit, atque aream orbis, in modum laureæ efformatus, circumdet. Inſcriptio ei, quem hic depingi curavimus, reſpondet. In averſa vero dorſuale alias quoque teſſeras, aut alio ſaltem ordine collocatas, præfert: ut tænias *Hungaricas*, leonem *Bohemicum*, aquilam *Tyrolenſem*, ac leonem *Habsburgicum* &c. Parmulæ denique, in orbem collocatæ, ovatæ ſunt formæ, atque pulcherrime marginatæ. Hunc in curioſorum gratiam ſupplementis noſtris num. XIX. inſeruimus.

Habentur etiam eiusdem typi minores nummi, non minus

(a) Loc. ſæpe cit. p. 167.
(b) Parte 1. huius Nummorhecæ Proleg. ult.
(c) Conf. laud. MELLEN. p. 155.
(d) Loc. ſupra cit. p. 130.

Tab. XVIII.

MAXIMILIANUS III. ARCHIDUX.

nus eleganter fabrefacti, cuiusmodi in nummotheca noſtra tres aſſervantur. Primus in ſupplementa noſtra ad num. xx. relatus, de anno 1614. quæ nota non ſupra ſcutum *Teutonicum*, ut in aliis, ſed ſubtus illud in margine legitur: & in adverſa galea dextrum, leo ſiniſtrum latus occupat. In area quoque hinc & inde ſiglæ c & o obſervantur, monetarii, ut ad num. x. dicemus, ſiglæ.

Alter ex argento inauratus, duas drachmas appendens, ad annum 1612. pertinet: in ſupplementis noſtris num. xxi. depictus. In imo averſæ prope ſcutum *Teutonicum* hinc & inde 1 & 1 uncinis incluſum, cernitur, monetarii, ut videtur, ſignum.

Tertius nota temporis deſtitutus, at eiusdem ponderis, cum mox ſequenti quadruplici Imperiali, ſeu *Thalero*, maximam partem convenit.

IX.

Differt ternio hic argenteus a præcedenti fere magnitudine tantum. Hic tamen laurea aream ambit, atque in imo numerus anni 1614. adſcribitur: epigraphe denique in nonnullis duntaxat litteris variat.

In eadem epigraphe ſiglas illas MA cum LOCHNERO, qui eundem hunc nummum producit, *Magnus* interpretor: quæ vox reſpectum habet non tantum ad titulum *Adminiſtratoris*, ſed etiam ad axioma *Magiſtri*, quod in aliis MAXIMILIANI uncialibus occurrit. Titulus vero *Magni*, ſeu *Magiſterii Boruſſiæ Adminiſtratoris*, Præſidi *Ordinis Teutonici*, ſeu *Hoſpitalis* S. MARIÆ *Hieroſolymitanæ*, iam circa annum 1229. obvenerat, quo Ordinis Equites e *Palæſtina* in *Boruſſiam* migrarunt, ibique ampliſſimus terrarum tractus ſupremo eorum Magiſtro in præmium navatæ operæ ceſſit. Is vero ſeculo XVI. in *Ducatum* abiit, & anno 1657. ſupremum eiusdem imperium Domus Electoralis Brandenburgica obtinuit (a). Ceterum *ſupremi Ordinis Præfecti* ſe non raro ſcripſerunt: *Ordinis Teutonici per Germaniam & Italiam Magiſtros*, quo titulo, ut poſtea videbimus, & ipſe Archidux noſter uſus fuit. *M. S. B. ar. deau. pond.* 3. *unc.* LOCHN. *ad an.* 1742. *eiusd. pond. & M.* BUOL. *ar. pond.* 1. *unc.*

a

Præter hos argenteos etiam aureos eiusdem typi & moduli ſignari fecit MAXIMILIANUS. Eiusmodi inſignem non ita pridem nobiscum communicavit Reverendiſſ. & Ampl. D. PHILIPPUS IACOBUS Abbas S. PETRI, ponderis ſeptem ducatorum, de anno 1610. qui præ ceteris iam adductis, id ſingulare habet, quod pallium Archiducis opere phrygio ſplendidiſſime textum appareat, & in averſa crux *Ordinis Teutonici*, quam alias ex auro conſtare ex MELLENIO ſtatim docebimus, in campo quoque aureo, cum albus eſſe deberet, exarata ſit. Eum proinde ſupplementis noſtris num. XXII. merito lubentes inſeri curavimus.

X.

(a) Conf. tamen LUDEWIG in dem vertheidigten Preuſſen.

Tab. XVIII.

X.

MAXIMIL*i* ANVS : D *ei* G. *ratia* ARC: *hidux* AV: *ſtriæ* DVX: BVR: *gundiæ* STIR: *iæ* CARN (*Carinthiæ*); nam in poſtica tituli ita continuantur: ET: CARN: *iolæ* MAG: *nus* PRVSS: *iæ* ADMI: *niſtrator* COMES: H: *absburgi* ET: TIROLI*s*. Protome Archiducis armata, cum pallio focali criſpo & teſſera *Ordinis Teutonici* ornata, cum barba, acciſis crinibus, inoperto capite, ſiniſtrorſum verſo; addita hinc inde æra Chriſtiana 1615. In ſegmento ſub axilla ſiglæ artificis, uncinis incluſæ c o.

In averſa præter iam recitatos titulos cernitur ſcutum quadripartitum, impoſito pileo Archiducali. I. quadrans tænias *Hungaricas*, II. leonem *Bohemicum*, III. iunctas parmulas *Auſtriæ* & *Burgundiæ*, IV. aquilam *Tyrolenſem* cum leone *Habsburgico* ſiſtit: quadrifidam hanc ſcuti ſectionem efformat crux, toti ſuperimpoſita, quæ eſt *Ordinis Teutonici* ac *ſupremi* eius *Magiſtri* ſymbolum.

Crucem iſtam paucis, ſed erudite exponit Cl. a MELLEN. a (a), cuius verba iuvat huc adferre: „ Hæc olim *nigra* tantum „ *crux* fuit, *albo* pallio vel „ ſcuto argenteo impreſſa, ex „ quo COELESTINUS III. Papa „ Ordinem iſtum an. 1192. „ confirmavit; ſed poſtea IO„ ANNES Rex Hieroſolymitanus „ nigræ illi cruci ſuperinduxit „ *auream*, cuius extrema LU„ DOVICUS IX. Galliæ Rex, e „ Palæſtina redux, quatuor liliis „ eiusdem metalli ornavit. Scu„ tum vero medium, quod *a*„ *quilam nigram in campo aureo* „ expanſam præfert, FRIDERI„ CUS II. Imp. addidit. „ His addi poſſunt dicta a nobis tomo I. Monument. (b) MELL. b *p.* 168. *M. S. B. ar. pond.* I. *unc.* MAXIMILIANUS. III ARCHIDUX.

Alius a nobis pene omiſſus in eadem nummotheca aſſervatur, de anno 1613. quæ nota ſub brachio Principis dextro legenda. In eo vox CARINT. emendate ſcribitur. Id præterea ſingulare habet, quod area utriuſque partis corona laurea cincta ſit. Eum proinde haud omittendum, quin potius in ſupplementis noſtris num. XXIII. exhibendum duximus.

XI.

Adverſa fere ut numero præcedenti, niſi quod æra Chriſtiana 1617. non in medio umbonis, ſed in ſegmento compareat, & Archidux hic ſquammeum thoracem gerat, ſupra dextrum humerum medio leonis capite ornatum.

Poſtica quoque priori conformis eſt, ſed ſcutum maius maiori ſtudio elaboratum hic ſiſtitur, additæque ei ſunt ad latera parmulæ, pileo Archiducali tectæ, hinc inſignia *Alſatiæ*, inde Comitatus *Pherretarum* præferentes, quamobrem tituli pariter in fine perigraphes variant; cum non, uti in antecedenti nummo factum, ſe *Comitem Habsburgi* & *Tyrolis* nominat; ſed ſcribitur: LAND: *gravius* ALS: *atiæ* CO: *mes* FE*rretanus*

(a) Loc. cit. p. 169.

(b) P. 143. §. XXXII.

MAXIMILIANUS. III. ARCHIDUX.

tanus, ut ſcilicet tituli prædictis parmulis reſpondeant. *M. S. B. ar. pond.* I. *unc.*

Inſignis eſt eiusdem typi binio argenteus, nunc in eodem muſeo noſtro aſſervatus, quem ut ſicco veſtigio prætereamus, a nobis impetrare haud potuimus. Eius deſignatio videatur in ſæpe memoratis ſupplementis num. XXIV.

XII.

Uncialis hic per omnia ſimilis illi, quem ſupra num. X. exhibuimus, quin ab eodem artifice, qui ſiglas ſuas c o. hic repetit, percuſſus; ſed triennio poſt, ipſo ſcilicet emortuali Archiducis anno, in adverſa expreſſo.

Monuit quidem LILIENTHALIUS, unciales MAXIMILIANI numero anni 1618. notatos, falſis & ſupoſititiis adſcribendos. Sed cum duo eiusdem anni exempla, quorum alterum hic oculis ſubiicimus, alterum autem præcedenti, excepta nota chronologica, quæ tamen ſimiliter ſub brachio Archiducis dextro ſita eſt, reſpondet, in nummotheca noſtra oſtendantur, quæ omnes authentiæ notas præferunt: non videmus, qua ratione *ſuſpecti* dici poſſint. Quocirca tamen non negabimus, aliquos ſaltem ab impoſtoribus adulteratos ſeu ſuppoſitos fuiſſe, quod tamen an revera factum fuerit, nec ne? nos equidem latet. *M. S. B. ar. pond.* I. *unc.*

XIII.

MAX: *imilianus* D: *ei* G: *ratia* ARCH: *idux* AVST: *riæ* DVX: BVR: *gundiæ* MAG: *nus* PRVSS: *iæ* ADMINISTR *ator*. Epigraphe hæc in averſa ita continuatur: ET. ORDI. *nis* TEVTO. *nici* PER. GER. *maniam* ITA: *liam* MAGIS: *ter* COM: *es* HAB: *sburgi* ET: TI *rolis*. Protome Archiducis cataphracti, teſſera *Ordinis Teutonici* & focali criſpato ornati, inoperto capite, & acciſis pro more crinibus, dextram faciei partem obvertens. Tab. XVIII.

In averſa ſcutum, galero Archiducali tectum, quindecim omnino laterculos continet, cruce *Ordinis Teutouici* denuo diſtinctos. Supremo loco ſcuti hinc leo *Bohemicus*, illinc tæniæ *Hungaricæ* occurrunt: his ſubſtant longa ſerie *Carinthiæ*, *Styriæ*, *Burgundiæ*, *Auſtriæ novæ Legionis*, & *Caſtellæ* ſymbola. In inferiori parte ſcuti ſequuntur parmulæ hoc ordine: *Goritiæ*, *Tyrolis*, *Kyburgi* & *Alſatiæ*: his inſeruntur parmulæ triquetræ Comitatus *Habsburgenſis* & *Pherretani*. Pedem clypei occupant quinque aves, quas *veteris Auſtriæ* dicunt teſſeram.

Nummum hunc, quem ob defectum notarum chronologicarum ultimo loco inter uncia-les damus, merito ſuo, cum ob titulorum & parmularum pluralitatem, tum ob concinnitatem & elegantiam, ceteris anteferre potuiſſemus, non in *Tyroli*, ſed in *Bohemia* percuſſum exiſtimamus; propterea quod in ſcuto averſæ partis, inſignia *Bohemica*, præter morem, *Hungaricis* antepoſita eſſe animadvertimus. *M. S. B. ar. unc. & ap.* MELL. *p.* 170.

Pro

Tab. XVIII. a

Pro coronide addimus Groſſum Tyrolenſem, ex recens Groſſorum Scriniis eductum (a), atque in ſupplementis noſtris num. XXV. repetitum.

Eius adverſa effigiem Archiducis pectore tenus exhibet, teſſera aurei velleris conſpicuam, capite nudo ad lævam converſo, adiecta epigraphe: MAXIMILI. *anus* D. *ei* G. *ratia* ARCH. *idux* AV: *ſtriæ* DVX BVR: *gundiæ* MAG: *iſterii* (ſequitur epigraphe averſæ) PRVSS: *ici* ADMI: *niſtrator* COMES: HAB: *sburgi* ET: TIRO *lis*.

Tria ſcuta colligata, teſſeras *Tyrolenſem* (quæ primo loco poſita, nummum ea in provincia cuſum fuiſſe indicat) *Auſtriacam* & *Burgundicam* referentia. Superne in margine numerus arabicus 3. nota valoris eſt, & in adverſa ſiglæ c. & o. ſub brachio Principis poſitæ, monetarii eſſe videntur.

Suſpiciendus eſt hic nummus ob id; quod Archiducem cum aureo vellere repræſentet, ut qui in ceteris omnibus cum Ordinis Teutonici teſſera apparet.

Reliquum iam eſt, ut nummum quoque ELISABETHÆ, Sororis MAXIMILIANI, Franciæ Reginæ, in medium proferamus. Hunc dabimus tali forma, quali in tabulis HERÆI reperimus, id eſt,, typis magnitudine diverſis, ſed additis ad æqualitatem efficiendam orbibus; ut ex adverſis duorum nummorum, protomæ mariti & uxoris conſpici queant. MAXIMILIANUS III. ARCHIDUX.

XIV.

CAROLO NONO REGI PIISSIMO. Protome Regis Galliarum, veterum more armata, cum pallio, capite laureato, acciſis crinibus, dextrorſum verſo.

ELIZABET. *a* D. *ei* G. *ratia* FRANCORVM REGINA. Protome Reginæ, pro more ſeculi comptæ, focali & cimeliis ornatæ. *T. H.*

Alius item huius Reginæ nummus, maximi moduli, cuſus fuit, cum illa mortuo marito an. 1582. die v. Martii fundamentum templi Regalis monaſterii, Ordinis S. CLARÆ, Vindobonæ poni iuſſit; ſed quia idem nummi typus in litteris fundationis eiusdem monaſterii ſigilli loco ex auro repetitus fuit, eius delineationem ad cetera eiusdem monumenta ſepulcralia reſervavimus.

CAROLUS ARCHIDUX.

LINEÆ STYRENSIS SATOR.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

CAROLUS FERDINANDI I. Imp. filius, quarto loco natus, in hanc lucem anno 1540. die III Iunii venit. Ab Hiſtoricis *Styrenſis*, ſeu *Græcenſis* audit; eo quod *Styriæ*, *Carinthiæ*, *Carniolæ* & *Goritiæ* Dominus (4. 10. 12.) ſtabilem Græcii in Styria ſedem fixerit. CAROLUS ARCHIDUX. Tab. XIX.

(a) Suppl. I. tab XVI. n. 168. p. 164.

CAROLUS ARCHIDUX. Princeps erat pius, iuſtus, moderatus, varioque virtutum genere ornatus, atque litteris etiam probe excultus. Is anno 1568. a MAXIMILIANO II. Imp. ac fratre, in Hiſpaniam ad PHILIPPUM II. Regem miſſus (3.), rem ſuam ſtrenue iuxta ac prudenter, licet non pari felicitate, executus eſt. Hinc anno inſecuto redux in patriam (4. 6.) non multo poſt, id eſt: anno 1571. MARIAM, ALBERTI V. Ducis Bavariæ filiam, matrimonio ſibi copulavit: ex qua *multa regia prole* beatus (7.) quindecim nimirum liberorum pater, atque adeo lineæ *Styrenſis*, heu! ultimæ, ſator & propagator extitit. Tab. XVIII.

Belli non minus, quam pacis artibus inſtructus, contra Chriſtiani nominis hoſtem nonnunquam in expeditionem ivit, atque inprimis anno 1584. fines ſuos contra eorundem invaſionem egregie tutatus eſt (5).

Obiit anno 1590. die VII. Iulii: cum vixiſſet annos quinquaginta. Familiare ſymbolum: AVDACES FORTVNA IVVAT (1–5.) in tenera iuventute adſcitum (1.) per reliquum vitæ tempus conſtanter frequentavit.

Nummi eius uſuales tam ex auro, (11–13.) quam ex argento (10. 14. 15.) in Styria, potiſſimum autem in Carinthia cuſi ſunt. Ex uncialibus unicum (10.) eumque a MELLENIO mutuatum, producimus: non dubii plures tam huius, quam omnis generis alios, in muſeis inſtructioribus reperiundos. KHEVENHILLER *Conterf. tom.* I. *p.* 4. ANDRIAN. *alii.*

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. XIX. CAROLVS. ARCHIDVX. AVST: *riæ* AETA: *tis* SVAE. 14. ANNO SALV: *tis* 1553. Protome Archiducis, iuvenili facie, veſte, pro more ſeculi inciſa, induti. Collare inſuper gerit criſpum, caputque pileolo criſtato obtectum, & dextrorſum converſum eſt.

In poſtica figura muliebris tunicata & ſuccincta, globo alato in medio mari inſiſtens, velum, vento inflatum, expandit. In receſſu ædium atque arborum facies. Additur in margine lemma de VIRGILIO (a) a deſumptum: FORTVNA. AVDACES. IVVAT. quod tamen apud eundem, metri cauſſa, paullo aliter, nimirum ut infra num. III. legitur. *Audaces* dicit, id eſt *fidentes.*

Notæ anni ætatis & anni ſalutis in nummo hoc iunctim adpoſitæ, ſibi recte conſtant, ut ex dictis patet.


De occaſione eiusdem non tam proclive eſt dicere. Id unum tamen, quod inde addiſcimus, ſingulare eſt: quod Archidux veniam ætatis nondum conſecutus, regnantium ad inſtar, ſymbolum iam aſſumpſerit, in tota reliqua deinceps vita haud amplius dimittendum.

De


(a) Æneid. x. 284.

Carolus Archid. Auſt. lineæ Styrenſis ſator.


I.




II.



III.



IV.



V.



VI.



VII.



VIII.




IX.



X.




XI.




XII.




XIII.



XIV.



XV.



Monum. Auſtr. T. II. P. II. Petr Maÿr del. et Sculpsit. ad p. 146. T.

Tab. XIX. De *Fortunæ* ſimulacro ut non nihil dicamus, pertinent huc PACUVII apud auctorem a Rhetoric. ad HERENNIUM (a) verſus:

FORTUNAM *inſanam eſſe, & cæcam*
& brutam perhibent Philoſophi;
Saxoque inſtare illam globoſo
prædicant volubilem.
Quia quo Saxum impulerit Fors,
eo cædere FORTUNAM *autumant.*

In nummis veterum Romanorum FORTUNA non quidem globo inſiſtens depingitur, nec etiam velum ſupra caput expandens: ſed altera manu cornucopiæ, altera vero gubernaculum navis, globo impoſitum, tenens, ſatis frequenter exhibetur. Hic tamen FORTUNAM æque repræſentari, cum ex epigraphe, tum ex globo, cui inſiſtit, intelligitur; id quod etiam de nummo ſequenti dicendum: licet, quod figura illa fronte capillata ſit, OCCASIONEM magis quam FORTUNAM denotare videatur, ſecundum illud CATONIS in diſtichis:

Rem tibi, quam noſces aptam,
dimittere noli:
Fronte CAPILLATA *eſt, poſthac*
OCCASIO CALVA.

Sic nempe depingebant veteres; adſignificantes prehendi poſſe, cum præſto; cum vero elapſa tergum vertit, reprehendi haud poſſe.

Sive autem FORTUNA ſive OCCASIO, ſive denique utraque ſubintelligatur: ſenſu certe ſacratiori, ut Chriſtianum Principem decet, omnia hic accipienda ſunt: ita quidem, ut FORTUNA hic non pro cœca illa Æthnicorum dea, ſeu ſubito, nec opinato rerum eventu, ſed latiori ſenſu, &, ſi lubet, pro *Divina providentia* accipienda ſit, quæ adiuvare ſolet eos, qui *fiduciam* in eam collocant. *Audax* enim etiam pro eo, ac *fidens* accipitur. *M. Imp. ar. fuſ. pond. 2. dr.* CAROLUS ARCHIDUX.

II.

CAROLVS. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Protome CAROLI armata, capite nudo, acciſis crinibus, ad lævam converſo.

Averſa præcedenti fere ſimilis: niſi quod e longinquo non domus & arbores, ſed quaſi caſtrum & mœnia appareant. FORTUNA quoque nuda & alata (ad indicandam nempe eius volubilitatem) a vento impetitur.

Qua occaſione hic ſymbolum ſuum repeti voluerit Princeps, incertum eſt. Nec aliud ſane ſecurius ſtatui poterit, quam nummum, qui nobis in auro ſolummodo occurrit, pro *honorario* adhibitum fuiſſe; quo nimirum Archidux bene meritos remuneraret. *M. D. de* FRANCE *au.* 2½. *duc. & in M. S. B. eiusdem ponderis & metalli.*

III.

Antica cum præcedenti ferme convenit: in fine tamen epigraphes numerus anni 1567. adiicitur.

In poſtica *Fortunæ* ſeu *Occaſionis*, ut ad num. 1. diximus, ſimu-

(a) Lib. II. cap. 23.

CAROLUS ARCHIDUX.

ſimulacrum, expandens ante ſe velum, ac duobus delphinis inſiſtens, in medio mari a vento promovetur: addito ſueto *Virgiliano* hemiſtichio: AVDACES FORTVNA IVVAT.

Anno in adverſa notato, viſum erat Cæſari, fratrem ſuum CAROLUM ob varias cauſſas publicas, quas inter erat: res Belgicas componere, ad PHILIPPUM Regem in Hiſpaniam mittere. Profectio hæc inſequenti primum anno ab Archiduce ſuſcepta fuit; unde colligimus, nummum hunc cum ſueto CAROLI ſymbolo, ea occaſione velut in anteceſſum ſignatum fuiſſe (a). *V. L. tom.* I. *p.* 126.

a

IV.

CAROLVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX. AVSTRIÆ. ZC *et cetera.* Quinque parmulæ umbonem implent: eæ vero ita ſunt diſpoſitæ: in medio comparet ſcutum *Auſtriæ*, pileo Archiducali tectum, partim ſupra & partim infra legitur æra Chriſtiana 1569. A dextris ſcutum *Styriæ*, a ſiniſtris *Carinthiæ*, in linea inferiori dextra ſcutum *Carniolæ*, ſiniſtra *Goritiæ*: ſingula ſcuta, hoc poſteriori ſolo excepto, Principum pileis ſunt tecta.

Averſa cum num. II. fere in omnibus convenit.

Quatuor hæc ſcuta parmulam *Auſtriacam* circumdantia, totidem provinciarum ſunt, quibus CAROLUS, dum viveret, imperitabat. Eas vero cum iam anno 1569. adiret, conſequens eſt, ut nummus alia occaſione, quam forte præſtiti homagii, ſignatus ſit; nimirum, niſi vehementer fallimur, a dictis provinciis oblatus fuit, cum Archidux ex itinere Hiſpanico feliciter ad ſuos rediit. *M. S. I. Vindob. a.* Tab. XIX.

V.

Adverſa num. II. ferme reſpondet, imagine tamen dextrorſum locata, ſcribiturque ARCH. DVX pro ARCHIDVX.

Averſa alteri, num. I. exhibitæ, ex aſſe reſpondet, cum hoc diſcrimine, quod figuræ inverſo ordine collocatæ ſint: quem errorem in LUCKIO, ex quo præſens numiſma deſumptum fuit, frequentiſſime occurrere, ſæpius animadvertimus. Idem auctor nummum hunc ſignatum eſſe coniicit anno 1566. quo CAROLUS in Pannonia expeditioni contra Turcas interfuit: quod quidem ſuo loco relinquimus.

Quod ſi tamen ob geſta quædam bellica prodiiſſet, maiori certe iure ad annum 1584. quo idem Princeps per *Joſephum* TURRIANUM Turcas, ditiones ſuas invadentes, cæſis ad *Sivinam* quatuor millibus virorum, fudit fugavitque, (b) referendus fuiſſet; cum oris habitus, in adverſa expreſſus, cum proxime antecedentibus collatus, ſummopere ſuadeat, illum ad recentiora, nobisque viciniora tempora pertinere. LUCK. *p.* 220. b

Num-

(a) LETI la vie de PHILIPPE II. T. III. p. 343. & 353. ſeqq.

(b) Vid. ISTHUANFF. lib. XXV. pag. 343. & KHEVENHILL. ad h. a. col. 328.

Tab. XIX.

NUMMI ICONICI.

VI.

CAROLVS ARCHIDVX AVSTRIÆ. 1569. Protome Archiducis in toga & pallio, cum criſpo collari, capite nudo, acciſis crinibus, ad lævam converſo.

Incidit hæc æra iterum in reditum CAROLI ex Hiſpania; unde coniectura eſſe poſſet, numiſma eadem occaſione fuiſſe conflatum: ſed pallium, ab Hiſpanis tantopere frequentatum, in cauſſa eſt, ut eundem Archiducis, adhuc in Hiſpania verſantis, honoribus conſecratum fuiſſe cenſeamus.

Numiſma ab initio unilaterale fuiſſe, archetypon, in gazis aulæ Vindobonenſis, aſſervatum ſuadet: eidem tamen HERÆUS in ſuis tabulis ſequens numiſma ovatum, ſed orbe, quo illud alteri æquaret, circumdatum, adiunxit, ut connubii duntaxat nexum, qui anno demum 1571 ſecutus eſt, indicaret. *M Imp. ar. pond.* I. *unc. M. S. B. ær. deaur.*

VII.

† MARIA. ARCH *iduciſſa* AVS. *triæ* DVC. *iſſa* BAV. *ariæ* MVLTA. ET REGIA. PROLE. RARA. MATER. PIA. FOELIX. Protome MARIÆ adverſa fronte, cum lato & criſpo collari, nec non calantica, cuius turbo faſcia cinctus eſt, in capite.

Laudatur hic MARIA, ALBERTI V. Bavariæ Ducis filia, quam CAROLUS anno 1571. uxorem duxit, a numeroſa ſobole, eidem genita; utpote quorum numerus ad quindecim aſcendit, de quibus plerisque nos poſtea acturi ſumus. *T. H.* CAROLUS ARCHIDUX.

VIII.

Adverſa pars num. II. reſpondet. Poſtica inciſa eſt, non cuſa. Conſpicitur in illa avis in fronde, ſeu intra lauream: quæ pro ornatu habemus potius, quam pro emblematica aut certa ſignificatione. *M. Imp. ar. pond.* I. *dr.*

IX.

CAROLVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX. AVSTRIÆ. ETC. *etera.* Protome Archiducis armata, fere ut num. III. ſed hic aureo vellere conſpicuus eſt, quod in præcdentibus nuſpiam apparet: niſi quod num. V. tænia a collo dependeat, ea ratione, ac ſi vellus ipſum ſub paludamento, ad pectus reducto, lateret. Poſtica deeſt. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc. Item ibid. æ. pariter ſine averſa.*

UNCIALIS.

X.

CAROLVS: D: *ei* G: *ratia* ARCHI. DVX. AVSTRIÆ. Imago Principis cataphracta, ad crura uſque. Dextra ſceptrum tenet, in humerum reclinatum dextrum, ſiniſtra capulum gladii bellatoris, cum pileo Archiducali in capite, ad lævam converſo.

In averſa continuatur titulus: ET: CARINTHIÆ. Z. C. (*et cetera*) 1580. Scutum quadripartitum: primus quadrans tænias *Hungaricas*, ſecundus leonem *Bohemicum* exhibet: tertius quadrans ex repetitis *Caſtellæ* & *Arragoniæ* ſymbolis quadri-

CAROLUS ARCHIDUX.

partitus est, eodemque modo quartus tesseras *Austriacas* & *Burgundicas*, sibi quadrifariam oppositas habet. Toti vero incumbit parmula *Carinthiæ*; cuius Ducatus etiam inter titulos CAROLI expressa fit mentio. Quatuor porro maioris scuti latera totidem minores parmulæ claudunt: quarum suprema fasciam *Austriacam* refert: illa, quæ ad dextram posita est, *Styriam* designat: quæ siniſtram occupat, aquilam *Tyrolensem* complectitur: & infima denique leonem *Goritiensem* continet.

Hæc quatuor scuta ideo seorsim expressa & velut in illustri posita videntur; quod earundem provinciarum tesseras referant, quarum regimen Archidux iam anno 1569. ut diximus, adiit, excepto quod tessera *Carinthiæ*, cui provinciæ nummus ortum suum debet, in medium scutum, locum videlicet honorabiliorem, recepta sit. Deinde tessera *Austriaca* ut Archiduci competit. De titulo denique *Archiducis Carinthiæ* alibi actum est. MELL. *p.* 162.

Hunc unicum CAROLI nummum uncialem, ex MELLENIO desumptum, in medium proferre possumus: cum contra BANAGIA in catalogo MS. nummophylacii Archiducalis mentionem ingerit de floreno CAROLI, quem hunc fere in modum describit: „ CAROLVS D. G. „ ARCHIDVX AVST. Caput CA- „ ROLI *Styrensis*. DVX BVRG. STY- „ RIÆ. 1589. Insignia.

Alius uncialis de anno 1574. producitur in *Observationibus Hamburgensibus* ad an. 1702. p. 225. Eius antica cum hoc *Melleniano* fere convenit: in postica autem panthera *Styriæ* repræsentatur, cum continuatione tituli: DVX. BVRGVNDIÆ. STYRIÆ. Z C. 1574. Tab. XIX.

MONETÆ.

XI.

CAROLVS. DEI. G. *ratia* ARCHI. DVX: AVSTRIÆ. ET. CARINTHIÆ. Z C. (*et cetera*). 1567. Hæc utriusque partis epigraphe.

Archidux in pedes erectus, toto corpore cataphractus, barbatus, cum pileo Archiducali in capite, adversa fronte stans: dextra sceptrum, in lilium desinens, tenet: siniſtra gladium demittit.

Aversa clypeum *Carinthiæ* pileo Ducali opertum sistit. *M. Imp. au.* 1. *duc.*

XII.

Utraque huius nummi pagina ex amussi convenit cum unciali, paullo superius num. X. expositio: nisi quod hic minoris moduli, & ex auro insuper conflatus, numerum anni 1572. præferat. *M. Imp. au.* 3. *duc.*

XIII.

Ambæ denuo facies num. XI. respondent. Epocha duntaxat differt, quæ hic duobus tantum numeris expressa, annum 1576. notat. *M. S. B. aur.* 1. *duc.*

Meminit BANAGIA alterius monetæ, insequenti anno 1577. signatæ, quæ ad manus nostras non pervenit, eamque ita describit: „ INSIGNIA. DVCATVS. „ STYRIÆ. Panthera. „

In

Tab. XIX. „ In averſa hæc inſcriptio : „ EX. BELLO. PAX. EX. PACE. „ VBERTAS. Mulier ſtans, dex- „ tra gladium, ſiniſtra cornu- „ copiæ tenens.

XIV.

CAROLVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX AVSTRIÆ. DVX. BVRGV. *ndiæ* STYRIÆ. Hæc utriusque partis epigraphe.

Adverſa imaginem Archiducis ut num. x. ſiſtit, adiecta in imo nota valoris 3. Averſa ternionem ſcutorum complectitur, *Auſtriæ*, *Burgundiæ* & *Styriæ* (in qua ultima provincia groſſum hunc cuſum fuiſſe ex titulo intelligimus) teſſeras referentium. Eadem totidem ignitabulis & flammis, ex torque aurei velleris deſumptis, interſtincta ſunt.

In recens apertis *Groſſorum* ſcriniis depingitur groſſus alius a (a), cuius adverſa cum præcedenti convenit, epigraphe vero hæc eſt : CAROLVS. D: G: ARCHID. AVSTR. Averſa autem ſcutum *Carinthiacum*, pileo Archiducali tectum, ut numero præcedenti, refert : niſi quod illud cruci impoſitum ſit. Additur continuatio tituli: ET CARIN ZC 1590.

XV.

Adverſa præcedenti fere reſpondet, omiſſo nimirum numero ternario. Poſtica ſcutum oſtendit, panthera *Styriæ* exaratum, & corona aut galero Archiducali tectum. Inferius numerus 2. nota valoris, additur. Epigraphe nonnihil detrita eſt : ex dicta tamen teſſera non obſcure intelligitur ſupplendum eſſe *Styriæ*, ubi & littera z *et cetera* interpretanda. *M. Imp. ar.* CAROLUS ARCHIDUX.

MONITUM.

Inter quindecim liberos CAROLI *Styrenſis*, ex ANNA *Bavara* ſuſceptos, duodecim omnino adultam ætatem attigerunt. Ex iis quatuor filii ſunt, filiæ octo. Harum nummos prioribus ideo præmittimus, ut filiorum deinde ſucceſſionem ordine continuo, eoque accomodatiori exhibere poſſimus. Eandem ob rationem FERDINANDI II. CAROLO *Styrenſi* primo loco nati, nummos, poſt LEOPOLDI V. poſteros exhibemus; cum huius propago in FERDINANDO CAROLO & SIGISMUNDO FRANCISCO extincta ſit : illius contra poſteritas ad noſtra uſque tempora tranſmiſſa, in Auguſtiſſima Domina noſtra hodiedum perduret. Neque tamen ſingulorum liberorum CAROLI nummi hic exſpectandi ſunt; cum nonnulli eiusmodi monumentis aut honorati nunquam fuerint, aut nobis, qualibet licet adhibita diligentia, nondum in manus pervenerint. Ex eo numero ſunt inprimis CATHARINA RENATA, quæ anno ætatis XIX. & GREGORIA MAXIMILIANA, quæ PHILIPPO III. Regi Hiſpaniæ deſponſata, pariter in flore ætatis, ac denique ELEONORA, quæ Virgo Deo ſacrata, in monaſterio obiit. MAXIMILIANI ERNESTI nummum adhuc nullum vidimus: at MARGARETHÆ plures dedimus in PHILIPPO III. Rege

(a) Locul. I. tab. VII. n. 63. p. 116.

CAROLUS ARCHIDUX.

ge Hiſpaniarum. Ceterorum nummos modo ordine damus, præmiſſo cuique pro inſtituti noſtri ratione *berviario vitæ ex nummis*: quanquam hi ut plurimum, uti nihil eſt ex omni parte beatum perfectumque, parum huc faciant. Tab. XIX.

CAROLI STYRENSIS PROLES.

BREVIARIUM VITÆ ANNÆ, MARIÆ CHRISTINÆ, CONSTANTIÆ, ET MARIÆ MAGDALENÆ. EX NUMMIS.

CAROLI STYRENSIS PROLES. Tab. XX.

ANNA CAROLO *Styrenſi* Græcii die XVI. Aug. 1573. ſecundo loco nata, nupta fuit anno 1592. (1.) SIGISMUNDO III. Poloniæ & Sueciæ Regi (2.). Hæc ab inſigni pietate prolixe laudatur. Obiit die X. Febr. 1598. poſtquam Regi præter quatuor alios liberos, in tenera ætate extinctos, ULADISLAUM, qui patris poſtea thronum conſcendit, genuiſſet. Tab. XX.

MARIA CHRISTINA, ſeu CHRISTIERNA, in vitam venit die X. Novembr. 1574. Tum SIGISMUNDO BATHORIO (3.) Tranſilvaniæ Principi anno 1595. nuptui data, acceptam poſt annos tres repudii iniuriam inſigni conſtantia atque animo vere Chriſtiano perferens, reliqua vita in Monaſterio Regio Hallæ, in Tyroli, ſancte peracta, anno demum 1621. die VI. Aprilis cœlos petiit.

CONSTANTIA die XXIV. Decembris anno 1588. genita, laudato SIGISMUNDO Poloniæ Regi, poſt ſororis obitum, in matrimonium elocata (4.) eidem quatuor filios filiamque cum peperiſſet, mortalitatem anno 1631. die X. Iulii exuit: fœmina cum vario virtutum genere, tum operibus miſericordiæ inclita.

MARIA MAGDALENA CAROLI, *Styrenſis* filia octava & ultima, vitam hanc anno 1589. die VII. Octobris Græcii adiit. Hæc COSMO II. *Magno Etruriæ Duci* (5. 6.) anno 1608. menſe Octobri iuncta, filiorum quinque, duarumque filiarum mater effecta eſt. Duce præmatura morte anno 1621. vivis erepto, MAGDALENA ſtatum viduitatis IMMOTA MENTE perferens (8.), filiique FERDINANDI II. TUTRIX conſtituta (7.), incredibile eſt, quanta prudentia, quantoque populi favore, munere ſuo perfuncta fuerit. Denique dum anno 1631. ad FERDINANDUM II. fratrem inviſere cogitat, in itinere conſtituta, Paſſavii vitam finiens, ad cœlos evolavit (9.). *Vid. plura apud* GANSIUM *in Gynæceo*, & KHEVENHILLER, *locis ſæpius citatis.*

ANNÆ

CAROLI Styrensis proles. Tab. XX.

ANNA CAROLI et MARIÆ fil. SIGIS MVNDI R. Pol. ux

I.



II.



MARIA CHRISTINA. SIGISMVNDI BATHORII Vxor.

III.



CONSTANTIA SIGISMVNDI Regis Poloniæ Vxor.

IV.





MARIA MAGDALENA. COSMI II. Mag. Ducis Hetruriæ Vxor.

V.





VI.





VII.



VIII.






IX.



Per Magr Del. et Sculpsit 1724.

Monum. Austr. T. II. P. II. ad p. 153. U.



Tab. XX.

ANNÆ NUMMI.

I.

Antica duas palmæ arbores repræſentat, quæ etſi, percurrente per medium illarum flumine, longius diſtent, ſuperne tamen ramos iungunt; unde in peripheria hemiſtichium adiicitur: AMOR. DISTANTIA. IVNGIT. in area vero hinc & inde numerus anni 1592.

In averſa duæ aquilæ erectæ, expanſæ & coronatæ, *Imperialis* nimirum biceps a dextris, a ſiniſtris vero *Polonica*, pedibus parmulam *Auſtriacam*, inferne poſitam, ſuſtinent, addito in ambitu alio hemiſtichio: POST. ANIMOS. SOCIASSE. IVVABIT.

Argumentum & occaſio huius nummi ſunt nuptiæ ANNÆ cum SIGISMUNDO III. Poloniæ Rege, anno in eo notato, celebratæ. Eundem poſt LUCKIUM denuo, ſed longe accuratius edidit Cl. KOEHLERUS, loco ſtatim laudando, ubi & nuptiarum ſolemnia, ab aliis fuſe deſcripta, utiliter repetit. Unde diſcimus, eundem populo ſparſum fuiſſe, cum ſponſa die XVI. Maii magnifica pompa in urbem *Cracoviam* introducta fuit, ſponſis ſolemni precatione die XXI. eiusdem menſis coniunctis.

De eodem nummo mentionem quoque facit Illuſtr. KHEVENHILLERUS (a), eumque populo miſſum fuiſſe pariter teſtatur. Ex eo emendandi ſunt duo errores typographici, qui ibidem irrepſerunt. KOEHL. *P.* III. *p.* 145. LUCK. *p.* 331.

a

II.

CAROLI STYRENSIS. PROLES.

SIG. *iſmundus* III. ET ANNA. D. *ei* G. *ratia* POL. *oniæ* ET SVE *ciæ* REX. ET REG. *ina*. Protome amborum iugatæ, ſiniſtrorſum verſæ: Rex a dextris cataphractus, & circa pectus faſcia ornatus, focali inſtructus & barbatus, capite, acciſis crinibus, inoperto. ANNA a ſiniſtris pulchre, pro genio ſeculi, comta, præter focale criſpum, torquem aurei velleris in pectore geſtat.

Hoc numiſma unilaterale ex tabulis HÆREI eductum, adverſa eſt numiſmatis integri, quod a Cl. KOEHLERO productum (b), & oculis noſtris pene elapſum, ſupplementis num. XXVI. inſeruimus, quanquam non leve diſcrimen inter utrumque intercedere, conſiderantibus pateat. Litterarum enim figuræ in hoc poſteriori multo craſſiores, & grandiores ſunt, ſcribiturque SVET. ubi in *Heræano* SVE. & ſub brachio eius dextro legitur numerus anni 1596. media ſigla R: quæ haud dubie monetarii ſeu cælatoris eſt.

b

In averſa tria ſcuta, *Suecicum* ſcilicet, *Polonicum*, & inferne *Lithuanum*, pileo Ducali tectum, ſiſtuntur. Duo priora corona Regia inter notam chronologicam 1596. obtecta ſunt, & in medio eorum parmula *Auſtriaca*, ſubiecta eidem littera E conſpicitur. Porro a dextris dea THETIS delphino, a ſiniſtris CERES bovi inſidet. Additur in ambitu lemma ſeu hemiſtichium: CRESCIT. GEMINATIS. GLORIA. CVRIS. Inferne par-

(a) Annal. Ferd. tom. III. col. 980.

(b) M.B.L. P. XII. p. 425.

CAROLI STYRENSIS PROLES.

parmula cælatoris inter ſiglas eius H R videnda.

Dantiſci fabrefactum fuiſſe hoc numiſma, laudatus KOEHLERUS coniicit, atque navigationem commerciumque frumentarium, quod Gedanenſes tanta induſtria exercent, ſpectare. Circa ſcuta illa hoc ſingulare obſervat, quod teſſeræ *Suecicæ* primum occupent locum; cum contra in epigraphe *Regis Poloniæ* titulus præcedat. Ridet præterea cælatoris imperitiam, quod ANNÆ torquem aurei velleris inaudito quidem exemplo affinxerit: ſed id quocunque iure, de quo alibi videndum erit, fiat, exemplis non carere nummi noſtri evincunt (a). Denique nec id ſilentio prætermittendum, hunc citato loco ita depictum eſſe, ut poſtica quam antica reipſa maior ſit, quod haud dubie Cl. Viri iconographo tribuendum. Nos vero, cum archetypo carentes, errorem emendare nequeamus, damus nummum prout repertus fuit.

a

MARIÆ CHRISTINÆ NUMMUS. III.

SIGISMVNDVS. BATHAROI (*Bathori*). Protome Principis armata, capite inoperto, acciſis capillis, ad lævam converſo.

Edidit hoc numiſma HERÆUS in ſuis tabulis, pro uxore illius MARIA CHRISTINA *Auſtriaca* (ab aliis CHRISTIERNA quoque nuncupata) locum relinquens. Sed veriſimile haud eſt, SIGISMUNDUM hunc Tranſilvaniæ Principem, uxorem ſuam nummo aliquo, dum viveret, honoraſſe. Nam etſi inito cum RUDOLPHO II. Imp. fœdere pactum adiecit, ut ei Archidux femina in matrimonium elocaretur, & eidem anno 1595. prædicta MARIA CHRISTINA Græcii die XXII. Februarii tradita ſit: infelix tamen Archidux ab inconſtanti & feroci marito intacta, bis exul facta, tandem matri Græcium remiſſa, repudium accepit. (b) *T. H.* b

Tab. XX.

CONSTANTIÆ NUMMUS. IV.

SIGISMVNDVS. III. D. *ei* G. *ratia* POLONIÆ ET SVECIÆ REX. Protome Regis armata cum criſpo focali, capite nudo, ad lævam reſpiciente. Ab humeris torques demittitur, quem aurei velleris eſſe putamus, SIGISMUNDO anno 1601. a PHILIPPO III. Hiſp. Rege miſſum. (c). c

CONSTANTIA. D. *ei* G. *ratia* POLONIÆ ET SVECIÆ. REGINA. Effigies Reginæ ſtolatæ pariter ad pectus, pulchre comtæ, unionibus & margaritis, nec non criſpato focali ornatæ: capite, divite calantica, unionibus inſtructa, obtecto, & ad dextram converſo.

Effigiem Regis cum ANNA *Auſtriaca*, uxore ſua prima, paullo ſupra vidimus. In hoc nummo comparet provectioris ætatis cum ſecunda uxore CONSTANTIA. Hæc ei anno 1605. nupſit, qua occaſione nummum cum

(a) Vid. P. I. p. 60. num. LXXXII. & hic ſuperius p. 10. n. XII.

(b) KHEVENHILLER Conterfet T. I. p. 325.
(c) INSPRUGGER vellus aur. pag. 88.

Tab. XX. cum lemmate: REGNORUM SECURITAS populo inter ipſa nuptiarum ſolemnia ſparſum fuiſſe, teſtatur Illuſtr. KHEVENHILLERUS (a), quem tamen nondum vidimus. *T. H.*

a

MARIÆ MAGDALENÆ NUMMI.

V.

COSMVS. II. MAG*nus* DVX ETRVRIÆ. IIII. Protome Ducis armata cum paludamento, lato collari, & Ordinis S. STEPHANI inſigni, ab humeris dependente, capite nudato, ad lævam verſo.

MAR. *ia* MAGDALENÆ. ARCH. *iduciſſæ* AVST*riæ* M.*agnæ* D.*uciſſæ* ETR *uriæ*. Protome Archiduciſſæ ſtolatæ, pulcherrime comtæ, & focali criſpo denticulato, atque in ipſo numiſmate plurimum extante, exornatæ, a ſiniſtris dextrorſum.

Præſens numiſma ab ipſo Magno Duce uxoris ſuæ honoribus datum & conſecratum fuiſſe, ex epigraphe utriusque partis rite deduci poſſe videtur; quippe ubi formula illa: COSMVS II. MARIÆ MAGDALENÆ in *nominandi dandique* caſu concepta, haud quaquam otioſa eſſe poteſt. Hinc pacem & concordiam inter utrosque hos coniuges, Ducisque inprimis de uxore ſua exſtimationem amoremque colligas. Cuſum eſt enim procedente iam eorundem matrimonio. Dux namque anno 1590. die XII. Maii natus, nuptiarum tempore, quæ anno 1608. die XIX. Octobris peractæ ſunt, annum ætatis decimum nonum agens, tali myſtace nondum inſtructus eſſe poterat. *M. Imp. ar. pond. ſemunc. & ſicilic. Item in T. H.* CAROLI STYRENSIS PROLES.

VI.

Numiſma hoc elegantiſſimum a num. præcedenti, ſive titulos ſpectes, ſive effigies, harumque ſitum adſpicias, vix in alio quam magnitudine differt. Magnus - Dux focale orbiculatum criſpum hic habet. Uxoris caput ad elegantiam circratum, mundo muliebri, uti & pectus, collumque monilibus exornatum. *M. S. B. a. & Tab. H.*

VII.

MAR. *ia* MAGD *alena* AR. *chiduciſſa* TVTRIX. FERD. *inandi* II. M. *agni* D. *ucis* ETRVR. *ia*. Capita iugata matris filiique, ad pectus. Hic armatus, capite nudo, & cruce, Ordinis S. STEBHANI Papæ & Martyris teſſera, a collo pendente, inſtructus; illius tantum fere facies, velata tamen, cum lato collari & exurgente, conſpicitur.

MARIA MAGDALENA, coniuge ſuo COSMO II. in florida ætate anno 1621. ad plures abeunte, filiorum ſuorum tutrix ex teſtamento conſtituta fuit, cuius rei hic nummus teſtis eſt. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.*

VIII.

MARIA. MAGD. *alena* ARCHID. *uciſſa* AVSTR. *ia* MAGN. *a* DVX. ETR. *uriæ*. Effigies Principis pectore tenus, capite viduarum more velato & dextrorſum converſo.

(a) KHEVENHILLER tom. VII. col. 36.

CAROLI STYRENSIS PROLES.

In postica templum rotundum, situm in vertice montis, per modum fornicis effigiati, & arboribus, a ventis agitatis, consiti: infra & in cryptæ aditu rami & folia sparsim iacent. Additur epigraphe: MENS IMMOTA.

Laudatur hic animi constantia, qua Princeps statum viduitatis ferebat: qui status cum ex velo, quo obtegitur, tum etiam ex frondibus marcescentibus decidentibusque, quod in altera nummi facie videre est, indicatur. Porro omissus *Tutricis* titulus, in præcedenti legendus, nummum hunc deposito iam eo officio signatum fuisse arguit. *M. Imp.* Tab. XX. *a. cus.* IX.

Adversa fere eadem est cum antecedenti.

In postica manucodiata cœlos petit, addito lemmate AETHERA.

Similem inscriptionem vidimus supra in nummo emortuali IOANNÆ Austriacæ (a), sed a ubi aquila *ad æthera* volitat. Ergo & hic quoque funebris est, & ad mortem MAGDALENÆ pertinet, quæ quidem anno 1631. Patavii obvenit, dum in itinere ad invisendum FERDINANDUM II. Imp. fratrem constituta erat. *T. H.*

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX Tab. XXI. seq.

LEOPOLDUS inter Archiduces Austriæ hoc nomine v. die IX. Octobris an. 1586. genitus, a tenera ætate statui Ecclesiastico dicatus fuit. Annos namque quatuor saltem natus, Episcopus *Patavienſis*, quinque & decem, *Argentinenſis* designatus, utriusque Ecclesiæ regimen postea tenuit (7. 8. & suppl. num. 29.) symbolumque, cum illud adiret, a PIETATE adscitum (1. 2.) ad extremum usque halitum, sive dum religionem orthodoxam, cum ferro tum consilio, conservavit propagavitque (13. 14.), sive dum Deo Optim. Max. ædes, ac Societati IESU Collegium fundavit (3.), opere complevit.

Anno 1619. Comitatum Tyrolensem unacum ceteris Anterioris Austriæ provinciis, communi *Archiducum* nomine, regendum cum susceptisset, (7--16.) post annos quatuor inito cum fratribus pacto, id etiam obtinuit, ut sibi duæ earundem provinciarum partes, iure auctoritatis obvenirent, (12.) tertiam Cæsaris nomine, vel ut SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS ANTERIORUM PROVINCIARUM GUBERNATOR PLENARIUS administraret. (15.)

Inte-

(a) Tab. VI. num. XCIII pag. 44.

LEOPOLDI V. Archid. nummi reliqui. Tab. XXI

I.



II.



III.




IV.



LEOPOLDVS V. Cum CLAVDIA MEDICEA Vxore.

V.



VI.




Vnciales et monetæ.

VII.



VIII.



IX.



Monum. Austr. T. II. P. II. Ptr Majr delineavit et sculps. 1752.

ad p. 157. X.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXI. Interea animum ad matrimonium advertens, abdicatis Romæ Sacris, CLAUDIAM *Mediceam* (5. 6. 13. 14.) Ducis *Urbinatis* viduam, uxorem duxit, ex qua quinque omnino liberos ſuſtulit: MARIAM ELEONORAM, quæ infans obiit; ISABELLAM CLARAM, quæ CAROLO III. *Mantuæ* Duci iuncta; & MARIAM LEOPOLDINAM, FERDINANDO III. nuptam, cuius nummum unicum tab. XXIII. num. XXIII. daturi ſumus. Ex filiis natu minor SIGISMUNDUS FRANCISCUS anno 1630. die XXVIII. Nov. in lucem datus, vitæ Eccleſiaſticæ ſe primo addixit, trium Epiſcopatuum, *Gurzenſis* in Carinthia anno 1644. *Auguſtani* anno 1646. & *Tridentini* 1658. dignitates indeptus eſt. Poſtea vero FERDINANDO CAROLO (de quo inferius) ſine prole decedente, ſuſcepto Principalis Comitatus Tyrolenſis regimine, nuptias cum HEDWIGE AUGUSTA, CHRISTIANI AUGUSTI Comitis Palatini ad Rhenum, filia, meditatus, in ipſo apparatu ad cœleſtes nuptias vocatus, diem extremum obiit XXV. Iunii 1665. Eius nummum uncialem dabimus tab. XXIII. num. XXIV. LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

Nummi LEOPOLDI unciales (7-16.) ut qui in omnibus ſuis actis magnificus erat, elegantis ſane ſunt operis, nec abhorrent reliqui uſuales tam ex auro (20.) quam argento (17.18.20-22.) Utrique vel ad Tyrolim vel Alſatiam; quippe quarum provinciarum teſſeras honoratiori loco præferunt, pertinent. De vita deceſſit LEOPOLDUS anno 1631. die XIII. Septembris, annos natus quinque ſupra quadraginta (16.) *Vid. plura apud* KHEVENHILL. *&* HANSIZIUM. *Germ. Sac. tom.* I. *p.* 665.

I.

Tab. XXI. LEOPOLDVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHI. *dux* AVST. *riæ* EP *iſcop* VS. ARG. *entinenſis* ET. PASS. *avienſis*. Protome Archiducis in habitu ſacro, Epiſcopis familiari, ab Italis dicto *Roccheto* (ut placet MELLENIO, ſed malim dicere *Muzeto*) & focali, capite inoperto, crinibus & barba non adeo longis, ſiniſtrorſum reſpiciente.

In poſtica ſenex barbatus, nudo capite, cum pallio volitante, exporrectis brachiis ac manibus, ex nubibus, ad inſtar Patris æterni, ſeu primi entis, omnibus bene precantis: infra tres ciconiæ in nido, roſtra ad cœlum ſeu ad ipſum Patrem omnipotentem, levantes: ad latera hinc conſpicitur arboretum, illinc meſſis gravida. Additur epigraphe ex I. ad TIMOTH. IV. 8. deſumpta: PIETAS AD OMNIA VTILIS.

Placuit Archiduci, iam anno 1591. quadrimo Eccleſiæ Patavienſi deſtinato, *pietatem*, cuius *ciconia* emblema eſt (quod ut ferunt, parentes, ſenectute confectos, dorſo ſuo innixos, per aera vehant) pro ſymbolo aſſummere. Id vero non tantum ad cultum parentum per ſignum *ciconiæ* reſtringit, ſed addito apophtegmate: *pietas ad omnia utilis*, oſtendit, Patri æterno, qui in cœlis eſt, & a quo bona cuncta procedunt,

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

pietatem, tanquam fundamentum omnium virtutum, ſingulari cultu præſtandam eſſe. *M. Imp. ar. pond.* 1. *ſicilic.*

II.

Nummus hic orbicularis eiusdem eſt cum præcedente argumenti. In epigraphe adverſæ littera G minoris eſt figuræ, quam reliqua elementa: ſi tamen hæc variatio ipſi typo nummario inſit, vel potius oſcitantiæ chalcographi adſcribenda? divinent alii.

In averſa Pater cœleſtis, in nubibus, mitratus, & nimbo ornatus ſiſtitur: ex nubibus radii procedunt, & in receſſu ſol oriens cernitur: quibus additamentis ad infinitam Dei bonitatem, in ſacris litteris teſtatam, adludi videtur, quod ſcilicet Deus T. O. M. *ſolem ſuum oriri faciat ſuper bonos & malos, & pluat ſuper iuſtos & iniuſtos* (a).

a

Singularem porro *pietatem* ipſius Archiducis noſtri in Superos, pluribus extollit Cl. HANSIZIUS (b), qui eius vitam data opera perſcripſit; cuius tamen verba longiora ſunt, quam ut hic locum habere queant. HERÆUS *in tab. Epiſc. Paſſav.*

b

III.

LEOPOLDVS. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Protome Archiducis in habitu Eccleſiaſtico, capite pileo pariter Eccleſiaſtico, quem *birretum* vocant, operto, ſiniſtrorſum verſo.

EPS. (*Epiſcopus*) ARGENT. *inenſis* ET PASSAVI. *enſis* FVNDATOR. COLLEGII. SOCIETATIS. IESV PASSAVIENSIS: anno MDCXII. Tab. XXI. Inſcriptio hæc octo linearum umbonem averſæ implet.

Iam anno 1611. moliebatur LEOPOLDUS Collegium Societatis IESU, ut laudatus HANSIZIUS loco citato tradit: anno inde ſequenti in fundo coemtarum ædium cœptum erigi ædificium collegii, ſtructura peregregia: in cuius fundamenta primum lapidem ſereniſſimus fundator, una cum nummo, cuius typum hic proferimus, die 29. Octob. immiſit. Eiusmodi alia pia opera recenſet Cl. HANSIZIUS loc. cit. *p.* 701. *M. Imp. ar. pond. ſextunc. & T. H.*

IV.

Addimus hic nummum iconicum miræ elegantiæ, qui etſi epigraphe & titulis deſtitutus ſit, effigiem tamen LEOPOLDI obverſa facie, inopérto capite ſcite exprimit: ornatus eſt coma, quaſi in gradus fracta, barba, focali & veſte Eccleſiaſtica, quam Itali *Muzeto* appellant.

Æra percuſſi nummi ex ipſo habitu Eccleſiaſtico fere intelligitur; illum enim primum Romæ depoſuit anno 1625. & inſequenti anno, qui ætatis eius quadrageſimus erat, matrimonio coniunctus fuit. *M. Imp. ar. pond. ſextunc. cuſ.*

V.

LEOPOLDVS: D: *ei* G: *ratia* ARC: *hi* DVX: AVSTRIÆ. Protome Archiducis armata cum paludamento & criſpo collari, nec non torque aurei velleris: capite nudo ad lævam converſo.

CLAV-

(a) MATTH. v. 45.

(b) Tom. 1. Germ. Sac. p. 694.

Tab. XXI. CLAVDIA MEDICEA: EX: MAG: *nis* HETRVR: *iæ* DVC: *ibus.* Protome Duciſſæ, pulcherrime comtæ, torque & criſpato focali ornatæ, capillis, margaritis ornatis, ac capite dextrorſum verſo.

Comparet iam Archidux habitu laicorum. Cum enim per mortem FERDINANDI *Tyrolenſis* anno 1595. & Archiducis ALBERTI anno 1621. ſtemma cum FERDINANDI tum MAXIMILIANI exſtinctum fuiſſet: de firmanda gentis Auſtriæ propagatione cogitandum erat. LEOPOLDUS itaque, cum CAROLUS, Uratislavienſis Epiſcopus, a matrimonii cogitatione longius abeſſet, anno Iubilæo Romam ſe contulit, ubi a Summo Pontifice URBANO VIII. in Palatio magnifice exceptus, ſacri vinculi laxationem obtinuit (a). Exinde per Etruriam domum rediens, CLAUDIAM *Mediceam*, FRANCISCI UBALDI ANTONII, ultimi Ducis *Urbinatis* viduam, quam ſibi interea per procuratores deſponſari curaverat, ex itinere ſalutavit: quæ proximo anno ſponſum in Tyrolim ſecuta, eidem die XIX. Aprilis magnifica pompa, aſſiſtente PARIDE, Salisburgenſi Archiepiſcopo, iuncta fuit (b).

Hoc interim numiſma utriusque coniugis effigies duntaxat repræſentat, ipſius matrimonii monumentum haud eſt. Hoc enim inter cetera diſſuadet torques aurei velleris. Hunc namque a WILHELMO V. Duce Bavariæ dicto anno 1626. de vita decedente, relictum, PHILIPPUS Rex Hiſpaniæ, Archiduci menſe Septembri eiusdem anni deſtinavit (c). At eundem anno primum 1628. cum dedicationi Eccleſiæ Salisburgenſis unacum uxore intererat, a MAXIMILIANO, Electore Bavaro, recepit (d), qua occaſione nummus ſignatus videtur. *M. Imp. T. H.*

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

a HANSIZ. loc. cit. p. 701.
b Idem eodem ac KHEVENHILLER in vita loc. cit.
c Id. Annal. Ferd. tom. x. col. 1331.
d Id. tom. I. imaginum pag. 90.

VI.

† LEOPOLDVS. ARCHID. *ux* AVSTRIÆ. ET. CLAVDIA. MEDICEA. SERENISS. *ima*, aut *Sereniſſimi*, quam vocem ut ne primo loco collocemus, interpoſita crucicula facit, inſcriptionis utique initium indicans. Protomæ utriusque coniugis iugatæ, eodem fere habitu, quo num. præcedenti, niſi quod uterque pileis Principum obtecti ſint, & Archidux loco aurei velleris, cruce Ordinis S. STEPHANI Papæ & Martyris conſpicuus ſit.

Nummus hic unilateralis ac inſuper, quod mireris, bracteatus eſt. Ornatus Principum ſingularis, immo & ipſius nummi, tum & forma habitusque eiusdem, coniecturæ locum faciunt, eum occaſione nuptiarum ſignatum atque diſtributum fuiſſe. *M. S. B. ar.*

UNCIALES ET MONETÆ.

VII.

LEOPOLDVS. NEC NON. CÆTERI.

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

TERI. D: *ei* G: *ratia* ARCHID: *uces* AVSTRIÆ. (incipit aversa) DVC: *es* BVRG: *undiæ* STYR: *iæ* CAR: *inthiæ* ET CARN: *iolæ* COM: *ites* TYROL *is*. Hæc utriusque partis epigraphe.

Adversa exhibet protomen fere ut num. x. adscripta hinc inde æra Christi 1620. Postica pars complectitur scutum maius quadripartitum: continentur in eo nota Austriacæ Domus insignia: *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Austriæ novæ* & *Burgundiæ* simul iuncta, *Styriæ* vel *Habsburgi* & *Goritiæ* pariter coniuncta, in triquetra *Austriæ*, quam dicunt *veteris*, & parmula omnibus superimposita *Tyrolis*. In imo comparent duæ parmulæ minores, imposita mitra, duobus pedis episcopalibus nexæ. Quæ ad dextram est, continet symbolum Episcopatus *Argentinensis*: illa a sinistris, Episcopatus *Passavienſis*.

Primus est hic uncialis a LEOPOLDO cum suo, tum reliquorum Archiducum, ut titulus præfert, nomine, in Tyroli signatus.

Hanc enim provinciam unacum ceteris anterioris Austriæ, anno iam præcedenti, communi nomine regendam suscepit
a (a), qua de re etiam sequens uncialis, ad Landgraviatum Alsatiæ pertinens, testatur. Credibile est autem, utrumque anno præcedenti, quo LEOPOLDUS regimen suum adiit, signatum fuisse; cum, uti iam observavimus, tum temporis usus vel maxime obtinuerit, ut notæ chronologicæ in nummis usualibus seu monetis præverterentur, quo novitatis speciem diutius præferrent. Tab. XXI.

Adpositæ *Argentinensis* & *Passavienſis* Ecclesiarum parmulæ eundem horumce Episcopatuum Antistitem indicant. Huius regimen anno 1650. illius vero anno 1607. unacum Abbatiis *Murbacensi* & *Luderensi* suscepit: cum pro altera, posteriori scilicet, anno ætatis quarto, altera autem annos natus quindecim, designatus iam esset. (b). *M. S. B.* & BUOL. b

VIII.

† LEOPOLD: *us* D: *ei* G: *ratiæ* ET. ARCHIDVCES. AVST: *riæ* DVC: *es* BVR *gundiæ*. Protome Archiducis fere ut num. præcedenti, sed æra Christi infra in exergo scripta 1620.

Postica prosequitur titulos: STIRIÆ. CARINT. *hiæ* CARN: *iolæ* LAND: *gravii* ALS. *atiæ*. Scutum maius quadripartitum, imposito pileo Archiducali. Primus quadrans continet tesseram *Hungariæ*. II. *Bohemiæ*. III. *Austriæ* & *Burgundiæ*. IV. *Tyrolis* & *Habsburgi*: triquetra pisces *Pherretenses*, & in medio incumbit parmula *Alsatiæ*.

Maior hic clypeus quatuor parmulis minoribus stipatus est, quæ mitris pedisque Episcopalibus ornantur. Illa, quæ dextro clypei maioris lateri adhæret, transversim secta est, & parte superiori baltheum diagonalem planum Episcopatus *Argentinensis*, inferiori vero reticulatum Landgraviatus *Alsatiæ* exhibet. Altera parmula, sinistrum

(a) Id tom. IX. col. 702.

(b) HANSIZ. loc. cit. p. 672. & 683.

LEOPOLDI V. Archid. nummi reliqui. Tab. XXII.

X.



XI.



XII.




XIII.



XIV.



XV.



XVI.




XVII.




XVIII.




XIX.



XX.




XXI.



XXII.



Ritr. Mayr del. et Sculpsit 1772.



Tab. XXI. ſtrum clypei latus occupans, lupum excoriatum complectitur, qui *Paſſavienſem* Epiſcopatum adſignificat. Parmulæ porro in imo iunctæ, duas Abbatias illuſtres ſacri Ordinis noſtri *Benedictini* deſignant: altera eſt *Murbacenſis*, in Alſatia ad montem Vogeſum, quæ pro ſymbolo habet canem venaticum: altera eſt Abbatia *Luderenſis*, in Burgundiæ Alſatiæque confiniis ſita, cuius teſſera eſt manus iurantis, porrectis digitis *M. S. B. ar. & apud* MELL. *p.* 176.

IX.

† LEOPOLD:*us* D:*ei* G:*ratia* ARCHIDVX: AVST:*riæ* DVX: BVR:*gundiæ* ET:*cetera* SAC:*ræ* CAES:*areæ* M.*aieſta*TIS ET RELIQ:*uorum* ARCHID:*ucum* GVBERNAT:*or* PLEN:*arius* ET: COM:*es* TIR:*olis* LAND:*gravius* ALS.*atiæ*. Integra hæc eſt utriusque partis epigraphe. In adverſa Protome LEOPOLDI fere ut num. VII. niſi quod hic in umbone adſcriptus Chriſti annus compareat 1621. Averſa clypeum *Auſtriacum* repræſentat, ut num. præcedenti, ſed quatuor parmulæ Eccleſiarum, id eſt, Epiſcopatuum & Abbatiarum hic deſunt.

Sacræ Caſareæ Maieſtatis & reliquorum Archiducum gubernator plenarius ſcribitur, quæ inſcriptio cum ea, quam num. VII. vidimus, coincidit; Ea de re pluribus dicemus ad num. XII. *M. S. B. ar.* MELL. *p.* 178.

X.

Tab. XXII. Adverſa fere ut num. VII. niſi quod hic in umbone numerus anni 1623. legatur. In epigraphe adverſæ, figlæ interpunctionibus deſtitutæ, ad normam præcedentium titulorum in hunc modum legendæ ſunt: CÆS*areæ* M*aieſtatis* ET R*eliquorum*, quæ inde in averſa continuantur: ARCHIDVC:*um*, &c. ubi & vocabulum PLENARIVS integre ſcribitur. LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

Averſa cum num. VII. convenit, ſed hic in imo deſunt duæ minores parmulæ ſcutariæ Epiſcopatuum *Argentinenſis* & *Paſſavienſis*. *M. S. B.*

XI.

Antica ut num. VIII. ſed veſtis hic, de qua alias diximus, ornatior eſt, legiturque poſt vocem BVR: ETC. *etera*, & poſt vocem *Maieſtatis* EC pro ET inciſum eſt: numerus denique anni 1623. in ſegmento ſub brachio Archiducis dextro adſcribitur.

Poſtica cum citato numero pariter convenit, ſed variat typus nummarius, ut vel ex voce GVBRNT. quæ ibi emendate ſcribitur, patet. *M. S. B.*

Similis in Alſatia nummus anno quoque præcedenti prodiit, in eadem nummotheca noſtra aſſervatus, in quo nullum fere diſcrimen, niſi in nota chronologica, quæ itidem ſub brachio Principis collocata eſt: copula quoque ET, poſt vocem *Maieſtatis*, recte ſe habet.

XII.

Utraque nummi facies num. IX. reſpondet, excepto numero anni 1624. qui in area hinc & inde ſcriptus. Epigraphe adverſæ mendum habet, puta AISTRIÆ pro AUSTRIÆ,

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

In aversa quoque M & E in voce COMES contrahuntur.

Eodem anno alius in Alsatia cusus est, quem Cl. KOEHLERUS P. III. *p.* 281. produxit, & Archiducis vitam solide iuxta ac erudite exposuit.

Asservamus quoque simile archetypon de anno 1625. quod licet parmulam *Alsatiæ* medio in scuto, id est, honoratiori loco, præferat: in Tyroli tamen signatum fuisse, ex margine eius intelligitur. Convenit autem maximam partem cum num. VIII. Sola epigraphe in litteris quibusdam discrepat, & sic habet: ✝ LEOPOLDVS. D: G. ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. ET. SAC. C.ÆS: M.TIS (sequitur aversa) RELIQ: ARCHID: GVBERNAT. PLEN: ET. COM. TIR. LA. AL:

LEOPOLDUM anno 1619. regimen *Anterioris Austriæ* cum suo, tum reliquorum Archiducum nomine, suscepisse, diximus ad num. VII. Idem anno 1623. die XIX. Nov. ipsa die S. LEOPOLDO sacra, cum FERDINANDO II. Imp. & CAROLO *Posthumo*, fratribus, instrumentum solemne Wiennæ subscripsit, vi cuius eidem duæ partes terrarum *Anterioris Austriæ* in portionem hereditatis suæ, tertia Imperatori cederet: ea conditione, ut huius administratio LEOPOLDO, quoad viveret, committeretur, ac ipse contra proventibus annuis, ex regnis *Hungariæ* & *Bohemiæ*, nec non Archiducatus *Austriæ* sibi debitis, renuntiaret (a). a

(a) Id. tom. x. col. 158.

Exinde ergo duplex difficultas oritur. Prima in eo sita est: quod LEOPOLDUS antiqua epigraphe, qua *Sac. Cæs. Maiestatis & reliquorum Archiducum Gubernator* audit, adhucdum utatur; cum tamen vi pacti, harumce terrarum tertiam duntaxat partem Imperatoris nomine gubernaret. Sed ad hoc respondendum erit, quod licet dicta conventione iam anno 1623. confecta, Archidux tamen primum anno 1624. in earundem possessionem immissus fuerit, ut ex laudato Illustr. Comite discimus (b). Hinc ergo veteres titulos, donec res imperfecta mansit, recte servavit. b

Tab. XXII.

Verum exinde non omnis difficultas sublata est. Iisdem enim formulis ab anno 1620. ad 25. usus est; cum tamen satis constet, ab anno 1621. quo ALBERTUS, MAXIMILIANI II. filius, fatis concessit, tres tantum in Germania Archiduces superfuisse: FERDINANDUM scilicet II. Imp. LEOPOLDUM nostrum, & CAROLUM *Posthumum* fratres; ad quid ergo illud *reliquorum Archiducum*? cum sub his verbis solus CAROLUS intelligi queat? Neque enim *reliquorum Archiducum* nomine FERDINANDI filii, aut Archiduces feminæ comprehendi possunt; utpote quibus tum temporis ad eas provincias ius adhuc nullum erat. Huic difficultati duplici responso obviari potest. Inprimis anno 1619. quando dictus ALBERTUS adhuc superstes erat, epigraphe illa

(b) Ibid. col. 477.

Tab. XXII illa recte procedebat ; hinc ſemel in officinis recepta , etiam poſt mortem ALBERTI ex incuria aut conſuetudine facile perſeverabat. Quod ſi autem hoc minus arrideat , dici poterit : id forte in Hiſpaniæ Regis gratiam factum fuiſſe. Mortuo enim MATHIA Imp. Hiſpanus, ex ſanguine Habſpurgo-Auſtriaco oriundus , ius ſuum ad Hungariæ & Bohemiæ regna urgebat: quo ut conceſſit, FERDINANDUS, quamvis ſecrete omnino, iure ſuo ad Landgraviatum Alſatiæ in Regis gratiam
a viciſſim abiit (a). Ne ergo apud Hiſpaniæ Regem offenderet FERDINANDUS, videtur huius conſilio eiusmodi titulus conſervatus. Poſtremo, quod dictarum provinciarum ius in LEOPOLDUM noſtrum anno 1624. translatum fuiſſe , laudatus Illuſtr. KHEVENHILLERUS ſcribit, id Cl. P. HANSIZIUS anno inſecuto factum his verbis memo-
b rat (b): *Cui* (LEOPOLDO) FERDINANDUS *Cæſar die* 24. *Septembris anno* 1625. *Comitatum Tyrolenſem , cum adnexis provinciis, pleno iure tranſcripſit.* Quod ipſum confirmat nummus de anno 1625. paullo ſupra deſcriptus, ut adeo executio totius negotii hoc primum anno ſecuta fuerit. Ceterum quo ſenſu hæc HANSIZII verba ulterius accipienda ſint , patebit ex num. XV. inſequenti. *M. S. B.*

XIII.

LEOPOLD: *us* AR: *chi* D: *ux* AV: *ſtriæ* ET: CLAVDIA: ARCHIDVCIS*ſ*A: AVSTRI: *æ* MEDIC*ea.*

Effigies utriusque fere ut num. VI. niſi quod crucicula , Ordinis S. STEPHANI inſigne, hic non obſervetur. LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

Sequuntur in averſa reliqui tituli , ad ſolum Archiducem pertinentes: DVX: BVRGVNDIÆ: COMES: TIROLIS. Aquila *Tyrolenſis* coronata & expanſa, imminente capiti illius corona laurea.

Vix eſt dubium , quin hic binio Imperialis , ſeu duplex *thalerus*, poſt annum 1628. cuſus ſit , uti ex num. XVI. intelligetur. Cetera ad numerum ſequentem dicemus. *M. S. B. ar. pond.* 2. *unc.*

XIV.

Idem fere utriusque partis typus : hic Archidux inſigni aurei velleris conſpicuus eſt , quod nummum ante annum 1628. haud prodiiſſe, indicio eſt, ut ad num. XVI. obſervabimus. In epigraphe quoque variant nonnullæ litteræ.

Coronam lauream, quæ in averſa ſupra caput alitis tam hic, quam in præcedenti nummo conſpicitur , meruit Archidux variis in occaſionibus : præſertim cum in cauſſa ſucceſſionis Iuliacenſis a RUDOLPHO Cæſare anno 1609. miſſus , *Iuliacum* urbem, arcemque munitam *Bredenreuth* ſub poteſtatem redegit: & anno 1621. bello Rhætico ; cui ſe religionis orthodoxæ cauſſa implicavit. *Cum enim Catholici , vallis Tellinæ , Calviniſtarum excuſſiſſent iugum , ipſe cum Hiſpano Mediolani Protectore in eorum defenſionem accurrit ; comi-*

(a) Id. ibid. col. 163. & 477.

(b) Loc. cit. pag. 699.

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

tatu Cavenſi, Prettingovia, Maienfelda, utroque Engedino, valle Monaſterienſi, Curia urbe, cum tribus confœderatis, in poteſtatem redactis; avita ſacra poſtliminio reduxit, ſimul eos, qui ob religionem exilium tolerabant, reſtituit (a). *M. S. B. ær. fuſ.*

a

XV.

LEOPOLDVS. D. *ei* G: *ratia* ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Imago Archiducis armata ad medium corpus, cum pileo Archiducali in capite, dextra ſceptrum tenens, ſin. capulum gladii bellatoris, a dextris ſiniſtrorſum. In area ad latus ſiniſtrum legitur numerus anni 1. 6. 2. 8.

In poſtica continuatur titulus: SAC: *ræ* CÆS: *areæ* MA: *ieſtatis* ANTER: *iorum* PROVINC: *iarum* PLEN: *arius* GVB *ernator*. Scutum quadripartitum ut num. x. niſi quod hic medium locum occupet teſſera *Alſatiæ*, ad quam proinde provinciam nummus pertinet.

Epigraphe eius ex dictis ad num. XII. intelligitur. Nimirum tertiam Anterioris Auſtriæ partem LEOPOLDUS Sac. Cæſareæ Maieſtatis nomine ad dies vitæ regendas ſuſceperat; hincque omiſſa *& reliquorum Archiducum* formula, iam ſolius Cæſaris *gubernator* dicitur. KOEHL. *P.* III. *p.* 281.

XVI.

Antica num. præcedenti fere ſimilis. At nota chrnologica numerum anni 1. 6. 3. 2. indicat.

Poſtica clypeum complectitur, cuius deſcriptionem iam dedimus. Tab. XXII.

Annus hic LEOPOLDO emortualis erat; obiit enim die XIII. Septembris, ut alibi quidem ex eius epitaphio demonſtrabimus, hic autem loci ideo occupandum erat, quod a ceteris plerisque non alium diem ſolum, ſed etiam annum conſignari videamus, quos inter & ipſe Cl. KOEHLERUS eſt (b); deceptus videlicet errore typographico, qui in compendium vitæ huius Archiducis (c) ab Illuſtr. KHEVENHILLERO adornatæ, irrepſit: in ipſis tamen Annalibus (d) diligenter emendatur, quamquam & ibidem dies III. Septembris falſo adſcribatur. b c d

Notandus præterea eſt hic uncialis; ob inſigne aurei velleris, quo clypeus eius circumdatus eſt, quod in aliis plerumque haud obſervandum. In muſeo tamen S. PETRI duo aſſervantur, alter anno 1630. alter anno inſecuto cuſus, in quibus eadem torques conſpicitur. Inde vero confirmantur dicta ad num. V. & laudatus KOEHLERUS denuo emendandus eſt, quando aureum vellus Archiduci noſtro anno primum 1631. obtigiſſe loco citato ſcribit.

Ambo hi nummi in ſupplementis noſtris num. XXVII. & XXVIII. deſignandi videbantur; prior quidem, ut maior dictis fides conſtet: ſecundus autem (qui in Alſatia cuſus) quod in clypeo eius teſſeræ aliquot, *Caſtellæ* videlicet & *Legionis*, in reliquis uncialibus haud frequentatæ,

(a) HANSIZIUS l. c. p. 697.
(b) Loc. in calce num. præcedentis notato.
(c) p. 90.
(d) T. XII. col. 331.

Tab. XXII. tatæ, occurrant: ad latera vero hinc leo *Habsburgicus* inde piſces *Pherretani*. Hinc utriusque partis epigraphe hæc eſt: LEOPOLDVS. D: G. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. DVX. BVRG. LAND. ALS: CO: FER.

Denique quoad hunc, quem in præſentiarum contemplamur, nummum, advertendum adhuc eſt: illum ter eodem anno repetitum fuiſſe. Aſſervamus enim in ſcriniis noſtris tria huius typi exempla, inter ſe non multum, ſed diverſa tamen, ut nobis attente intuentibus patuit. Exinde vero coniici poteſt, quanta copia uno anno emerſerit: quod tamen mirum adeo non eſt; cum ea tempeſtate bellum Suecicum vel maxime urgeret, quod ut felicius aut ſuſtineret, aut reprimeret frater eiusdem FERDINANDUS II. ſubſidiis pecuniariis adiuvandus erat. *M. S. B.* KOEHL. *l. c.*

XVII.

Convenit hic nummus maximam partem cum num. x. eſtque medietas eiusdem, ſeu florenus, ſemunciam cum drachma appendens. *M. S. B. ar.*

XVIII.

Hicce ſimiliter nummus num. XVI. reſpondet: ſed variat in voce TYROLIS, orthographiæ regula. *M. S. B. ar. pond. ſemunc.*

XIX.

Utraque huius monetæ facies num. XII. fere reſpondet: ſcutum tamen averſæ quadripartitum, *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Auſtriæ*, & *Burgundiæ*, nec non *Tyrolis*, & infra denique *Auſtriæ*, quod aiunt *Veteris*, inſignia refert. Numerus *denarius*, in imo adverſæ legendus, valorem indicat. *M. S. B. ar. pond.* 1. *dr.* LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

Ibidem adſervatur ſimilis alius, cum eo duntaxat diſcrimine, quod Archidux in habitu, quem vocant, ſeculari, velut num. XV. ſiſtatur: nota chronologica etiam non per transverſum, ſed ad latus ſiniſtrum, ut in dicto num. XV. inſcripta ſit, ac denique in averſa ſcutum ovatæ formæ, nec ineleganter marginatum, repræſentetur.

Huc quoque pertinet eiusdem fere ponderis nummus, apud hominem privatum hic loci viſus, & in ſupplementa noſtra num. XXIX. relatus. Eius adverſa Archiducem in ſtatu clericali, more ſolito ſiſtit, cum titulo: LEOPOLD. *us* D. *ei* G. *ratia* ARCH. *idux* AVS. *triæ* ARG. *entinenſis* E. *t* PASS *avienſis* EP *iſcopus*. In poſtica ſcutum tripartitum, pulchre marginatum, & pileo Principum obtectum: prima areola faſciam *Auſtriacam*, ſecunda canem *Murbacenſem*, tertia vero manum *Luderenſem*, exhibet. Hinc additur in ambitu titulus: ADMINISTRA. *toris* MVR. *bacenſis* ET LVD. *erenſis* MONETa. Unde & nummi originem intelligimus.

XX.

LEOPOLDVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX. AV. *ſtriæ*. Integra Principis figura, in pedes erecta, a fronte, cataphracta, dextra ſceptrum tenet, ſiniſtra capulum gladii prehendit, capite Archiducum pileo tecto.

LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

DIVVS. LEOPOLDVS: ſtans in ſerto lauri cataphractus, pallio Principum amictus, barbatus, obverſa facie, capite Ducum pileo operto, dextra vexillum, cui ſcutum *Auſtriæ novæ* impreſſum, ſiniſtra typum templi *Neoburgenſis* tenens.

Hunc *Sanctum* ſibi cognominem, & ipſum Auſtriæ Marchionem, Archidux noſter aliorum ſuæ gentis Principum exemplo, in nummis uſualibus ſignari voluit. Porro nos de nummis cum icone S. LEOPOLDI alias ſingillatim egimus (a). *M. Imp. & S. B. au.* I. *duc.*

a

XXI.

LEOPOLDVS: D. *ei* G *ratia* ARCH. *idux* AVS *triæ.* Protome Archiducis armata, cum pileo Arciducali in capite, nec non teſſera aurei velleris.

Sequuntur in averſa reliqui tituli: DVX. BVRGVND: *iæ* COMES: TYROL: *is.* Tria ſcuta colligata, atque teſſeris *Tyrolis*, *Auſtriæ*, & *Burgundiæ* exarata: infra nota valoris 3.

Ex inſigni aurei velleris, de quo paullo ſupra ad num. VI. & XVI. dictum eſt, hunc groſſum ante annum 1628. cuſum haud fuiſſe intelligimus. *M. S. B. ar. & G. C. locul.* III. *tab.* VIII. *n.* 66. *p.* 119.

Aliæ eiusmodi monetæ, ubi tamen Archidux cum veſtimento Epiſcopali adhuc comparet, tam in laudato *recens aperto ſcrinio*, quam in muſeo noſtro reperiuntur, fere cum eo ſolum diſcrimine, quod dictæ parmulæ ovatæ figuræ ac pulchre marginatæ ſint.

(a) P. I. huius volum. ad tab. I.

XXII.

Tab. XXII.

Eadem effigies, eademque ferme utriusque partis epigraphe: ſcribitur tamen ARC. *hi*- DVX. In averſa vero duplici decuſſationi incumbit parmula, aquila *Tyrolenſi* inſignita.

Eiusmodi *crucigerorum* plures alii aſſervantur in *M. S. B.*

Sequuntur iam LEOPOLDI V. proles: cumque MARIÆ LEOPOLDINÆ & præſertim SIGISMUNDI FRANCISCI iam hic ſupra mentionem fecerimus: nihil hic aliud ſupereſt, quam ut eorum binos duntaxat nummos breviter recenſeamus. Poſtea ad FERDINANDUM CAROLUM, qui aliquanto plures nummos habet, adeoque ſingularem tractationem poſtulat, acceſſuri. Atque is quidem ætate licet maior, minori tamen ob id ipſum a nobis poſtpoſitus eſt. CAROLI denique *Poſthumi* nummos ultimo loco reſervamus.

MARIÆ LEOPOLDINÆ,
LEOPOLDI V. FILIÆ,
NUMMUS.

XXIII.

Tab. XXIII.

Repræſentat hic nummus, ex tabulis HERÆI eductus, MARIÆ LEOPOLDINÆ iconem a fronte, quæ pulchre comta, criſpo & denticulato focali, nec non galericulo criſtato ornata eſt. Etſi enim omni prorſus epigraphe deſtitutus ſit, dictam tamen Principem exhiberi, ex tabulis pictis, alibi vulgandis, diſcimus. Porro orbibus numiſma a chalcographo *Heræano* pro more circumdatum eſt, ad indu-

cen-

LEOPOLDI V. Archiducis proles.

MARIA LEOPOLDINA.
XXIII.



SIGISMVNDVS FRANCISCVS
LEOPOLDI V. Tyrol fil.

XXIV.



FERDINANDVS CAROLVS
LEOPOLDI V. Tyrol. fil.

XXV.



XXVI.



XXVII.



XXVIII.



XXIX.



XXX.



CAROLVS Posthumus. CAROLI Græcensis fil.

I.



II.




III.




IV.




V.



VI.



VII.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXIII. cendam nimirum æqualitatem, cum in se sit ovatæ, ut intuentibus patet, formæ *T. H.*

SIGISMUNDI FRANCISCI, LEOPODI V. FILII,

NUMMUS UNCIALIS. XXIV.

SIGISMVNDVS. FRANC: *iscus* D: *ei* G: *ratia* ARCHIDVX. AVST: *riæ.* Protome Archiducis armata, cum pallio, veterum more, torque aurei velleris, focali promisso & denticulato, oblongis crinibus, capite nudato, ad sinistram verso.

In postica continuantur tituli: DVX. BVRGVNDI: *æ* COM: *es* TYROLIS. 1665. Clypeus galero Archiducum opertus, & torque aurei velleris tectus, insignia paterna referens, ut num. XVI. tabulæ præcedentis.

Hic uncialis SIGISMUNDI forte solus & unicus exstitit, atque ante XV. Iunii, anni in nummo notati, haud dubie cusus; quippe quo die Archidux vitam clausit. *M. S. B. &* MELL. *p.* 189. LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

Doctissimi *recens aperti Grossorum scrinii* conditores etiam minorem monetam, valoris trium crucigerorum producunt (a) Nos alium, illi simillimum, de an. 1665. in supplementis nostris num. XXX. damus, addentes simul alium maioris moduli. num. XXXI. Adversa & epigraphe utriusque partis ubique eadem fere est. In aversa vero scutum, parmula *Austriaca* & *Tyrolensi* exaratum, pileoque Archiducum tectum conspicitur. Denique nota valoris hinc in aversa 3. illinc autem in adversa num. XV. Romanus adponitur.

a

FERDINAND. CAROL. LEOPOLDI V. FILIUS.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

FERDINANDUS CAROLUS ex LEOPOLDO *Tyrolensi* & *Claudia Medicea* die XVII. Maii anno 1628. Oeniponti natus, quinquennis, amisso patre, sub matris tutela fuit (25.) Ab hac, anno ætatis octavo decimo, exemptus, regimen (28. ex suppl. num. XXXII.) ipse adiit. Hic ingenuas uti artes, scientiasque summopere amabat, colebatque: ita & nummos quoque haud certe inelegantis fabricæ, fieri curavit (27. 28.); ex quibus, eundem singulari quoque cultu S. LEOPOLDO addictum fuisse, discimus (25. 29.). FERDIN. CAROL. LEOPOL. V. FILIUS. Tab. XXIII.

De vita decessit in flore ætatis, variolarum morbo, anno 1662. die XXX. Decembris, cum ex coniuge, ANNA *Medicea*, tres quidem filias, at nullam masculam prolem sustulisset. KHEVENHILLER *loc. sæpe cit. p.* 116. *c.* XXV.

(a) Suppl. I. tab. XVII. num. 175. p. 170.

Tab. XXIII.

XXV.

FERDIN. CAROL. LEOPOL. V. FILIUS.

FERDIN: *andus* CAROL. *us* D:*ei* G:*ratia* ARCHID: *ux* AV*ſtriæ* D: *ux* B:*urgundiæ* COM: *es* TIROL: *is*. Iuvenis armatus, equo inſidens exſultanti, obverſa facie, ac capite nudo, ſiniſtrorſum vehitur, dextra regentium ad inſtar bacillum tenens. In ſegmento annus æræ vulgaris 1642. & in receſſu civitatis Oenipontanæ ſchema.

In poſtica integra S. LEOPOLDI, Marchionis Auſtriæ, figura, a fronte, in pedes erecti, armati, dependente a tergo pallio: dextra vexillum tenentis, cui impreſſa *Auſtriæ* parmula, ſiniſtra ſchema templi *Neoburgenſis*. Caput inſuper galero Principum opertum & nimbo ornatum eſt. In margine interiori nomen *Sancti* unacum nota valoris huius nummi: DIVVS. LEOPOLDVS. 2. DVGA. *ti*, & in ambitu decem & quatuor ſcuta, promiſcuo ordine in orbem collocata, ſpectantur, ubi aquila *Tyrolenſis* apicem tenet: reliquorum autem nomina hæc ſunt: *Goritiæ*, *Alſatiæ*, *Flandriæ*, *Styriæ*, *Burgundiæ*, *Carniolæ*, *Auſtriæ novæ*, *Carinthiæ*, *Habsburgi*, *Auſtriæ veteris*, *Hungariæ*, *Caſtellæ*, ac denique *Bohemiæ*.

Etſi Archidux a tutela matris, ſub qua poſt patris mortem, quem iam tum quinquennis amiſerat, ante annum 1646. exemptus haud fuerit: credibile tamen eſt, eidem, anno in hoc nummo notato, ab Ordinibus Tyrolenſibus Sacramentum fidei, quod *homagium* dicunt, præſtitum fuiſſe; quæ quidem ſubiectionis conteſtatio ſolemnis erga Archiduces heredes, annis minores, uſu dudum firmata eſt. Neque enim ſine cauſſa Archidux, regnantium more, parazonio inſtructus, & equo vectus ſiſtitur: quemadmodum etiam quatuordecim ſcuta, in poſtica nummi parte expreſſa, non tam ad ſplendorem, potentiamque gentis Auſtriacæ, quam ad annum ætatis Principis, quartum & decimum, adludere videntur. *M. Imp. au.* 2. *duc.*

XXVI.

FERDINANDVS. CAROLVS. D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX. AVST: *riæ*. Protome Archiducis armata, cum pallio, ad morem veterum, torque aurei velleris & focali ornata: denſum cæſarie caput inopertum, ad ſiniſtram converſum.

Nummus hic iconicus non multum differt a proxime ſequenti, cuius priorem partem HERÆUS, ex cuius tabulis hunc eduximus, mutuatus eſt. *T. H.*

XXVII.

Eadem adverſa, quæ præcedentis nummi: in utroque ſub brachio Archiducis dextro nomen artificis legitur A M K.

Poſtica pars emblematica eſt, & epigraphe caret. Siſtitur equus armatus, phaleratus & criſtatus. Pone illum labarum, ſeu equeſtris militiæ ſignum, erigitur, cui nonnullæ ſiglæ inſcriptæ, de quibus ſtatim. Superne comparet ſol inter duo tormenta bellica; ab his deſcendunt radii, pertingentes ad duo brachia,

Tab. XXIII. brachia hinc inde e nubibus porrecta, quorum illud a dextris sclopetum manu tendit, illud a siniſtris gladium bellatorem sclopo decussatim opponit: hæc inter arma, supra equum, cernuntur tres orbes seu parmulæ, quibus totidem litteræ: H R M inscriptæ.

Ad has intelligendas interpretandasque, emblemata ipsa consideranda sunt. Sol nimirum, qui, virtute a Conditore sibi indita, productis e terra frugibus, non solum conservat cuncta, sed &, quod hic maxime locum habet, Dux temporum, Princepsque luminum reliquorum, cuncta moderatur & terminat. Deinde arma, quo & equus pertinet, genus humanum in officio continent, legibusque vim ac efficaciam afferre solent. Pecunia denique ipsa, seu *auri sacra fames*, magnam ubique potentiam, magnumque in *mortalia pectora*, ut VIRGILII verbis utamur, dominatum exercet. Hinc dictas siglas singulis verbis: H*is* R*egitur* M*undus*, redere nulli dubitamus.

Maiorem difficultatem habent siglæ reliquæ, labaro impressæ. Neque enim ibi nomen cælatoris locum habere potest, nec aliud nunc occurrit, quo lectoribus satisfieri posse confidamus. Quod si tamen coniecturæ indulgendum, siglas illas minutissimas L & G: L *eopoldus* G *uilielmus* interpretamur, huius scilicet nostri patruelem, & Episcopum Argentinensem & Patavinensem intelligentes, qui numFERDIN. CAROL. LEOPOL. V. FILIUS.

mum forte obtulit. Quocirca maiorem litteram G in eodem ter tium repetitam, & in monogrammatis modum innexam, nisi meri ornamenti vicem sustineat, litteram initialem secundi eiusdem nominis esse coniicimus. Quæ res exemplo non caret. Nam & nonnulli nummi CAROLI II. Regis Angliæ, circumferuntur, ubi littera C bis licet repetita & eodem fere modo complicata, solum tamen & unicum Regis nomen indicat. *M. S. B. au. pond.* 12. *duc. & in Bibl. Cæsar. Vindob. a. fus.*

UNCIALIS ET MONETÆ.

XXVIII.

Adversa cum præcedenti fere convenit: aureum tamen vellus a fascia dependet, & in area, a siniſtris annus æræ Christianæ 1. 6. 5. 4. legitur.

In aversa continuatur titulus: DVX. BVRGVNDIÆ. COMES. TYROLIS. Clypeus *Austriacus* quadripartitus, impositio pileo Archiducali, torque aurei velleris cinctus, insignia præterea refert, ut num. XVI. *M. Imp. & S. B.* MELL. *p.* 186.

Similis asservatur in museo *Buoliano* de anno 1652. & in scriniis nostris florenum tenemus, unciali huic per omnia, sola magnitudine excepta, similem, a cuius proinde delineatione consulto abstinemus.

At vero suspiciendus omnino est binio argenteus, seu thalerus duas uncias appendens, ibidem nunc videndus, atque

FERDIN. CAROL. LEOPOL. V. FILIUS.

in ſupplementis noſtris num. XXXII. depictus. Eius adverſa Archiducem ut num. præcedenti quidem exhibet, at corona laurea circumcinctum & adhuc imberbem: averſa aquilam *Tyrolenſem* in corona laurea oſtendit, cuius caput itidem corona laurea cinctum eſt. Epigraphe utriusque partis nummo præcedenti reſpondet. Quod ſupereſt, oris ſpecies atque ſingularis huius nummi ornatus, coniecturæ locum faciunt, illum an. 1646. quo FERDINANDUS CAROLUS paternæ hereditatis regimen capeſſivit, ſignatum fuiſſe; quo magnificentiam ſuam etiam in nummis uſualibus oſtenderet.

XXIX.

FERDINAN *dus* CAROL *us* D: *ei* G. *ratia* ARCHID: *ux* AV *ſtriæ*. Archidux integra figura in pedes erectus, cataphractus: dextra ſceptrum tenet, ſin. capulum gladii prehendit, capite pileo Archiducum operto, ſiniſtrorſum verſo.

In averſa icon S. LEOPOLDI, ut paullo ſupra num. XXV. Ex repetita hic Divi LEOPOLDI, Auſtriæ Patroni, imagine, non obſcure diſcimus, Archiducem noſtrum eundem ſpeciali cultu proſecutum fuiſſe. Tab. XXIII.

Illud quoque notari meretur, quod in vexillo ambo inſignia *Auſtriæ*, quæ dicunt *nova* & *vetera* iuxta ſint impreſſa; cum tamen ſecundum tradita a nobis tomo I. loco iſtorum, non niſi ſimplex aquila inſcribi debuiſſet. *M. S. B. au.* I. *duc.*

XXX.

Epigraphe utriusque partis cum num. XXVIII. conſpirat, nonnullis tamen vocibus magis decurtatis. Adverſa protomen Archiducis armatam, & pileo Principum obtectam exhibet: averſa num. XXII. tabulæ præcedentis convenit. *M. S. B.*

In *recens apertis Groſſorum ſcriniis* (a) depingitur moneta aliquanto maior, trium nempe eiusmodi crucigerorum valore. Eius antica cum hoc præſenti convenit, poſtica vero cum eo, qui inter ſupplementa num. XXX. viſitur, cum ſolita inſcriptione. 2

CAROLUS POSTHUM.
CAROLI STYRENSIS FILIUS.
BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

CAROL. POSTHU. CAROLI STYRENSIS FILIUS.

CAROLUS poſt humatum patrem, CAROLUM *Styrenſem*, ex MARIA *Bavara* anno 1590. die VII. Aug. natus, *Poſthumi* inde cognomen, more a veteribus deducto, retulit. Princeps erat antiquæ fidei & morum. Hic ſtatum Eccleſiaſticum amplexus, (1), anno 1608. Epiſcopatum *Uratislavienſem* (2. 3.) & anno 1614. *Brixinenſem* (4.) obtinuit: tum anno 1616. Coadiutor

(a) Locul. II. tab. VIII. n. 69. p. 133.

Tab. XXIII. iutor Magiſterii Ordinis Teutonici factus, hanc quoque dignitatem anno 1618. poſt patruelis ſui, MAXIMILIANI III. mortem, indeptus eſt (5. 6.).

CAROL. POSTHU. STYRENSIS CAROLI FILIUS.

Secundum hæc a PHILIPPO IV. anno 1624. in Hiſpaniam, quo Pro-Rege Luſitaniæ conſtitueretur, evocatus, eo quidem XXIV. Decembris feliciter appulit: ſed ſtatim morbo oppreſſus, diem in flore ætatis piiſſime obiit: DEO, quem EIUS ANIMA iugiter DESIDERABAT (1. 2. 6. 7.) æternum fruiturus. KHEVENHILLER, MELLEN, HANSIZ. alii.

NUMMI MNEMONICI ET USUALES.

I.

CAROLVS D. *ei* G. *ratia* ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Protome Archiducis, habitu Eccleſiaſtico induti, demiſſo ab humeris pallio, quod veterum paludamentum diceres, crucem, quam *Teutonicam* eſſe putamus, a collo geſtantis, cum focali & barba ad nares & mentum parva: nudo capite, præciſis ac neglectis capillis, ſiniſtrorſum verſo.

In poſtica cervus ex decurrente rivo bibens, illuceſcente ſuperius ſole. Additur epigraphe *ex pſal.* XLI. *v.* 1. deſumpta: DESIDERAT. ANIMA. MEA. AD. TE. DEVS. cuius nimirum verſus dimidiam ac priorem partem emblema ipſum pulcherrime exprimit; nam integer verſus hic eſt: *quemadmodum deſiderat* CERVUS *ad fontes aquarum: ita* DESIDERAT ANIMA MEA AD TE DEVS.

Symbolum hoc erat CAROLI, quod etiam abſque emblemate ſuis in nummis frequentavit, uti ex ſequentibus patebit. Porro ex *Ordinis Teutonici* inſigni, nec non reliquo oris habitu, haud obſcure intelligimus, nummum ante annum 1618. quo patrueli in ea dignitate ſucceſſit, cuſum haud fuiſſe. Nihilominus primo loco ponendus erat; eo quod integrum Archiducis ſymbolum exhibens, ceteros, qui lemmate ſolum inſcripti ſunt, explicare, iisque velut præludere videatur. *M. Imp. ar. pond.* I. *dr. T. H.*

II.

CAROL:*us* D.*ei* G.*ratia* ARCH: *idux* AVSTR: *iæ* EP*iſcop*VS WRATISL. *avienſis.* Protome CAROLI ut num. præcedenti, ſed vultu macilentiori hic comparet, & habitu Eccleſiaſtico indutus, quem *Muzetum* Itali vocant.

DESIDERAT ANIMA MEA. AD TE. DEVS. Clypeus pileo Archiducali tectus & inſignibus Auſtriacis refertiſſimus. Caput ſcutarium bipartitum: hinc tænias *Hungaricas*, illinc leonem *Bohemicum* exhibet. Huic ſubſtans ipſe clypeus ter ad perpendiculum, totidemque vicibus transverſim ſectus, duodecim areolis componitur, quarum poſtremis tres parmulæ triquetræ inſertæ ſunt. Primus areolarum ordo ſymbola complectitur: *Caſtellæ*, *Legionis*, *Arragoniæ* & *Siciliæ*. II. *Styriæ*, *Carinthiæ*, *Carniolæ* &

CAROL. POSTHU. CAROLI STYRENSIS FILIUS.

Goritiæ. III. *Burgoviæ*, *Wurtembergiæ*, *Alsatiæ*, *Kyburgi.* In parmulis triquetris, postremis areolis insertis, comparent insignia *Pherretensia*, *Austriæ superioris*, nec non *Austriæ veteris*, & *Cileiensia.* Denique honoratiori huius scuti loco parmula quadripartita incumbit, quæ *Austriæ novæ*, *Burgundiæ*, *Tyrolis* & *Habsburgi* tesseras complectitur.

Diximus, in secundo loco tertii ordinis extare tesseram *Würtembergiæ*, etsi leones, ut intuentibus patet, *Carinthiæ* depicti sint; illam enim ex se repræsentandam fuisse, inde concludimus; quod cornua *Würtembergica* paullo inferius num. IV. eadem in areola exhibeantur. Suspicamur igitur errorem hic irrepsisse, sive ab eo, qui nummum delineavit, sive ab ipso monetario, seu cælatore, commissum: quam tamen suspicionem ideo tollere nequimus; quod archetypon; utpote in gazis aulæ Vindobonensis asservatum, denuo inspicere iam integrum nobis haud est.

Episcopus Wratislaviensis, cuius hic titulum legimus, electus est CAROLUS anno 1608. die VII. Iulii, solemnemque ingressum die XIV. Decembris eiusdem anni celebravit (a). *M. Imp. ar. pond. semunc.*

a

III.

Utraque nummi facies præcedenti fere respondet: in area autem aversæ numerus anni 1611. legitur, qui nummum hunc pariter cusum fuisse docet;

(a) KHEVENH. tom. VII. col. 7.

cum CAROLUS solo adhuc Episcopatu *Wratislaviensi* fruebatur; nam post annos circiter tres alter Episcopatus *Brixinensis* ei primum accessit. In parmula quoque triquetra, infra areolas, numero quarta, inscriptus videtur galerus *Marchiæ Vinidorum*, quem Cl. a MELLEN in suo unciali, mox producendo, scite observavit. *M. Imp. au.* 9. *duc.*

Tab. XXIII.

UNCIALES ET MONETÆ.

IV.

CAROL:*us* D.*ei* G:*ratia* ARCH: *idux* AVST:*riæ* DVX. BVRG:*undiæ* COM: *es* TIROL: *is.* Protome Archiducis fere ut numero præcedente: sed vestis, quam *Muzetum* dicunt, ut alias monuimus, hic ornatior est & quasi phrygio opere facta.

In aversa continuatur titulus: EP *iscop* VS : BRIX: *inensis* ET: WRATISLAVIENSIS: *anno* 1614. adduntur duo unci decussati, monetarii signum. Scutum maius, ut num. præcedenti: sed hic duo scutula minora maiori addita sunt ad latera, quorum illud ad dextram Episcopatum *Brixinensem* designat: quod ad sinistram, Episcopatum *Wratislaviensem* indicat.

In dubio relinquit Cl. KOEHLERUS (b) an uncialis iste ex persona Episcopi Brixinensis, an vero Wratislaviensis, cuius sit?

b

DEWERDEKIUS de nummis Episcoporum Wratislaviensium data opera scribens, hunc ipsum uncialem in medium adfert: sed du-

(b) M.B.L. P. IV. præf. §. XII. n. XI.

Tab. XXIII. dubium non tollit, cauſſam duntaxat interſerens, cur nomen & inſignia Epiſcopatus *Brixinenſis*, *VVratislavienſi* ordine præponantur; quia nimirum ille Principum S. R. Imperii dignitate, ſecus ac iſte pollet. Si decuſſatio, quæ in epigraphe averſæ, inter duas ſtellas ante æram, ibi ſcriptam, cernitur, certæ officinæ aut monetario tuto tribui poſſet; lis forte dirimeretur. Sed hæc miſſa faciamus.

Ceterum hoc ipſo anno, in nummo adſcripto, CAROLUS Epiſcopatum Brixinenſem, cuius hic non ſolum titulum gerit, ſed etiam inſignia adhiberi curavit, obtinuit; ut adeo nummum ea occaſione, & ad annuntiandam novam dignitatem, prodiiſſe, perſuaſum teneamus. MELL. *p.* 182. DEWERDEK. *tab.* III. *n.* 14. *p.* 224.

V.

CAROL.*us.* D.*ei* G.*ratia* ARCHIDVX AVSTRI.*æ* ADM.*miniſtrator* M.*agni* GEN.*eralatus* PRVS.*ſici* M.*agiſter* ORD.*inis* TEVT.*onici* EP*iſcop*VS BRI.*xinenſis* ET. W:*ratislavienſis.* Hæc tota utriusque partis epigraphe.

Adverſa repræſentat protomen CAROLI, fere ut in nummis præcedentibus: ſed hic veſtis Eccleſiaſtica plana eſt, & capilli nudi capitis ſolito longiores. In ſegmento adſcripta æra Chriſtiana 1621. & in imo num. 24. valor monetæ.

In averſa clypeus maior *Auſtriacus* quadripartitus, galero Archiducum tectus, ſiſtens *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Auſtriæ* & *Burgundiæ*, nec non *Tyrolis* & *Goritiæ* teſſeras: huic ſuperimpoſita crux Ordinis Teutonici, impreſſa in medio parmula, aquilam referente. Latera clypei maioris ſtipant ſcuta Epiſcopatuum *Brixinenſis* & *VVratislavienſis*, mitris & pedis Epiſcopalibus ornata, ut num. antecedenti. CAROL. POSTHU. CAROLI STYRENSIS FILIUS.

Habemus hic omnes & ſingulas dignitatum Eccleſiaſticarum teſſeras, quibus Archidux CAROLUS ornatus erat. De Epiſcopatibus iam ſupra a nobis dictum: de Magiſterio Ordinis Teutonici illud ſtrictim repetendum, quod in breviario vitæ docuimus: dignitatem nempe hanc adeptus eſt anno 1618. cum iam ante duos annos MAXIMILIANI, patruelis ſui, conſtitutus eſſet coadiutor: huic itaque non ſucceſſit modo, ſed etiam inſignia & titulos, quos ante gerebat, adoptavit: quod ipſum ex ſequenti unciali firmatur. DEWERDEK. *tab.* III. *n.* XV. *p.* 232.

VI.

CAROLVS. D:*ei* G:*ratia* ARC:*hidux* AV:*ſtriæ* DVX: BVR:*gundiæ* STIR: *iæ* CAR*i*N:*thiæ.* Sequitur littera I: quæ forte errorem cælatoris, in mox antecedenti vocabulo ſupplere deberet; nam *Carinthiæ*, non vero *Carniolæ* legendum, ex proſecutione titulorum averſæ patet. Protome Archiducis armata, cum teſſera Ordinis Teutonici, facie obverſa, & capite pro more inoperto. Hinc inde adſcriptus annus 1623. Sequuntur tituli reliqui: ET. CARN.*iolæ* MAG:*iſterii* PRVSS:*ici* AD:*miniſtrator*

CAROL. POSTHU. CAROLI STYRENSIS FILIUS.

ſtrator COM: *es* HA: *bsburgi* ET: TIROL: *is*. Clypeus quadriparti-tus, impoſito pileo Archiducali: quadrans I. tænias *Hungaricas*, II. leonem *Bohemicum*, III. teſſeras *Burgundo-Auſtriacas*, IV. *Habsburgo-Tyrolenſes* impreſſas habet.

Uncialis hic ſimilis eſt illi, quem MAXIMILIANUS Ordinis TeutoniciMagiſtrer, CAROLI noſtri anteceſſor, anno 1616. cudi curavit: quin in ipſa epigraphe adverſæ, commiſſus error in voce CARN: loco CARIN: *thiæ* hic quodammodo ſervatus fuit. Illius delineationem ſupra dedimus tab. XVIII. *n.* X. *p.* 143. *M. S. B. ar. & apud* MELL. *p.* 185.

VII.

CAROL.*us* D.*ei* G.*ratia* ARCH. *idux* AVSTR. *iæ* EPI*ſcop*VS. WRA-*tislavienſis*. Protome Archiducis fere ut num. V. Tab. XXIII.

DESIDERAT. ANIMA. MEA. AD. TE. DEVS. 1611. Scutum *Auſtriæ*, impoſito galero Archiducali, ſtans a dextris: ad ſiniſtram adſtat ſcutum Epiſcopatus *VVratislavienſis* cum mitra.

In hunc nummum aureum commentatur DEWERDEKIUS, mox citandus: quod præter morem præcedentium Epiſcoporum Wratislavienſium CAROLUS noſter primus fuerit, qui cum propriam effigiem in nummis ſignari, tum titulos & inſignia familiæ ſuæ, titulo & ſcuto Epiſcopatus poſtponi iuſſerit; cauſſam vero eius rei tribuit prærogativis Auguſtæ Domus, & ipſius ſanguinis Auſtriaci eminentiæ. DEWERDEK. *tab.* 3. *num.* 13. *p.* 223. *au.* 1. *duc.*

FERDINANDUS II. IMPERATOR.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

FERDINANDUS II. IMP. Tab. XXIV. ſeqq.

FERDINANDUS II. CAROLI *Styrenſis* ex MARIA *Bavara* filius, anno 1578. die IX. Iulii Græcii in lucem editus eſt. Princeps erat ſingulari pietate, regiisque virtutibus ornatiſſimus (17.), & Catholicæ religionis acerrimus æmulator. Is enim annos natus duodeviginti, ſuſcepto paternarum ditionum regimine (1. 2.), mox hæreſi bellum indixit, reſtitutisque, ubi expulſi aut oppreſſi erant, Sacerdotibus, quos ſingulari in omni vita favore complexus, inſigni quoque beneficentia undique proſecutus eſt (75. 77.). Incredibile eſt, quot millia hominum ad avitam religionem reduxerit.

Hoc vero Catholicæ rei ſtudium, etſi adverſæ partis animos ab eo vehementer diſtraheret: Deo tamen ita diſponente, non obfuit; quin tribus continuis annis, coronis totidem

Tab. XXIV. tidem decoratus fuerit (5 -- 17.). Nam anno 1617. die XIX. Iunii Coronam *Bohemiæ* (5 6.), & anni mox interfecuti die I. Iulii diadema *Hungariæ* (7 - 9.) etiamnum vivente atque iubente MATHIA Prædeceſſore , cum conſecutus fuiſſet : hoc demum ad plures abeunte , anno 1619. die XXVIII. Auguſti, non ſine præſenti Numinis ope (16.), Romanorum Rex ſalutatus fuit, moxque die IX. Septembris conſueta ſolemnitate , ſparſis populo aureis atque argenteis nummis (10. 12.), inſignia *Imperii* accepit (13 - 17.). FERDINANDUS II. IMP.

Tantis honorum dignitatibus auctus , infinitis adverſitatum procellis continuo iactatus , easdem tamen , Princeps in utraque fortuna ſimilis , Deoque iugiter confiſus , invicta conſtantia ſuperavit. Quocirca Dei opem tum maxime etiam ſenſit (19. 30.), quando FRIDERICUM *Palatinum Comitem* & Electorem , a rebellantibus Bohemis contra omnia , Divina & humana iura , Regem Bohemiæ electum , commiſſa in *Monte albo* , propter *Pragam* , decretoria pugna , ita fregit (20.), ut recepto regno , hoſtem in exilium eiectum , ditione hereditaria iuxta atque dignitate Electorali exuerit , atque habitis *Ratisbonæ* anno 1622. comitiis , quibus ipſe unacum coniuge præſens intererat (26.), in eius locum MAXIMILIANUM Ducem Bavariæ (28.) ſubſtituerit.

Facto hunc in modum tricennalis belli initio , infinitas poſtmodum univerſa Germania calamitates , quæ & inter cetera viciniam noſtram fœde afflixerunt (80 -- 82.), diu perpeſſa eſt ; maxime cum & Sueciæ Rex , GUSTAVUS ADOLPHUS , victricia arma longe lateque circumferret. Hoc bellum cum Imperator per Duces (78. 79.) ad annum uſque 1637. varia fortuna adminiſtraſſet , morbo correptus , ad æternam quietem die XV. Februarii evocatus eſt.

Matrimonia duo iniit : primum anno ſeculari 1600. cum MARIA ANNA , GUILIELMI V. Bavariæ Ducis filia (3. 4.), quæ cum ei tres filios , totidemque filias , de quibus , in quantum quidem nummi exigent , poſtea agemus , genuiſſet , anno 1616. morte ſublata , in mauſuleo , a piiſſimo coniuge eius anno præcedenti conſtructo (4.) condita fuit.

Alterum cum ELEONORA , VINCENTII *Mantuæ* Ducis filia , (21 -- 25. 33.) anno 1622. die IV. Februarii celebratum , ſterile fuit. Hæc marito ſuperſtes , anno 1655. die XXV. Iunii ad Superos abiit.

Pro heroico ſymbolo coronam pingi iuſſit FERDINANDVS , addito lemmate, de Sacris paginis deſumpto : LEGITIME CERTANTIBVS (1. 5. 7. 10. 13 - 16. 28.). Quod quidem variato ſubinde modo expreſſum (13. 15. 16. 23 -- 25.) , non ſine omine ſuſceptum fuiſſe , eventus poſtea docuit (1. 16.).

Nummi eius unciales variis in provinciis magna copia excuſi ſunt (36 - 51.) : ceterique uſuales tam in auro (52 - 56.) quam argento

FERDINANDUS II. IMP.

argento (57 – 69.) exiſtunt. Ex illis ſingularem attentionem merentur, qui in Tyroli, ceterorum quoque Archiducum nomine, (41. 42.) ſignati fuerunt. Cetera ad nummos ipſos notamus. *Vid. plura apud* KHEVENHILLER *Annal. Ferd. Theatr. Europ.* LAMORMAINI, *ceteros.* Tab. XXIV.

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. XXIV.

FERDINANDVS. D:*ei* G:*ratia* ARCHI:*dux* AVST:*riæ.* Protome Archiducis armata, cum pallio & inſigni aurei velleris, facie iuvenili, capite, acciſis crinibus, inoperto, ſiniſtrorſum verſo.

Poſtica coronam oſtendit apertam, addito lemmate: LEGITIME. CERTANTIBVS.

FERDINANDUS Archidux anno 1590. litterarum cauſſa *Ingolſtadium* miſſus, exacto ibidem quinquennio, *Græcium*, ut paternam adiret hereditatem, rediit. Anno igitur 1596. ætatem ad regendum legitimam aſſecutus, atque tutela *Rudolphi* Imperatoris ac contutorum, MARIÆ matris, viduæ, ac GUILIELMI Bavariæ Ducis, exemptus, in *Styria* primum, deinde anno inſecuto in *Carinthiæ*, *Carniolæ* & *Goritiæ* provinciis, homagium ſolita cum ſolemnitate ſumpſit (a). Quare & æquum fuerat, ut regnantium more ſymbolum ſibi adſciſceret, in hoc quidem nummo exhibitum: qui neque ante ſolemnes hos actus, neque multo poſt cudi potuit. Primum ex eo oſtenditur, quod iam cum aureo vellere appareat, quo quidem a Cæſare primum honoratus fuit, cum peracto dicto negotio, *Pragam* ſe contulit, eidem ob geſtam paullo ante tutelam gratias acturus (b). Alterum ex oris ſpecie deducitur; quæ anno vitæ decimo nono, quem tum Archidux inchoaverat, facile, non item provectiori ætati convenit; uti etiam ad nummum ſequentem, ubi eodem fere habitu ſiſtitur, dicemus.

a

Symbolum ipſum non obſcure ad illa Apoſtoli PAULI verba (c) adludit: *nam, qui certat in agone non coronatur, niſi* LEGITIME CERTAVERIT. Ex quibus facile intelligi datur, non hic ad coronam temporalem, ſed cœleſtem & perpetuam ſpectari: quod etiam firmatur ex alio FERDINANDI nummo, inferius num. XXVI. producendo, ubi ſimilis corona aperta, ſed radiis reſplendens, & nubibus circumfuſa, cernitur, quæ cœleſtem & immortalem coronam luculenter deſignant.

b

c

Uſus eſt nempe piiſſimus Princeps ſymbolo iſthoc, non ſolum ut ſemetipſum ad virtutis ſtudium, quam in tam eminenti gradu conſecutus eſt, identidem excitaret; ſed & quanta in Deum fiducia, ſalutem æternam conſequendi, ferretur, publicis teſtaretur monumentis: id quod Rev. P. LAMORMAINI conſcientiæ eius arbiter, hisce verbis

(a) KHEVENHILLER. tom. IV. ad hos annos.
(b) Id. ibid. col. 1718.
(c) II. ad TIMOTH. II. 5.

FERDINANDI II. Rom. Imp. Numiſmata. Tab. XXIV.

I.

II.

III.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

XIII.

XIV.

XV.

XVI.

IV.

Pet. Mayr Del. et fculpſit. 1752.

Monument. Auſtr. T. II. P. II.

ad p. 176. Aa.

Tab. XXIV. bis exponit : *Dei gratia fretus, & Redemptoris pretioſo ſanguine ac meritis, ſemper ſaluti ſuæ procurandæ operam naviter impendit; ſpe plenus, fore, ut æternam ab æquiſſimo Judice, ac miſericordiarum Patre, aſſequeretur coronam, quam* LEGITIME CERTANTIBUS *ab eo tribui, etiam publico ipſe ſymbolo teſtatus eſt* (a).

Quod ſi præterea reliquam Archiducis vitam, eam cum primis, quam Imperator vivebat, ſub mentis oculos revocare velimus : nullum certe ſymbolum iſto aptius accomodatiusque adoptari potuiſſe fatebimur: ac ſi mens, aut occultus quidam inſtinctus, eidem adhuc adoleſcenti præſagiiſſet, quanta certamina atque diſcrimina aditurus, quantasque adverſitates & agones pro Deo & Eccleſia ſubiturus ſit. *M. Imp. ar. ſicilic.*

II.

FERDINAN: *dus* ARCHI: *dux* AVSTRIÆ. Protome Archiducis armata, pallio, torque aurei velleris, & criſpo focali ornata: capite nudo ad dextram converſo.

DVX. STYRIÆ. CARINT: *hiæ* CARNI: *oliæ* Z. (*et*) COM*es* GORI *tiæ*. Scutum quadripartitum. I. quadrans exhibet inſignia *Styriæ*. II. *Carinthiæ*. III. *Carnioliæ*. IV. *Goritiæ*: honoratiori loco, toti incumbit parmula *Auſtriaca*. Ex amuſſi itaque ſcuta titulis reſpondent.

De clientela, quam quatuor hi populi, quorum in hoc nummo teſſeræ ſpectantur, annis 1596. & 97. profeſſi ſunt, ad

(a) De virtut. FERDIN. Cap. II. p. 9.

nummum præcedentem diximus. Adeſtque eius rei alterum hic monumentum, cum hoc diſcrimine: quod præcedens ad ſolum quodammodo Principem, hic autem ad ſolas quodammodo provincias pertineat. FERDINANDUS II. IMP.

Nummum enim ſtatim poſt dicta ſolemnia, quo novus Dominus & Princeps omnium oculis ſpectaretur, emerſiſſe; tum inſignia provinciarum, in quibus ſubditi Ordines ſacramentum dixerunt, ſimul iuncta; tum iuvenilis FERDINANDI facies ſuadent. *M. Imp. ar. ſicilic.*

III.

FERD*inandus* D*ei* G*ratia* ARCH*idux* AVST.*riæ* D.*ux* BVRG. *undiæ* STYR. *iæ* CARINT.*hiæ* CARNIOLÆ. ET WIRTENB. *ergiæ* COMES. TYROLIS. ET. GORI. *tiæ*. Protome Archiducis armata cum inſigni Ordinis aurei velleris, inoperto capite, acciſis crinibus, ſiniſtrorſum verſo.

NVMISMA. D.*ono* D.*atum* MARIÆ ANNÆ ARCH.*iducis* AVST.*riæ* SPONSÆ. SEREN.*iſſimæ* A CARNIOLÆ. PROVINCIALIBVS OBLATVM. 1600. Ternio clypeorum : bini ſuperiores *Auſtriæ* & *Bavariæ* iuncti, impoſito Archiducali pileo : infra clypeus *Carnioliæ*, pileo Ducum pariter tectus : ad latera duo rami oleæ.

Epigraphe averſæ ſic ſatis luculenter occaſionem huius numiſmatis edocet : cuſum nimirum fuit *Græcii* ob nuptias FERDINANDI cum MARIA ANNA, WILHELMI Bavariæ Ducis filia, celebratas anno ſeculari 1600.

FERDINANDUS II. IMP.

die XXIII. Aprilis, & a *Carniolæ* Ordinibus ſponſæ oblatum. WALVASOR *hiſt. Carniol. lib.* X. *p.* 354. Alium, nobis non viſum, a Carinthiacis oblatum, recenſet Cl. a Lilienthal *l. c. p.* 480.

IV.

FERDINANDVS ET MARIA. ANNA. ARCHIDVCES. AVSTRIÆ. ETC. *etera* GRÆCII. FVNDAVERVNT. D.*eo* O.*ptimo* M.*aximo* ET SANCTÆ CATHARINÆ ÆDEM SIBI VERO SVISQVE MAVSOLEVM. Hæc integra utriusque partis inſcriptio.

In adverſa protomæ amborum iugatæ cum pallio, veterum more, ſiniſtrorſum converſæ. A dextris Archidux armatus, criſpo focali & torque aurei velleris ornatus, nudo capite. A ſiniſtris MARIA ANNA pulchre comta & cimeliis exornata, capite operto. In imo æra Chriſtiana: ANNO. M.DCXV.

Averſa repræſentat ſchema templi & mauſolei, cum iam recitato inſcriptionis ſupplemento. Totum ſecto lapide & architectura Corinthiaca ſtructum: tectum cupro veſtitum: aditus magnifico propylæo inter prægrandes columnas, Divorumque ſimulacra, ſolido lapide per latera & coronidem panditur; ut de ornatu interiore dubitare nequeat, qui penitus exteriorem conſideret.

Ubi de monumentis ſepulcralibus acturi ſumus, ſchemata huius templi, & mauſolei, maiori forma delineata dabimus, exponemusque quid foris, quid intus ſpectabile ſit.

Interea notaſſe iuvat, anno, in eleganti hoc numiſmate ſignato, 1615. FERDINANDUM adhuc Archiducem, anno ætatis ſuæ nonniſi 37. fati ſui memorem, *ſibi ſuisque mauſoleum* iamiam *poſuiſſe*. Quin occultiori quodam inſtinctu id feciſſe videtur; altero quippe anno, id eſt 1616. eius uxor, MARIA ANNA, mortem occubuit, huiusque funus in recens erectum mauſoleum illatum fuit: id quod ſupra iam notavimus. *M. Imp. a. fuſ.* Tab. XXIV.

V.

Antica coronam arcuatam oſtendit, ſub qua duo palmæ rami decuſſati, nec non ſequens inſcriptio, ſerto oleæ cincta, & quinque lineis abſoluta, legitur: FEDINAND. *us* II CORONAT. *us* IN REGEM. BOHEMIÆ AN. *no* 1617. 29. IVNII.

Poſtica ſymbolum FERDINANDI, ſupra iam expoſitum, continet: ubi adiectum lemma a cælatore, ratione quidem minus uſitata, ſed hic tamen opportuna, ita inciſum eſt, ut illud legere cupientes, nummum circumagere neceſſe non habeant.

Cum MATHIAS Imperator provectioris iam ætatis, corporisque viribus deficiens, ſpem prolis procreandæ iamiam abiiceret, de ſucceſſione tum in terras Auſtriacas, tum etiam ad Imperatoriam dignitatem agebatur; cumque & reliqui Archiduces, Imperatoris fratres, ALBERTUS & MAXIMILIANUS, heredibus pariter deſtituti eſſent, ſucceſſio FERDINANDO defertur, habitisque a Cæſare *Pragæ* comitiis, FERDINANDUM, in filium adoptatum, anno & die in nummo notatis, ſolemni pompa, quam Illuſtr. KHEVENHILLERUS

fuſe

Tab. XXIV a fuſe deſcribit (a), coronari fecit; qua occaſione hic miſſilis, eodem teſte, populo ſparſus fuit. *M. Imp. ar. pond.* 1. *dr.*

VI.

Adverſa litteram capitalem nominis FERDINANDI, corona arcuata obtectam, exhibet; ſubiecto numero II. & in averſa legitur: CORONAT. *us* BOHEMIÆ REX 1617. quæ ſingula utrinque ſerto oleagineo cincta ſunt, ſimulque eundem ſenſum reddunt, quem adverſa præcedentis: demto duntaxat coronationis die, qui hic deſideratur. Occaſio itaque huius nummi aurei in aprico eſt. *M. Imp. au. dimid. duc.*

VII.

FERDINANDVS II. BOHEMIÆ REX. CORONATVS. IN. REGEM. HVNGARIÆ DIE. I. IVLII ANNO 1618. Hæc inſcriptio, ſeptem lineis diviſa, umbonem adverſæ implet: ſupra illam imminet corona *Hungariæ*, duobus ramis, palmæ ſcilicet & oleæ, in decuſſim poſitis, ſuffulta.

Averſa continet coronam apertam, quam tranſit ſchedula, ad modum litteræ S inflexa, cui inſcriptum apophthegma Regis: LEGITIME CERTANTIBVS.

Nummus hic miſſilis, uti & alii ſimilis typi, ſed minoris moduli, nec non & alterius formæ, de quibus poſtea dicemus, ſparſi fuerunt in ſolemniis Hungaricæ coronationis, quæ peracta fuerunt die I. Iulii, poſtquam die XVI. Maii, anno, in adverſa nummi ſignato, 1618. b Rex proclamatus iam fuerat (b). *M. Imp. ar.*

VIII. FERDINANDUS II. IMP.

Adverſa cum ea fere convenit, quam num. VI. vidimus. Sub corona tamen *Hungarica* duo rami, ut in præcedenti nummo, & ad ſingula latera ſingula ignitabula cum flammis, quæ ſunt ex torque aurei velleris deſumpta, conſpiciuntur.

In poſtica ſub corona, quæ præcedenti aſſimilatur, quinque lineis ſcriptum legitur: CORONATVS IN REGEM HVNGARIÆ. I. IVLII 1618. *M. Imp. & Buol. ar.* $\frac{1}{16}$.

IX.

Forma tantum & materia differt a proxime præcedenti, hic quadratus ex auro, ille orbiculatus in argento. *M. Imp. au.* I. *duc.*

X.

Anteriorem partem hæc inſcriptio, ſub parergo poſita, & ſex lineis abſoluta implet: FERDINANDVS II. HVNGARIÆ ET BOHEMIÆ REX CORONATVS. IN REGEM ROMANORVM IX SEPT: *embris* M DC: XIX:

In poſtica dextra, ex nube protenſa, ac manicata ad cubitum uſque, quem erratica ſcheda ambit, cum inſcripto lemmate: LEGITIME. CERTANTIBVS, ſuſtinens auream coronam. Oras extimas averſæ ornat ſertum lauri.

Iam tertia hæc corona eſt, qua FERDINANDUS duorum, & quod paullo excurrit, annorum ſpatio, decoratus fuit. Quæ electio eo quidem mirabilior erat; quod tum res eius in ſtatu lon-

(a) Loc. cit. ad an. 1617.

(b) Id. tom. IX. col. 23.

FERDINANDUS II. IMP.

ge turbatiſſimo verſarentur; atque inprimis Bohemi, qui anno iam præcedenti rebellare occœperant, nihil non agerent, ut eius electionem impedirent. Sed omnibus machinamentis fruſtra cadentibus, FERDINANDUS ab Electoribus, uno renitente FRIDERICO *Palatino* (qui tamen & ipſe, licet non multo poſt oblatam a Bohemis coronam acceptaverit, luribus acceſſit) contra plerorumque expectationem, die XVIII. Auguſti Romanorum Rex renuntiatus, atque anno & die, in nummo notatis, conſueta pompa inauguratus fuit (a). Qua occaſione triplicis generis nummos, tam ex auro quam argento, populo ſparſos fuiſſe teſtatur Illuſtr. KHEVENHILLERUS (b), quorum hic ectypa duntaxat tria, ordine ſuo damus. Quartum typum Cl. D. *Van* LOON exhibet (c), qui tamen ab hoc ipſo, quem ſectione præſenti deſcripſimus, ferme magnitudine duntaxat differt, qua eum ſuperat. At corona laurea averſæ partis non nihil craſſior eſt, atque ornatior. *M. Imp. ar. miſſilis.*

a

b

c

XI.

Adverſa ut num. IX. niſi quod hic loco coronæ *Hungaricæ*, immineat corona *Imperialis.*

In averſa infra coronam Imperialem, duobus ramis palmæ & oleæ ornatam, legitur ſequens inſcriptio quinque linearum: CORONATTVS. IN REGEM ROMANORVM IX. SEPT *embris* 1619. ubi obſervare iuvat, in typo, quem ſæpe laudatus D. *Van* LOON edidit, vocem *coronatus* rite una tantum littera T exaratam eſſe. *M. Imp. au. dimid. duc.* Tab. XXIV.

XII.

Non differt hic nummus miſſilis a præcedente, niſi figura orbiculata. Antica aſſimilatur num. VIII. demta corona, quæ hic *Imperialis* eſt. Poſtica cum nummo præcedenti ad amuſſim convenit: excipe, quod hic in voce *coronatus* mendum non reperiatur. *M. Imp. ar. & au. dimid. duc.*

XIII.

FERDINAND.*us* II. D.*ei* G.*ratia* ROM.*anorum* IMP.*erator* SEMP.*er* AV.*guſtus* H.*ungariæ* ET BO.*hemiæ* FRANCO: F.*urti.* Protome Cæſaris armata cum paludamento & criſpo focali, capite laureato, ſiniſtrorſum verſo. Quæ in quatuor angulis totidem numero capita alata conſpiciuntur, ornatus cauſſa addita ſunt.

In averſa coronæ Imperiali, ſupra ſceptrum & gladium decuſſatos poſitæ, ac duobus palmæ & oleæ ramis exornatæ, imminet ſertum lauri, radiis cœlitus colluſtratum, adiecto ſueto eius lemmate: LEGITIME. CERTANTIBVS.

Similem omnino quadratæ formæ nummum producit D. *Van* LOON loco citato, in cuius adverſa epigraphe, rectius ſcripta, hunc in modum legitur: FERDINAND.*us* II. D*ei* G*ratia* EL*ectus* RO*manorum* IMP*erator* S*emper* A*uguſtus* COR*onatus* IN REGEM FRAN*co* F*urti.* In averſa

(a) Id. ad hos annos, & ANDRIAN. Epoch. Habsburgo-Auſtr. pag. 300. ſeqq.

(b) Loc. cit. col. 447.
(c) Hiſt. metall. tom. II. p. 116.

Tab. XXIV. ſa duæ manus, ex nubibus porrectæ, regiam tenent coronam, infra quam corona Imperialis ſceptro & gladio, decuſſatim locatis, impoſita eſt. Ceterum, quid hic de corona Cæſarea tenendum, dicemus ad num. XV. *M. Imp. ex ar. & æ.*

XIV.

FERDINANDVS. II. ROM*anorum* IMP.*erator* AVG.*uſtus* REX. HVNG*ariæ* BOE*miæ.* Icon Cæſaris fere ut num. præcedenti.

In averſa corona aperta, inter duas ſchedulas volitans, adſcripto in ambitu familiari illo lemmate: LEGITIME CERTANTIBVS.

Non dubitamus, quin & hoc numiſma, uti & alia mox ſequentia, occaſione coronationis cuſa fuerint. *Van* LOON *tom.* II. *p.* 117.

XV.

FERDINANDVS. II. ROM.*anorum* IMP.*erator* S.*emper* AVG.*uſtus* GERM.*aniæ* HVNG.*ariæ* BOE.*miæ* REX. D.*ux* B.*urgundiæ* C.*omes* T*yrolis.* Protome Cæſaris eodem veſtitu, quo num. duobus præcedentibus: at hic adverſa fronte ſiſtitur, & aureum vellus non a tænia, ſed maioris ornatus gratia a torque dependet.

Poſtica iam non coronam apertam, ſed clauſam atque adeo Cæſaream, ſceptro & gladio decuſſatis impoſitam, exhibet: apparente ſuperius nomine Dei IEHOVA, litteris Hebræis expreſſo, radiis circumfuſo, additoque ſueto Imperatoris ſymbolo: LEGITIME. CERTANTIBVS A*nno* 1619.

FERDINANDUM, aſſumendo ſymbolum ſuum, coronam cœleſtem & immarceſcibilem ſpectaſſe, dictum eſt ad num. I. Hic vero rem ſe paullo aliter habere in aprico eſt; cum non corona qualiscunque ſeu aperta, ut dicto num. I. aut X. quo ſymbolum eius ſtudio exhibitum, populoque notum factum eſt; ſed Cæſarea unacum ceteris *Imperii* inſignibus, gladio & ſceptro, repræſentetur: ad indicandum ſcilicet, FERDINANDUM ad dignitatem ſeu coronam Imperialem, ſupremo diſponente Numine, cuius ideo nomen ſuperius legitur, evectum fuiſſe, quod eam *legitime certando*, id eſt: ſectando virtutem, conſequi meruerit. Neque enim inſolitum aut ineptum eſt, ut eadem ſymbola & emblemata alio atque alio modo & fine, prout res & occaſio tulerit, adhibeantur; quod ſupra in MATHIA Imp. tab. XV. ſeqq. vidimus. *M. Imp. ar. pond. ſemunc. & V. L. l. c.* FERDINANDUS II. IMP.

XVI.

FERDINAND*us* II. IMPER*ator.* Effigies Imperatoris ut num. XIII.

In averſa corona Cæſarea, decuſſi impoſita, denuo appareret, ſuperque eam duæ manus, hinc & inde e nubibus porrectæ, coronam apertam tenent, addito in ambitu lemmate: FIRMATVM COELITVS OMEN.

Symbolum FERDINANDI, quod adoleſcens duodeviginti annorum adoptaverat, hic in omen vertitur, a Deo confirmatum. Nimirum coronam ſibi pro emblemate elegerat, cum ſpes adhuc

FERDINANDUS II. IMP.

nulla, aut ſaltem valde incerta, affulgeret, coronam quamdam Regiam conſequendi; quippe cum Archiduces bene multi ſupereſſent, quibus & ſpes procreandæ ſobolis non deerat, & ius ad *Hungariæ* & *Bohemiæ* regna præ FERDINANDO competebat. Sed omen tamen illud a Deo, qui Reges & Principes conſtituit, præter ſpem humanam confirmatum eſt; cum is duobus continuis annis ampliſſimorum regnorum Rex conſtitutus, ipſam demum coronam Imperialem, ringentibus licet hoſtibus, retulit. Quin etiam *Guilielmo* LAMORMAINI Scriptore, FERDINANDUS non ſine memorabili miraculo, cœlitus facto, Imperator electus fuit (a), dum ſcilicet ipſa glorioſa Dei Mater, IOANNI SUICARDO Moguntinenſi Archiepiſcopo ſe conſpiciendam præbens, ut hunc deligeret, monuit. *M. Imp. ar.* $\frac{1}{12}$.

a

XVII.

Tab. XXV.

Sedet FEDINANDUS in ſolio, ornamentis Imperialibus cum torque aurei velleris conſpicuus, dextra ſceptrum tenet, ſin. globum Imperii. Adſtant ad ſingula latera ſingulæ figuræ muliebres, ſeminudæ & ſuccinctæ: quarum altera palmæ ramo, gladio altera inſtructa, eidem diadema Cæſareum imponunt. Additur epigraphe: AD. PERP. *etuam* MEM. *oriam* ELECT. *ionis* FERDIN. *andi* II. R. *egis* HVN. *gariæ* ET. BOH. *emiæ* IN. REG. *em* ROM. *anorum.*

In averſa effigies Cæſaris in corona laurea, ſed pectore tenus, ut hic ſupra num. XIII. denuo ſiſtitur, cum epigraphe: FER. *dinandus* D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* IM. *perator* S. *emper* AV. *guſtus* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX. Circum hanc quatuor orbes ſunt, ſertis laureis connexi, in quibus quatuor virtutes cardinales, IVSTITIA ſcilicet, TEMPERANC(*t*)*ia* FORD (*fort*) ITVDO & PRVDENTIA cum ſuis attributis concluduntur. In ambitu adſcribuntur nomina aliarum quatuor: FIDENTIA LIBERALI*tas* ÆQVITAS VERITAS.

Tab. XXV.

Omnia huius nummi, & vel ipſi etiam errores eius, arguunt, eundem a privato quodam, non rogante aut iubente, quanquam forte permiſſionem dante Cæſare, ſignatum fuiſſe. Atque is forte *Chriſtianus Maler* erat, qui tum temporis adhuc in vivis degebat. Ceterum de virtutibus FERDINANDI II. ſingularem libellum ſcripſit Rev. P. *Guilielmus* LAMORMAINI S. J. ab Illuſtr. KHEVENHILLERO deinde Germanice redditum, ſuisque annalibus in calce tomi XII. ſuffixum. Tanto nempe virtutis & ſanctimoniæ ſplendore fulgebat Princeps incomparabilis. *M. I. au. 7. duc.*

XVIII.

FERDINANDVS. II D:*ei* G.*ratia* RO.*manorum* IM.*perator* S.*emper* AV.*guſtus* GER.*maniæ* HVN.*gariæ* BOHEM.*iæ* REX. Protome Cæſaris a fronte, exertis manibus, quarum altera ſceptrum, altera globum Imperii tenet. Veſtitus inſuper ſolemnis videtur, caputque corona laurea cinctum eſt.

In

(a) Loc. cit. cap. XXVIII. p. m. 105.

FERDINANDI II. Rom. Imp. Numismata. Tab. XXV.

XVII.



XVIII.



XIX.



XX.



XXI.

XXII.

XXIII.



XXIV.



XXV.



XXVI.



XXVII.



Monum. Austr. T.II. P.II.

Petr. Mayr delinravit et sculpsit.

ad. p. 182. Bb.

Tab. XXV.

In averſa continuantur tituli ARCHID. *ux* AVST: *ria* DVX: BVR: *gundiæ* MAR: *chio* MORA: *viæ* LVC: AC: SIL *eſiæ* DVX: MAR. L. Hiſce ſiglis, utpote exeſis, ſignificatum dare difficile eſt. Neque titulorum ſeries ſueta ac obvia eſt; propterea, quod titulus *Marchionis Moraviæ* titulo *Ducis Sileſiæ* præponatur.

In umbone porro cernitur ſchema urbis *Viennenſis*, cum ponte Danubii: ſuperne aquila biceps *Imperialis* coronata: inferne eques pileo opertus dextrorſum tendens, quem ſequitur venator cum duobus canibus.

Exiguitas notæ chronologicæ 1626. in media fere area averſæ a ſiniſtris conſpicuæ, in cauſſa eſt, quod numiſma iſthoc, quod alias rudis admodum fabricæ eſt, paullo extra ordinem collocatum fuerit. Hæc enim oculos fallens, numerum anni 1620. obiicere videbatur. Continet autem memoriam venationis, a Cæſare dicto anno 1626. ipſo Saturnalium tempore, Wiennæ in foro palatii inſtitutæ (a). *M. Imp. ar. fuſ. pond. ſemunc. & ſicilic.*

a

XIX.

FERDINANDVS. II. ROM. *anorum* IMP. *erator* SEMP. *er* AVG. *uſtus*. Effigies Cæſaris fere ut num. XIV. In imo ſub brachio Cæſaris dextro numerus anni 1622. legitur.

In poſtica VICTORIA alata & ſuccincta, armis inſiſtens, ſtilo in tabulam ſcribit. Pro pedibus duæ figuræ, in genua provolutæ, deprecantium ad inſtar, ſe demittunt. Earum altera corona radiata redimita, FRIDERICI *Palatini*, de quo mox dicendum, perſonam ſuſtinet: altera Bohemiæ regni ſimulacrum eſt. Adſtat quoque alia figura muliebris, quæ dextra pectori admota, ſin. dictam figuram muliebrem quaſi deprimit. In medio labarum erigitur, cui aquila, Imperatoris ſymbolum, velut legionaria veterum Romanorum, inſidet. Hæc vero ſi tropæi, quod videri poſſet, vicem gerit, male collocata eſt; quandoquidem tropæa de hoſtium duntaxat manubiis, non ex armis propriis ſtatuenda ſunt. Additur denique in ambitu epigraphe: DEXTERA. DOMINI FECIT. VIRTVTEM. quæ ex *pſal.* CXVII. *v.* 6. deſumpta eſt, ubi eadem verba bis leguntur. In exergo altera inſcriptio exeſa eſt. Denique in ſcuto, cui Rex pronus incumbit, legitur: ANNO 1620. NOVEMBRIS 8. FERDI-NANDUS II. IMP.

Elegans iſthoc, etſi nonnihil detritum numiſma, memorabilis prorſus victoriæ, de FRIDERICO V. Electore *Palatino*, anno & die in averſa expreſſis, reportatæ, monumentum eſt. Is enim anno præcedenti a rebellibus Bohemis contra Divina & humana iura die IV. Novembris diademate redimitus, regnum Bohemiæ uſurpabat. Sed adventante, Ducibus MAXIMILIANO *Bavaro* atque BUQUOIO, FERDINANDI exercitu, vires eius una decretoria pugna ita fractæ ſunt, ut fuga ſibi conſulere coactus, in Sileſiam primum, mox ad Electorem Brandenburgicum, ac demum in Hollandiam confugere

(a) KHEVENH. tom. X. col. 1096.

FERDINANDUS II. IMP.

gere atque adeo regnum legitimo Domino ea die reddere compulsus fuerit, quo in Ecclesia inter sacrorum solemnia ex Evangelio decantari solet: *reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Hinc & piissimus Imperator insignem adeo victoriam Deo T. O. M. in quem omnia sua collocaverat, totam quantam in acceptis refert, cuius auxilium manifeste adeo, ut inferius amplius dicemus, apparuit.

Quod supereſt, duplicem epocham, quarum prior posteriorem duobus annis superat, in uno hoc, eodemque numismate observare licet, quæ quidem diversitas eundem duobus post annis fabrefactum fuisse arguit. Hinc alter numerus ad nummum ipsum cusum, alter ad factum, quod repræsentat, historicum, referendi sunt. *M. Imp. ar. pond. sextunx.*

XX.

Adversa ut num. proxime præcedenti, dempta nota chronologica.

In aversa IUPITER gigantes, cœlum expugnare ausos, fulmine feriens, deiicit & profligat, quos inter medius, retro corruens, coronam radiatam amittit. Adstant Iovi a dextris aquila, ad lævam vero *Iustitiæ* simulacrum cum gladio & bilance. Additur denique suetum Cæsaris symbolum: LEGITIME CERTANTI vel CERTANTI *bus.*

Nummus hic gratulatorius ad eandem victoriam, num. præcedenti descriptam, pertinet; quod cum ex forma adversæ, tum & præcipue ex retro cadente figura illa regia, qua infelix FRIDERICUS *Palatinus* luculenter designatur, sic satis clare colligitur. *M. Imp. ar. sus. pond. sextunc. dempta dr.* Tab. XXV.

XXI.

Epigraphe adversæ eadem est, quæ num. XVIII. demptis nonnullis litteris, ad integritatem vocabulorum spectantibus. Protome Cæsaris armata, cum paludamento, torque aurei velleris, lato & crispato collari: capite insuper laureato & ad lævam converso. In segmento brachii dextri, præter litteras G. & H. artificis haud dubie siglas, numerus anni 1622. subobscure legitur.

ELEONORA. D: *ei* G: *ratia* R: *omanorum* I: *mperatrix* H: *ungariæ* B: *ohemiæ* REG. *ina* DV. *ciſſa* M: *antuæ.* Protome ELEONORÆ stolatæ & mundo muliebri comtæ, cum crispo focali, ad dextram respicientis.

Si numeri Arabici, in adversa parte expressi, dictum annum 1622. revera indicant, verisimile est, quod ad solemnitatem nuptiarum, cum ELEONORA, VINCENTII GONZAGÆ, Mantuæ & Montis Ferrati Ducis ex LEONORA *Medicea*, filia, ad diem IV. Februarii eiusdem anni 1622. Oeniponti multa solemnitate celebratarum, pertineat: aut etiam ad coronationem Hungaricam, eodem anno ad diem XXVI. Iul. peractam (a). Quod si vero numerum anni 1630. aut 31. referat, coronationis a

(a) Id. tom. IX. col. 1677.

Tab. XXV. tionis eiusdem in Romanorum Reginam, seu Imperatricem, quæ dicto anno 1630. die VII. Novembris peracta fuit, monumentum est. Utriusque rei mentionem fecit Illustr. KHEVENHILLERUS ad hos annos. Inter cetera vero Augustissimæ sponsæ a S. R. I. Principe de EGGENBERG, Cæsaris ad hoc matrimonium Procuratore, ingentis pretii monile oblatum fuisse scribit, cui adamantina aquila biceps, inserta Cæsaris effigie, a appensa fuerat (a). Eodem monili Imperatrix hic exornata videtur: aquila certe non obscure cernitur. *M. Imp. au. 7. duc.*

XXII.

b Epigraphe adversæ duobus orbibus continetur. Prior sic habet: FERDINANDVS. II: D:*ei* G:*ratia* R:*omanorum* I:*mperator* S:*emper* A:*ugustus* G:*ermaniæ* H.*ungariæ* ET: B:*ohemiæ* REX. E*t* C*etera* ARCHI: *dux* AVS:*triæ* ET. CARINTHIÆ. D:*ux* BV.*rgundiæ* E*t* C*etera*. Altera ita sonat: ELEONORA. IMPERATRIX. G:*ermaniæ* H:*ungariæ* BO.*hemiæ* E*t* C*etera* REGINA DVCISSA. MANTVANA. E*t* C*etera*. Capita amborum pectore tenus, eodem fere habitu, quo num. præcedenti: nisi quod hic iugata & coronata sistantur. In imo parmula *Carinthiæ*.

Postica epigraphe destituta in area complectitur aquilam bicipitem *Imperialem*, imminente superne corona, orbi inclusam: hanc duo ordines scutorum, in orbem collocatorum, circumsistunt & exornant. In supre-

mo exteriori loco medio iuncti sunt clypei *Hungariæ* & *Bohemiæ*, imposita corona: sequuntur hinc & illinc disposita scuta aliorum quatuor regnorum coronata, *Castiliæ* videlicet, *Legionis*, *Arragoniæ* & *Siciliæ*: hæc excipiunt quatuor pariter provinciarum tesseræ, pileis Principum impositis, *Tyrolis*, *Silesiæ*, *Austriæ superioris* & *Carniolæ*. In interiori ordine itidem quatuor parmulæ: *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Styriæ* atque *Carinthiæ*. In imo scutum, repræsentans S. VITUM Martyrem in olla, addita inscriptione Germanica: DIE. STAT S. VEIT. i. e. *Civitas* S. VITI. 1622. FERDINANDUS II. IMP.

Ex his ultimis verbis originem ac natales nummi colligimus. FERDINANDUS nempe post celebratas Oeniponti nuptias, per *Salisburgum Græcium*, atque inde *Viennam* rediens, per dictum quoque oppidum forte transivit, qua ei occasione præsens nummus oblatus fuit.

Illum Cl. LOCHNERUS ante nos edidit, ac duplicem *Ioachimicum* appellat: sed præterquam, quod nummus eius sit operis, ut augustioribus illis proxime accedat; exemplum quoque, in gazis aulæ Vindobonensis repertum, non nisi ponderis unius unciæ & semis est. Unde eum mnemonicis potius, quam usualibus accensemus. *M. Imp. ar.* LOCHN. *anno* 1741. *p.* 113.

XXIII.

Epigraphe atque effigies Cæsaris num. XIV. ferme respondent. Sed hæc armis imposita, duobus insuper ramis quercinis,

(a) Tom. IX. col. 1227. ad an. 1621.

FERDINANDUS II. IMP.

in modum coronæ, quam *civicam* appellant, circumdata eſt.

In poſtica ſol, vultus humani ſpecie, radios ſpargens & corona imperiali redimitus, apparet. Additæ tres aliæ coronæ arcuatæ, triangulari forma diſpoſitæ, quarum inferiori ſignum cœleſte *Virgo*, in Zodiaco ſextum ordine, incumbit. In imo leguntur ſiglæ artificis H: *ans* (IOANNES.) V: *on der* P. *utt.*

Inſignis huius atque elegantis admodum numiſmatis ænigma ſolvere in promptu haud eſt. D. *Van* LOON ad ſolemnia coronationis Cæſareæ, de qua hic ſupra egimus, refert. Verum duo potiſſimum obſtant, quo minus ſententiæ Viri Clariſſimi hac in re accedere poſſimus. Alterum eſt, quod in adverſa Cæſar triumphans ſiſtitur cum corona laurea, ſerto quercino & tropæis; novimus autem illum anno demum inſequenti 1620. die VIII. Novembris primam illam victoriam præclariſſimam ad Pragam in *Monte Albo* reportaſſe.

Alterum, quod in averſa nummi parte quatuor coronæ depictæ ſint: Cæſar vero non niſi tres adeptus eſt, *Bohemicam* ſcilicet, *Hungaricam*, & *S. R. Imperii.* Accedit, quod numerus nummorum haud exiguus, ad eandem ſolemnitatem pertinentium, paullo ſupra adductus fuerit, ut vix credibile ſit, his plures tum percuſſos fuiſſe. Coronæ denique, in nummis FERDINANDI expreſſæ, non continuo coronationem indigitant; cum id familiare atque perpetuum eiusdem emblema fuerit; & alioquin nummus etiam omnium primus, nec non num. XXVII. paullo poſt adducendus, ad eiusmodi celebritatem referendus eſſet: quod tamen aliter ſe habere, manifeſtum eſt. Tab. XXV.

Ad aliam itaque expoſitionem progredimur, & ſi coniecturæ dandum aliquid, illos ad ſolemnitates nuptiarum reponimus. Tres enim priores coronas ad FERDINANDUM ſpectare, ſatis ſuperque ex dictis conſtat. Media inprimis, *Imperatoria* cum ſit, alteri certe adiudicari non poteſt. Idem porro ſoli comparatur, exemplo a CAROLO V. deducto, cuius nummum cum epigraphe: *Quod in cœlis ſol, hoc in terra Cæſar eſt*, alias vidimus (a). Quemadmodum igitur ſol minora cœli lumina, atque inter hæc duodecim *ſigna*, quæ vocamus, *cœleſtia*, ſuo ſplendore colluſtrat, iisque omnem, quam habere videntur, claritatem ac magnificentiam impertit; ita & Cæſar in terris, quos ſua gratia ac maieſtate dignatur, claritudine quadam ac præeminentia afficit. Hæc claritudo ELEONORÆ *Mantuanæ*, (quæ ſub coronæ ſchemate, ut Regina, additoque ſimul ſigno cœleſti, quod *Virginem* dicimus, ut ſponſa Virgo, ſic ſatis adpoſite denotari videtur) tum maxime obtigit, cum inito contractu matrimoniali, velut in illuſtri poſita, Regina & Imperatrix, atque adeo mundi Domina declarata, inter ceteros mortales tantum eminuit, quantum inter ſtellas luna minores.

Nec

(a) P. I. p. 91. num. I.

Tab. XXV. Nec obeſt, quod Cæſar in priori nummi facie corona non ſolum laureata, ſed & *civica* coronatus, armis inſuper impoſitus cernatur, quæ ſingula heroem, civiumque ſervatorem maximum, adſignificare videntur; cum enim hæ nuptiæ ſingulari ſolemnitate celebratæ fuerint, æquum erat, ut Imperator cum omnibus ſuis decoramentis, ſicubi per ſpatium nummi exhiberi poterant, compareret. Secus enim, ſi in hisce peculiaris quædam ſignificatio quærenda eſſet, ea etiam duobus in conſequentibus, eadem, ut videtur, occaſione cuſis, depingi oportuerat. Sed hæc interim, dum meliora ab aliis exſpectamus. *V. L. tom.* II. *p.* 117.

XXIV.

Non differt hic nummus a præcedenti, niſi modulo, & ornamentis partis adverſæ; nam hæc cum num. XIX. congruit. *Id. ibid. & M. Imp. æ.*

XXV.

Neque etiam hic a præcedenti multum diſcrepat, niſi forma, quæ ovata eſt: & quod Imperatoris caput corona laurea deſtitutum ſit. *Id. ibid. & M. Imp. ar. pond. ſemunc &* I. *dr.*

XXVI.

Anterior pars duas parmulas, coronis laureis marginatas, & effigies Imperatoris ac Imperatricis, ſibi invicem oppoſitas, cum ſolitis eorundem titulis referentes, exhibet. Superne incumbit columba, roſtro olivæ ramum tenens: eiusdemque præterea capiti corolla imminet. Inferne globus cernitur, *providentiæ*, aut *dominii* orbis terrarum ſymbolum. Additur in margine epigraphe: EN: DANTE IEHOVA. SIC DEINDE VIREBIT. FERDINANDUS II. IMP.

Poſterior pars inſcriptionem, vernacula novem lineis ſcriptam, complectitur, quæ ad genium ſtili lapidaris latine ſic reddi poterit: *Quod felix fauſtumque ſit: adventui Cæſaris & uxoris eius comitiorum cauſſa Ratisbonæ ad diem* $\frac{14}{14}$ *Novembris anni* 1622. Inferius corona, immiſſis duobus palmæ ramis, in decuſſim poſitis, depicta eſt, & in imo legitur: CVM PRIVIL: *egio* CÆS: *areo* C. N. quæ ultimæ litteræ in mendo cubare videntur; ita ut pro M. litteram N. inciſam eſſe, exiſtimandum ſit, hincque c. *hriſtianus* M. *ahler*, ſeu rectius MALER, qui ea tempeſtate adhuc in vivis erat, legendum; maxime cum nummi oeconomia eiusdem ingenium omnino ſapiat.

Argumentum huius nummi inſcriptio iſta ſatis ſuperque indicat. In ipſis, de quibus ea memorat, comitiis, exauctorato FRIDERICO *Palatino*, MAXIMILIANUS Bavariæ Dux ad dignitatem Electoralem evectus fuit, qua de re poſtea nonnihil dicemus. *M. Imp. ar. fuſ. pond. ſemunc. dempta drach.*

XXVII.

Adverſa eadem prorſus eſt cum num. XIX.

Averſa pariter non multum differt a num. I. at quod hic præcipue notandum, corona illa, radiis reſplendet, atque nubibus

FERDINANDUS II. IMP.

bibus circumfusa est. Hoc enim satis clare probat, quod alias monuimus: nimirum FERDINANDUM familiari suo symbolo, tam in persona Cæsaris, quam Archiducis, cœlestem, quæ æternum manet, non terrestrem coronam spectasse: atque id quidem etiam ad exigentiam lemmatis, ex sacris paginis deducti: LEGITIME. CERTANTIBVS. Videtur autem hoc ipsum numisma *honorarii* vices subiisse, cum is dictis comitiis operam daret. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc. & sicilic.*

XXVIII.

Tab. XXVI.

Antica sex scuta, in orbem collocata, & effigies sex S. R. Imperii Electorum pectore tenus & a fronte referentia, ostentat: addito septimo, icone Cæsaris conspicuo, medium locum occupante. Singulis singuli tituli adscripti sunt, Electoresque status Ecclesiastici dextrum, reliqui tres sinistrum latus tenent: circum Imperatorem solito more hæc leguntur: FERDIN. *andus* II. ROM. *anorum* IM *perator*. Reliqui hoc ordine procedunt:

I. IOA. *nnes* SVIC. *hardus. d* G. AR. *chiepiscopus* MOG. *untinus.*

II. FERDI. *nandus* D *ei* G. *ratia* S. *anctæ* COLON. *iensis.*

III. PHI. *lippus* CHR. *istophorus* S. *anctæ* TREV. *irensis.*

IV. MAXIMI. *lianus d* G. ELE. *ctor* PAL *atinus.*

V. IOHAN. *nes* GEOR. *gius* ELE. *ctor* SAX. *oniæ.*

VI. GEOR. *gius* WIL *helmus* ELE. *ctor* BRA *ndenburgicus.* Additur in ambitu epigraphe: IMPERII VIGEANT ROMANI IOVA (forte pro *viva*) COLVMNA (loco *columina*).

In aversa aquilam bicipitem coronatam, & pectore parmulam *Burgundo-Austriacam* gestantem, septem circumstant Electorum clypei, hisque singulis adscripta sunt in schedulis nomina: MOGVNT *inus*, COLON *iensis*, TREVIR *ensis*, BOHEM *icus*, PALATIN *us* SAXONI *cus* BRANDE *nburgicus.* Additur infra aquilam: C *um* PRIVIL *egio* CÆS. *areo*: & in imo conspiciuntur siglæ c. & M. quæ *Christianum* MALER, artificem Norimbergensem, denotant.

Cuius fuit hic nummus intra annos 1623. vel 1624. Priori quippe anno, exauctorato FRIDERICO *Palatino*, Cæsar in comitiis, Ratisbonæ habitis, præsentibus Electoribus, ad diem XXV. Februarii Septemviralem dignitatem MAXIMILIANO *Bavaro* solemni ritu contulit. Posteriori vero æra idem MAXIMILIANUS, cuius nomen protome & insignia in nummo expressa sunt, die 30. Iunii in collegium Electorale fuit introductus: & ab eodem novo Electore Moguntinus iusiurandum recepit. Ultra annum 1626. gratulatorius hic nummus iconicus certe referri nequit; illa enim ætate IOANNES SUICHARDUS Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopus & primarius Elector die XVII. Septembris fatis iam cesserat. *M. Imp. ar. deau. pond. semunc.*

XXIX.

FERDINANDI II. Rom. Imp. Numismata et Unciales. Tab. XXVI.

XXVIII.



XXXIV.



XXIX.



XXXV.



Nummi Unciales.

XXX.



XXXVI.



XXXI.



XXXVII.



XXXII.



XXXVIII.



Nummi Iconici.

XXXIII.



XXXIX.



Peter Mayer sculpsit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXVI.

XXIX.

FERDINAND.*us* II. D*ei* G*ratia* R.*omanorum* I*mperator* S.*emper* A.*uguſtus* G.*ermaniæ* H.*ungariæ* B.*ohemiæ* REX. ELEONORA. I*mperatrix* G*ermaniæ* H *ungariæ* BO*hemiæ* REGI*na*. Effigies amborum iugatæ, fere ut ſupra num. XXII. ſed hic Imperatoris caput laureatum eſt, & Imperatrix diadema, gemmis & margaritis inſigne, geſtare videtur.

Poſtica ſchema urbis *Viennæ* ex ea parte, qua eam brachium Danubii alluit, oſtendit. Superne duo genii cum encarpis, bicipitem tenent aquilam, cum parmula *Auſtriæ* in pectore. In imo autem annus æræ Chriſtianæ M DC XXVII.

Qua occaſione hic nummus prodierit, incertum nobis eſt. Videtur tamen devotionis gratulationisque monumentum, cum Cæſar ad comitia *Pragam* profectus, coniugem ELEONORAM, nec non & FERDINANDUM ERNESTUM filium, hoc anno in Reginam & Regem Bohemiæ coronari fecit. Qua de re plura apud ſæpe laudatum
a Illuſtr. KHEVENHILLERUM (a). *M. Imp. ar. pond. ſemunc.*

XXX.

Adverſa imaginem B. Virginis exhibet, lunæ impoſitam, atque Divinum Puſionem in ulnis tenentem, a quo FERDINANDUS, ad latus dextrum in genua provolutus, coronam Bohemicam recipit. In imo iacet corona imperialis. In ambitu legitur epigraphe: SVB TVVM. PRÆSIDIVM. quæ verba initium ſunt antiphonæ, ab Eccleſia Romana Litaniis Lauretanis ſubiungi ſolitæ: additur nota chronologica 1628. 25. APR: *ilis*. FERDINANDUS II. IMP.

In averſa duæ acies, ad prœlium paratæ, & in receſſu nonnulla ædificia cernuntur, quibus Cl. KOEHLERUS templum & monaſterium, de quibus mox dicemus, deſignari cenſet. Superius in margine legitur titulus: S. MARIA. DE. VICTORIA. & in exergo: VICTORIA. A. FERD *inando* II. PARTA. PRAGÆ VIII. NOV. *embris* M DC XX.

Eſt hoc numiſma non modo mnemonicum victoriæ de FRIDERICO *Palatino*, anno 1620. uti ſuperius iam innuimus, reportatæ: ſed & templi ac monaſterii, quod FERDINANDUS grati adverſus Deum ac Beatiſſimam eius matrem, animi ergo, ſub titulo MARIÆ DE VICTORIA eodem in loco, *Monte* ſcilicet *Albo* poſtea ædificari iuſſit, ubi Bohemiæ Ordines prædicto FRIDERICO prius ſacramento fidelitatis perfide ſe iunxerant, prœliumque poſtea commiſſum fuit. Huius porro templi FERDINANDUS, anno & die in adverſa notatis, primum lapidem poſuit, indito eidem præſenti nummo (b).
b

Prœlium hoc, & inde enatam Cæſari victoriam pluribus deſcribit laudatus KOEHLERUS, unde ad neceſſariam nummi illuſtrationem decerpere lubet, quod is ex certo auctore hunc fere in modum referre non dubitavit: Miſerat PAULUS V. Pontifex per Rev. P. DOMINICUM *Carmelitam* MAXIMILIANO, Bavariæ Duci, gladium conſecra-

(a) Tom. X. col. 1414.

(b) Id tom. IX. col. 1150. & tom. XI. col. 279.

FERDINANDUS II. IMP.

tum, quo in bello contra Bohemos uteretur. Ille ergo Ducem ea in expeditione comitatus, *Strackovvizii* in hoſpitio inter res frivolas & abiectas ſculpturam vidit, nativitatem Servatoris repræſentantem. Hæc nonniſi ſemipedalis altitudine, latitudine vero unius pedis, imagines pueri IESU, B. Virginis, S. IOSEPHI, duorumque paſtorum complectebatur. Animadverſo autem, hisce figuris oculos eſſe eraſos, rei indignitate commotus, imaginem magna cum veneratione ſecum ſumptam, deliberantique deinde conſilio bellico, num manus cum hoſte conſerendæ forent, magno cum zelo intulit: Duces cohortatus, ut ignominiam, Deiparæ a Calviniſtis illatam, pleni fiducia ac ſpe victoriæ, præpotenti eius interceſſione obtinendæ, hoſtes magnis animis adgreſſi, vindicarent. Eandem poſtea imaginem etiam inter legiones, in aciem collocatas, circumtulit; prolixe admonendo, fortiter pugnarent adverſus eos, qui imaginem Beatiſſimæ Virginis tantis iniuriis affeciſſent. Poſtquam ergo feliciter pugnatum eſſet, ſæpe dicta imago perpulchre exornata, a MAXIMILIANO Romam miſſa, anno 1622. die VIII. Maii in templum, Deiparæ ſub titulo MARIÆ DE VICTORIA noviter exſtructum, illata, atque aræ cuidam impoſita, a Cæſare quoque aurea corona donata fuit. Idem templum ſigna militaria, in eodem prœlio hoſti erepta, exornant. Hæc fere Cl. KOEHLERUS ex libro, *Gloria Bellica* MAXIMILIANI *ab Univerſitate Ingolſtadienſi libris* XV. *adumbrata*, inſcripto, atque ibidem anno 1623. in forma quadruplicata impreſſo, ubi hæc a laudato P. DOMINICO *Carmelita* lib. IX. cap. V. referuntur. (a). Tab. XXVI. a

Quod igitur Romæ fecerat Summus Pontifex, hoc piiſſimus Cæſar grati animi cauſſa imitatus eſt in Bohemia. Et erat ſane, unde Deo cumprimis, deinde & Beatiſſimæ Virginis apud Deum precibus, præclaram adeo victoriam, uti faciebat, totam quantam gratus adſcriberet; tam evidens nempe erat illa præſentis Numinis argumentum. *Pugnatum eſt enim*, inquit R. P. LAMORMAINI, *iniquiſſimo loco; hoſtis albi montis ipſum verticem inſederat; Cæſareani adverſum montem ſcandere, fatigati hoſtem debuere aut invadere, aut excipere. Tamen, quod nec hoſtes timebant, & Cæſareani vix ſperare audebant, ope Numinis penes hos ſtetit victoria, & ea nobiliſſima; Deo ſcilicet Cæſarem tuente ac protegente. M. Imp. ar. pond. 2. dr. &* KOEHL. *P. 1. p.* 313.

XXXI.

Adverſa ut num. XXIX. niſi quod hic Cæſar capite nudo compareat, & in imo inciſus ſit annus æræ vulgaris 1630. Epigraphe ſic habet: FERDINANDVS. II. D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* I. *mperator* S. *emper* A. *uguſtus*

(a) Addit idem le Mercure Francois tom. VIII. p. 397.

Tab. XXVI.

ſtus G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX. S. (forte *Sereniſſimus*) A. *rchidux* AVST. *riæ* ELEONORA D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* I. *mperatrix* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* BO. *hemiæ* REG. *ina* D. *uciſſa* MANT. *uæ.*

Averſa cum citato nummo pariter congruit: niſi quod ſuperne aquila biceps hic ſit coronata: genii vero, illam ſuſtinentes, encarpis careant, & in ſegmento legatur: VIENNA AVSTRIÆ: MDCXXX.

Hoc anno, in utraque nummi facie notato, Cæſar comitia Ratisbonæ habuit, quibus finitis, die VII. Nov. coniugem ſuam ELEONORAM MANTUANAM coronari fecit. Hinc nummus recens coronatæ Imperatricis honoribus a civitate Wiennenſi datus videtur; haud ſecus ac ille, quem paullo ſupra ob coronationem Bohemicam oblatum fuiſſe coniecimus: cumque ambo coronationis eiusdem epochis tam accurate congruant, alter ab altero lucem accipit, ac coniecturæ firmantur. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.*

XXXII.

Non multum differt hic nummus ab eo, quem num. XXVIII. expoſuimus: imagines tamen cum Cæſaris, qui medium iterum locum cum ſolidis titulis: FERDINAND. *us* II. D *ei* G *ratia* R. *omanorum* I. *mperator*, tenet, quam Electorum, ſitu obliquo ſiſtuntur, qui hoc ordine procedunt:

I. ANSEL. *mus* CASI. *mirus* D *ei* G. *ratia* A *rchi* E. *piſcopus* M. *oguntinus* A. *rchi* C. *ancellarius per Germaniam.*

II. PHI. *lippus* CHRIS. *tophorus* DEI G. *ratia* A. *rchi* EP. *iſcopus* T. *revirenſis* A *rchi* C *ancellarius per Galliam.* FERDINANDUS II. IMP.

III. FERDI. *nandus* D. *ei* G. *ratia* A. *rchi* EP. *iſcopus* C. *olonienſis* A. *rchi* C. *ancellarius per Italiam.*

Hi ex Ordine Eccleſiaſtico, dextrum faciei latus obvertentes, ad dextram quoque locati ſunt: reliqui tres Ordinis, quod aiunt, ſecularis, ad lævam collocati, atque dextrorſum converſi, omnes, uti & præcedentes, inopertis capitibus, hunc ordinem tenent:

IV. MAXIMI. *lianus* D. *ei* G. *ratia* C. *omes* P. *alatinus* R. *heni* D. *ux* B. *avariæ* A. *chi* D. *apifer.*

V. IOH. *annes* GEORG. *ius* D. *ei* G. *ratia* D. *ux* S. *axoniæ* A. *rchi* M. *areſchallus.*

VI. GEORG. *ius* WIL. *helmus* D. *ei* G. *ratia* M. *archio* B. *randenburgicus* A. *rchi* C. *amerarius.*

Poſtica ſeptem orbes complectitur, quibus impreſſa ſunt Cæſaris & ſex Electorum ſcuta; illud, in medio poſitum, circumdat numerus anni 1630. præfertque aquilam *Imperii* bicipitem coronatam cum gladio & ſceptro, ſuperimpoſitis litteris R & I, quæ, congruenter ad reliquas ſiglas, R. *omanorum* I. *mperator* aut *Romanorum Imperatoris*, ſub intelligendo *inſigne*, interpretandæ.

Sex reliquis averſæ partis parmulis, in orbem collocatis, impoſiti ſunt ſingulis pilei Ducales, nec non & ſigla una, intra tres ſtellas, triangulum efformantes, ſita: ſed ordine præpoſtero; cum Eccleſiaſtici præter

FERDINANDUS II. IMP.

ter morem & consuetudinem ad lævam locati sint. Sunt autem hæ: M *oguntinus*, T *trevirensis*, C *colonienſis*, P *alatinus*, S *axo* & B *randenburgicus*, aut si mavis: M: *oguntinum*, T *trevirense* &c. *insigne*, & sic de reliquis.

MAXIMILIANUS, Bavariæ Dux, *Palatinus Elector* hic audit, non *Bavaricus*, ut hodie; quia tum in omnia FRIDERICI iura immissus fuerat, etsi adhibita moderatione, de qua PIA-
a SECIUS apud STRUVIUM (a): *In ultima sua declaratione Imperator apponi iusserat: quod filiorum ac fratris* FRIDERICI *& Principis Neoburgici, aliorumque eius agnatorum ius ad Electoratum & ditiones Palatinatus, in conventu, proxime ad hoc instituendo, amica compositione, vel si hæc non succederet, iudiciario processu, adhibito Electorali collegio, ac aliis iudicibus, non suspectis, intra certum tempus definiendum esset, ac possessio Electoratus, Duci Bavariæ data, illis præiudicare non deberet.*

Quod ad nummi argumentum attinet, Cæsar hoc anno 1630. in postica nummi expresso, conventum Electorum Ratisbonam indixerat, ad quem ipse IX. Iulii accessit: ubi de pace cum Galliæ & Sueciæ Regibus, Germaniæ perniciem minitantibus, ineunda, nec non de imminuendo numero copiarum Cæsarearum, Germaniæ provinciis, ob neglectum disciplinæ militaris gravium, atque submovendo ab exercitus præfectura WALLENSTEINIO, actum est. Horum prius frustra tentatum; at exauctorato cum bona Cæsaris voluntate WALLENSTEINIO, TILLIUS subrogatur, deinde & Cæsar legiones quasdam, pernicioso cuiusdam e suis consilio, sacramento solvit (b). b

Tab. XXVI.

Huius ergo conventus caussa præsens numisma a privato quodam, non sine notabili commisso errore, fabrefactum fuisse videtur; ad imitationem eorum, qui simili occasione temporibus RUDOLPHI II. & MATHIÆ, imo & ipsius FERDINANDI II. quod citato num XXVIII. vidimus, a *Christiano Maler* cælatore confecti sunt.

NUMMI ICONICI. XXXIII.

EpigrapheCæsaris fere ut num. XVIII. a fronte, capite nudo, corpore armato, & paludamento, veterum more, circumducto, cum torque aurei velleris, focali crispo & orbiculari.

ELEONORA. IMP. *eratrix* GERM. *aniæ* HVNG. *ariæ* BOHEM. *iæ* REGIN. *a* MANT. *uæ* DVCISSA. Protome Augustæ, stolatæ, unionibus & mundo muliebri insigniter comtæ.

Elegans hoc numisma forte pro congiariis deservebat, quibus Cæsar & Imperatrix bene de se meritos remunerabant: aut certe occasione nuptiarum, aut alterius insignis solemnitatis, signatum fuit. Verum si pondus, huius saltem exempli, in gazis aulæ Vindobonensis existentis, consideres, pro congiario

(a) Corp. hist. Ger. per. x. sect. x. §. xx. pag. 2081. in not. num. 9.

(b) Id. loc. cit. §. XXXVII. ANDRIAN. epoch. Austr. ad. h. an.

Tab. XXVI. rio certe aliquanto tenuius erat; illud enim ibi non nisi bracteatum, aut bracteo saltem proxime accedens, adservatur. *M. Imp. ar. pond. semunc & T. H.*

XXXIV.

Eadem fere epigraphe: littera tamen R. sigla initialis nominis REX, desideratur, additurque in fine AR. *chidux* AV. *striæ*. Protome Cæsaris fere ut num. XIV. sed dextrorsum versa, ambiente eandem corona laurea. In imo legimus *c* VM PRIVI *legio* C: *asareo*, & post intervallum C *hristianus* M *aler*, nomen videlicet cælatoris. Hæc in ovali figura; in peripheria vero: AMORE FIDEQ*ue* PATERNA.

Epigraphe posterioris partis præcedenti pariter respondet, vocibus tamen decurtatis. Protome ELEONORÆ, pulchre comtæ, cum focali denticulato, capite coronato, pariter dextrorsum respiciente. Scriptura in margine ita est exoleta, ut eius sensum eruere amplius non liceat; unde & de eius ætate non habemus, quod dicamus. Id unum ex subscriptione partis aversæ satis constat, illum studio hominis privati, non iussu Cæsaris vulgatum fuisse, atque tanto minoris faciendum. *M. Imp. pl.*

XXXV.

Epigraphe eadem fere, quæ in præcedentibus duobus nummis: adduntur tamen in fine siglæ D & S, quæ *Dux Silesiæ* interpretandæ videntur, & in exergo numerus anni 1624. Imago Cæsaris ad medium corpus, quod cataphractum est, & tor- FERDINANDUS II. IMP. que aurei velleris ornatum. Sceptrum præterea gerit, & pro more seculi collare crispatum: capite laureato ad lævam conversо.

In postica ambo eius fratres, tum adhuc in vivis existentes, sistuntur: LEOPOLDUS nimirum & CAROLUS *Posthumus*, de quibus superius actum est. Comparent autem obversis vultibus, atque eodem ferme, quo Imperator habitu, dempto sceptro & corona laurea. Singuli porro scutum penes se habent: alter gentilitium, sed detritum, alter Ordinis Teutonici, de quo pariter alibi dictum est. CAROLUS præterea tesseram Ordinis aurei velleris gestat, qua tamen unquam honoratum fuisse, nuspiam legimus. Nec dicas ea sub imagine LEOPOLDUM repræsentari; nam huic coniecturæ scutum, quod quisque manu attrectat, contradicit. Præterea superius iam observatum est (a): LEOPOLDUM aureo vellere ante annum 1628. condecoratum haud fuisse. Epigraphe ita detrita est, ut præter utriusque nomen, cetera aliquanto obscurius cernantur. a

Ex his non difficulter intelligitur quid de nummo pleno errorum statuendum sit. Videtur tamen eidem occasionem dedisse, partitionem provinciarum *Superioris Austriæ*, anno præcedenti 1632. inter tres fratres, hoc in nummo repræsentatos, factæ: qua de re sermo recurret ad num. XLI. *M. Imp. ex plumbo iam rubiginoso.*

(a) Ad num. v. tab. XXI.

FERDINANDUS II. IMP.

NUMMI UNCIALES.

XXXVI.

FERDINANDVS. D:*ei* G:*ratia* ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Protome FERDINANDI fere ut num. præcedenti, ſed hic pileo Archiducum tectus, atque ſiniſtra capulum gladii prehendens, ſiſtitur. Collare præterea planum eſt, & aureum vellus non a torque, ſed tænia dependet.

Sequuntur in averſa reliqui tituli: DVX. BVRGVNDIÆ STYRIÆ. Z: (*cetera*) 1. 6. 0. 9. Scutum maius in orbe, quem torques aurei velleris format, & pileus Archiducalis ſupra quaſi claudit: diviſum eſt in ſeptem areolas, quibus continentur totidem regnorum & provinciarum ſymbola hoc ordine: *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Auſtriæ*, *Burgundiæ*, *Carinthiæ*, *Carniolæ*, & in triquetra *Goritiæ:* omnibus in medio ſuperimpoſita parmula *Styriæ*.

Rariores ſunt FERDINANDI unciales, qui ante annum 1620. cuſi fuerunt; ab hoc vero tempore, & ſubſecutis annis, magno numero comparent, quos ordine ſuo producemus.

De iis, qui cuſi ſunt, antequam Archidux regias coronas adeptus fuit, id eſt, ante annum 1617. tres reperimus. Primum, cuius ectypon hic exhibemus, de anno 1609. Alterum, cuius exemplum pariter in ſcriniis noſtris aſſervamus, cum æra Chriſtiana 1614. Sed quoniam ambo hi typi vix ac ne vix quidem inter ſe differunt, ab iterata eius delineatione conſulto abſtinemus. Tertium denique ſubminiſtrat Cl. MELLENIUS, mox producendum, anni 1616. *M. S. B. ar.* Tab. XXVI.

XXXVII.

Adverſa præcedenti fere ſimilis: niſi quod hic focale criſpatum, & vellus aureum non a tænia dependet, ſed torques Ordinis ſupra pectus comparet.

In averſa torques aurei velleris non eſt in orbem convolutus, ſed ſcuto, quod cingit, contiguum. Idem pileo Archiducali tegitur. Tum vero ſeptem areolis, in ſcuto ſignatis, ſuperimpoſita parmula non *Styriæ*, ut in præcedenti, ſed *Carinthiæ*. In averſa æra Chriſtiana legitur 1616.

Uncialis hic Carinthiacus eſt, a FERDINANDO pariter adhuc Archiduce cuſus. De titulo *Archidux Carinthiæ*, quem hic, & in ſequentibus nonnullis gerit, alibi a nobis dictum eſt. MELLEN. *p.* III.

XXXVIII.

Epigraphe num. XVIII. reſpondet. Protome FERDINANDI armata cum tænia, ut videtur, aurei velleris: criſpo collari, & corona clauſa Imperiali in capite, ad lævam converſo.

In poſtica ſequuntur tituli reliqui: ARCHI. *dux* AVSTRIÆ. CARINTHIÆ. DVX BVRGVN. *diæ* EC. (*& cetera*) 1620. Clypeus maior in pectore aquilæ *Imperialis* coronatæ, aurei velleris torque cinctus, non differt ab unciali MATHIÆ Imp. quem anno 1616. cuſum ſuperius num.

FERDINANDI II. Rom. Imp. Nummi Vnciales. Tab. XXVII.

XL.



XLI.



XLII.



XLIII.



XLIV.



XLV.



XLVI.



XLVII.



XLVIII.



XLIX.



L.



LI.



Peter Mayer Del. et Sculpsit.

Tab. XXVI. XLIII. tab. XVII. expoſuimus: niſi quod loco parmulæ *Burgundo - Auſtriacæ*, quæ ibi *Imperiali* aquilæ enſiferæ ſceptrigeræque ſubſtat, hic *Carinthiæ* teſſera, Ducali pileo tecta, conſpicua ſit; quæ nummum in hac provincia cuſum fuiſſe oſtendit. *M. S. B. ar.*

Alium huic fere ſimilem typum edidit Cl. MELLENIUS, (a) eodem anno cuſum: niſi quod æra Chriſtiana non in ſummitate averſæ, ſed in ſegmento adverſæ ſcripta legatur, tum vero in imo poſticæ partis, loco parmulæ *Carinthiacæ*, cernatur *Styriaca*, pariter pileo Ducali tecta.

a

XXXIX.

Præſens *Ioachimicus* a ſuperiori in hisce potiſſimum differt: in adverſa Imperator coronæ loco lauream geſtat: aureum vellus, magis conſpicuum, a torque dependet: & in imo cantherius, monetarii aut officinæ ſignum, cernitur. In averſa poſt titulum: DVX: BVR. *gundiæ*, ſequitur CO. *mes* TYR. *olis* ZC. 1620. & in ſegmento parmula teſſeras *Burgundo - Auſtriacas* refert; quæ nummum in Auſtria prodiiſſe arguit.

Primus in hac collectione uncialis eſt, in quo FERDINANDUS Cæſar laureatus comparet. Neque etiam credibile eſt, anno 1619. quo is ad ſummum Imperii faſtigium evectus fuit, ſimilem quemdam ſignatum fuiſſe; cum eo tempore, uti alias obſervavimus, nota chronologica præverti ſoleret; ut numim novitatis ſpeciem diu retinerent. *M. S. B. & S. PETRI. ar.*

XL.

FERDINANDUS II. IMP. Tab. XXVII.

Antica fere ut num. XXXVIII. ſed in ſegmento adſcribitur numerus anni 1621. Poſtica ut num. præcedenti: excipe, quod clypeus hic magis ſit orbiculatus, & in imo parmula *Bohemica*, ubi & nummus prodiit, cernatur. *M. S. B. ar.*

Hoc ipſo anno 1621. cuſus eſt uncialis in *Carinthia*, qui æram Chriſtianam quoque habet in adverſa: ſed non in ſegmento, verum in epigraphe ſupra coronam. In imo averſæ conſpicitur parmula *Carinthiæ*, loco *Bohemiæ*: & per oſcitantiam chalcographi in epigraphe huius partis ſcriptum legitur: ARCHI. *dux* AVSTRIA ET CARINTHIA. DVX. BVRGVN. *diæ* ZC. pro *Auſtriæ* & *Carinthiæ*. Nummum adſervamus in ſcriniis noſtris: ſed ab eius delineatione abſtinemus; quia umbo averſæ partis attritus & oblitteratus eſt.

Alius denique hoc ipſo anno, huic noſtro perſimilis, prodiit, cum eo ſolummodo diſcrimine: quod in averſa legamus AVSTRI, incomplete videlicet, pro AVSTRIÆ, ac in formula *& cetera* littera C omiſſa ſit. Poſtremo nota chronologica, quam hic in adverſa legimus, in altero illo inſcriptioni averſæ ſubiicitur, ſic tamen, ut in medio exurgente corona Cæſarea, atque partem marginis, ut in nummo hic depicto, occupante, dividatur.

XLI. XLII.

Adverſæ utriusque huius nummi cum num. XXXIX. fere con-

(a) Syllog. numm. unc. p. 114.

FERDINANDUS II. IMP.

conſpirant, niſi quod nota chronologica in umbone, in altero quidem numerus anni 1621. & in altero 1622. legatur.

In poſtica vero ſequuntur huiusmodi tituli: NEC NON ARCHIDVCES AVS*triæ* DVC. *es* BVR. *gundiæ* COMITES. TIROL: *is*. Scutum maius, pileo Archiducali opertum, & torque aurei velleris cinctum, quo continentur quindecim areæ cum inſignibus, puta: *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Legionis*, *Auſtriæ*, *Burgundiæ*, & *Caſtellæ*: his in medio incumbit parmula *Tyrolenſis*. Reliqua ſymbola ita procedunt. *Carinthiæ*, *Carniolæ*, *Habsburgi*, *Goritiæ*, *Vinidorum Marchiæ*, *Sueviæ*, *Wirtenbergiæ* & *Alſatiæ*.

Etſi hi duo *thaleri* ſibi invicem ita conveniant, ut, excepta nota temporis, ovum ovo haud facile ita ſimile ſit: viſum tamen eſt utrumque hic exhibere, ob elegantiam & raritatem eorumdem: quod utrumque, de poſteriori ſaltem, Cl. KOEHLERUS teſtatur (a).

a

Sunt autem communi Archiducum, qui tum ſuperſtites erant, puta ALBERTI, in Belgio tum degentis, LEOPOLDI Epiſcopi Argentinenſis & Patavienſis, CAROLI *Poſthumi* ac demum ipſius Imperatoris, nomine cuſi, haud ſecus, ac plures eiusmodi ſuperius inter unciales LEOPOLDI V. vidimus (b); unde repeti poſſunt ibidem dicta. Hic tamen obiter adhuc notamus, Illuſtr. KHEVENHILLERUM æque ac R. P. HANSIZIUM, cuius verba num XII. pag.

b

(a) Nummophyl. Burckhard. P. II. Vol. I. p. 10.

163. retulimus, perfectionem huius negotii ad annum demum 1625. conſignare (c), qua de re antea nonnihil dubitabamus. *M. S. B. & S. P. ar.* Tab. XXVII.

c

XLIII.

Eadem adverſa, ſed hic in epigraphe inſertæ ſunt binæ parmulæ regni *Hungariæ*.

In poſtica aquila biceps *Imperii* coronata cum ſceptro & gladio, pectore gerens clypeum coronatum, & torque aurei velleris cinctum, cui ſola *Hungariæ* & *Bohemiæ* inſignia repetita ſunt impreſſa: his vero in medio incumbit parmula *Burgundo-Auſtriaca*. Ad pedes aquilæ cernuntur ſiglæ K*remniz*. B*ania*, nota officinæ monetariæ in regno Hungariæ ſigna. In epigraphe porro averſæ præter annum Chriſti 1622 additus eſt titulus: MAR.*chio* MOR.*aviæ*, qui in præcedentibus uncialibus necdum comparuit. *M. S. B. ar.*

XLIV.

Epigraphe adverſæ a ſuperioribus pariter nihil fere differt: at Cæſar integra figura in pedes erectus, armatus, coronatus & gladio præcinctus, obverſo vultu, dextra ſceptrum, ſiniſtra globum crucigerum ſuſtinet.

In poſtica continuantur tituli: ARCHID.*ux* AVSTR.*iæ* DVX. BVRG.*undiæ* MAR.*chio* MO.*raviæ*. 1624. Aquila biceps *Imperialis* coronata, ſcutum, Ducali pileo tectum, & torque aurei velleris cinctum, pectore gerens, cui im-

(b) Tab. XXI. & XXII. a num. VII. ad XII. itemque ad num. XV.
(c) Tom. X. col. 719.

Tab. XXVII. impreſſus eſt leo *Bohemicus*, cuius figura in imo denuo repetitur. *M. S. B. ar.* MELL. *p.* 116.

In Muſeo *Buoliano* reperitur prorſus ſimilis Bohemicus nummus, ſed anno præcedenti 1623. quod in adverſa eius notatur, percuſſus, nec non & alius de anno 1625. Nos præterea ſimilem tenemus de an. 1625. & 26. ſed ab horum delineatione conſulto abſtinemus.

XLV.

Adverſa cum num. XXXIX. denuo reſpondet. Epigraphe averſæ cum eodem pariter convenit, excepta nota chronologica, quæ eſt 1624. Quinio ſcutorum tribus interſtincta igniariis, ex torque aurei velleris deſumptis. In medio comparet aquila *Imperialis* biceps, ſcutum pectore gerens, ſuperimpoſito diademate: ad dextram & ſiniſtram parmulæ coronatæ, hinc *Hungariæ*, illinc *Bohemiæ* ſymbola referentes: binæ inferiores *Burgundiæ* & *Auſtriæ* teſſeras exhibent.

Inſignis hic binio, ſeu *Imperialis* duarum unciarum, in Auſtria cuſus videtur; ob ſignum officinæ, quod in alio Auſtriaco citato num. videndum, atque num. mox ſequenti recurrit. *M. S. B. ar. pond.* 2. *unc.*

Similem edidit MELLENIUS (a), ſed ibi leo *Bohemicus* luculentius quam in noſtro (ubi ſiquidem capite pedibusque anterioribus mutilatus apparet) expreſſus eſt.

a

XLVI.

Utraque nummi facies num. XXXIX. reſpondet: niſi quod hic æram Chriſtianam 1624. referat, & in imo parmula non *Carinthiæ*, ſed iunctas, *Burgundo-Auſtriacas* teſſeras, impoſito Ducum pileo, exhibeat. FERDINANDUS II. IMP.

Hac forma nummaria ſignati quoque ſunt nummi duarum unciarum, quarum exemplum penes nos eſt. MELLENIUS quoque non abſimilem pag. 120. edidit, ſed de anno 1630. Eundem quoque typum vidimus in ſæpe laudato Monaſterio S. PETRI, at de anno 1632. *M.* BUOL. *& S. B. ar. pond.* 1. *unc. nec non &* 2. *unc.*

XLVII.

Huius nummi pars utraque cum num. XLI. convenit, in adverſa tamen nota chronologica 1624. in ſegmento brachii dextri legitur, & in averſa tituli hoc modo fluunt: ARCHI: *dux* AVST: *ria* DVX: BVR: *gundiæ* STYRIÆ: ETC *etera.* Hinc & in capite ſcuti panthera *Styriæ* in medio ac honoratiori loco exhibetur. *M. S. P. ar.*

Alius huic, excepta nota chronologica, quæ annum 1628. refert, per omnia ſimilem, ſed elegantioris adhuc fabricæ extat in *M. S. B.*

XLVIII.

Nihil differt epigraphe huius nummi a proxime præcedentibus: additur tamen in fine DVX. s. *ileſiæ*, quæ vox in epigraphe partis averſæ repetita SILESI. *æ* ZC. (*& cetera*) 1632. uncialem hunc *Sileſiacum* Nummophilis gratiorem reddit: quanquam illa non niſi a genio monetarii,

(a) Syllog. num. unc. p. 118.

FERDINANDUS II. IMP.

netarii, vel a commutatione typorum nummariorum profecta videatur. Cetera cum num. XLIII. conſpirant: excepto quod in imo umbonis hinc inde ſiglæ I & Z legantur, quæ de officinæ loco, aut nomine monetarii interpretandæ videntur. DEWERD. *p.* 165.

XLIX.

Præcedenti haud abſimilis: ſed hic maioris eſt moduli, ac ſine dubio in Hungaria cuſus anno 1633. ſiquidem duæ parmulæ in epigraphe adverſæ partis ſunt inſertæ, altera tænias *Hungaricas* cum cruce Patriarchali, altera iconem Deiparæ Virginis continens, fere ut num. XLIII. In eadem epigraphe titulus *Ducis Sileſiæ*. ut par erat, hic omiſſus eſt. *M. S. B. ar. deaur.*

L.

Utriusque huius nummi pagina num. XLIII. fere reſpondet, omiſſis in ambitu ſcutis illis *Hungaricis* minoribus: & in averſa aquila biceps ſcutum gerit, a ſummo bipartitum, tæniis *Hungaricis* & eiusdem regni cruce Patriarchali exaratum. Cuſus eſt præterea anno 1634. & in imo areæ ſiglæ N. *agi* B. *ania*, locum officinæ monetariæ denotant. MELL. *p.* 122.

LI.

Epigraphe utriusque partis, nec non & effigies Cæſaris cum num. XXXIX. convenit. At in imo adverſæ numerus Arabicus 150. obſervatur.

In poſtica aquila biceps *Imperialis* pectore gerit parmulam *Burgundo-Auſtriacam*, torque aurei velleris cinctam, impoſito eidem galero Archiducali. In imo recurrit cantherius, monetarii aut officinæ Auſtriacæ ſignum. Additur denique nota chronologica 1622. Tab. XXVII.

Moneta hæc egregium monumentum eſt eius calamitoſi reipublicæ ſtatus, quo invaleſcente apud Germanos moneta minuta, ac cupro ſupra modum mixta, *Ioachimicorum* ac florenorum valor, malis æruſcatorum artibus, immenſum quantum augebatur; ita quidem, ut uncialis, qui anno 1582. ſexaginta octo, & anno 1619. centum & octo crucigeris adhuc æſtimabatur, ad annum uſque 1622. valore ita creſceret, ut a menſe Februario ad diem XV. Martii decem florenis monetæ minutæ, ſeu ſexcentis crucigeris commutaretur. Minuebatur quidem deinde hæc æſtimatio ad tres florenos & quindecim crucigeros. At eadem mox iterum ita aucta fuit, ut *Imperialis* menſe Octobri eiusdem anni, quinque florenis, ſeu trecentis omnino crucigeris valeret (a). Cum ergo præſens nummus medietatem *Imperialis*, ſeu *Ioachimici* conficiat: recte numerum 150. totidem nempe crucigerorum notam præfert; atque adeo menſe Octobri dicti anni 1622. cuſus fuit. Hæc enim mala Imperium Romanum univerſim, tum vero præcipue etiam regna & provincias FERDINANDI hereditarias inundabant,

(a) Vid. GOLDASTI. Catholicon rei monetariæ, in cuius calce ſingularis de valore monetarum, huius temporis, tabula reperienda.

FERDINANDI II. Rom. Imp. Nummi aurei et monetæ.

Nummi in auro.


LII.



LIII.




LIV.



LV.



LVI.




Monetæ.


LVII.




LVIII.




LIX.




LX.




LXI.



LXII.




LXIII.




Monetæ Silesiacæ.

LXIV.



LXV.




LXVI.




LXVII.



LXVIII.



LXIX.



Peter Majerčak. ad sculpsit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXVII. bant, ita ut Imperator in tanta temporum acerbitate non modo connivere, ſed & valorem tam auri quam argenti ſua, ipſius auctoritate augere cogeretur. Qua de re nonnullarum ordinationum ſumma capita *Codici* a *Auſtriaco* inſerta ſunt (a).

Hæc vero cum infinita commercio damna, tumultus, aliaque Germaniæ mala inveherent: non ſolum Imperator, ſed & reliqui Imperii Principes Ordinesque, reducta an. 1524. ad priſtinum ſtatum moneta, remedium tandem attulerunt. Ea de b re fuſe KHEVENHILLERUS (b). *M. S. B. ar. pond. ſemunc.*

NUMMI AUREI.

LII.

Tab. XXVIII. Nummus hic aureus aſſimilatur unciali ex argento, cuius typum ſupra dedimus num. XXXIX. niſi quod hic in averſa notata ſit æra Chriſtiana 1622. & parmula in imo melius ſit expreſſa, typusque nummarius elegantior. *Adſervabatur olim in M. S. B. aur. 5. duc.*

LIII.

Æqualis eſt hic nummus aureus unciali Sileſiaco, num. XLVIII. a nobis exhibito: ſed typus hic maioris eſt elegantiæ, & in epigraphe averſæ ibi leguntur tituli: DVX. BVR. *gundiæ* SILESI. *æ*: hic vero tituli ita ſonant: DVX BVR. *gundiæ* MAR. *chio* MO. *raviæ* CO. *mes* T. *yrolis* 1628. *Ibid. au. 5. duc.*

LIV.

Adverſa fere ut num. XLIV. ſed hic dextra ſceptrum non tenet, & facies non eſt obverſa, ſed ſiniſtrorſum reſpicit: additæ quoque ad latera parmulæ *Auſtriæ*, quas dicunt *recentioris* & *veteris*, pileis Archiducum tectæ. Ubi obiter animadvertimus, ſcutum *Auſtriæ* cum quinque avibus, quod *vetus* adpellant, in nummis FERDINANDI hic primo in collectione iſta comparere. FERDINANDUS II. IMP.

Poſtica ut num. XLVI. niſi quod hic adſcripta ſit æra Chriſtiana 1634. aureus itaque iſte decennio poſt cuſus fuit. *M. S. B. au. 2. duc.*

LV.

Cæſar in pedes erectus ut num. XLIV. ſed hic duo ſcuta coronata ad latera ſunt poſita, & quidem a dextris *Bohemicum*, a ſiniſtris *Hungaricum.*

Poſtica ut num. LI. niſi quod in epigraphe loco CO. *mitis* TYR. *olis*, hic titulus ſit poſitus: MAR. *chio* MO. *raviæ* cum æra Chriſtiana 1635. *Ibid. au. 5. duc. & M.* S. PETRI 10. *duc. ubi tamen in averſa pro ſigno monetarii gryphum videmus, notamque chronologicam* 1624.

LVI.

Suetis FERDINANDI titulis additæ ſunt in epigraphe adverſæ partis DS. quas legimus D*ux* S*ileſiæ.* In umbone huius nummi aurei Cæſar non laureatus, ſed coronatus comparet, cum pallio Imperiali, criſpato collari & torque aurei velleris.

Poſtica pars ſicut in unciali de anno 1622. num. XLIII. ſed

(a) P. II. litt. M. pag. 27.
(b) Cit. tom. X. col. 528. Theatr. Europ. tom. I. pag. 455. & 676.

FERDINANDUS II. IMP.

ſed hic legitur numerus anni 1636.

Nummus iſte haud dubie in Sileſia cuſus fuit; non ſolum quod in adverſa Imperator *Dux Sileſiæ* audiat, quod & in aliis monetis, inferius producendis, legimus; ſed & quod in imo averſæ easdem quoque ſiglas, in unciali Sileſiaco ſuperius num. XLVIII. occurrentes, præferat: excepto quod hic littera K ſuperaddita ſit: quæ ſingula vel ad officinam, vel ad monetarium pertinent. *M. Imp. au.* I. *duc.*

MONETÆ.

LVII.

Adverſa cum num. XXXVIII. fere convenit: ſed hic aureum vellus magis conſpicuum eſt.

Sequuntur in averſa reliqui tituli: ARCHI. *dux* AVS. *triæ* ET. CARIN. *thiæ* DV. *x* B. *urgundiæ* ET C. *etera* 1622. Aquila biceps *Imperii* coronata, pectore gerens parmulam *Carinthiæ*: in imo orbiculus, cruce inſtructus & in medio ſectus, cui numerus 48. inſcriptus.

Hic numerus valorem haud dubie indicat. Unde diſcimus nummum; utpote qui quartam *Ioachimici* partem pendit, cuſum fuiſſe, cum is tribus florenis & aliquot crucigeris commutaretur. Nam quadraginta octo, quater ducta, centum nonaginta duo conficiunt. Tum ergo uncialis *Carinthiacus* tres florenos ac duodecim crucigeros: ſeu in ſumma 192. crucigeros valebat. Idem fere alibi etiam anno 1622. obtinebat; nam ut ex laudati GOLDASTI tabula diſcimus, eiusdem anni menſe lunio *Imperialis* pro tribus florenis & quindecim crucigeris acceptabatur. Hinc nummus ad id fere tempus referendus erit. Confer dicta ad num. LI. *M. Imp. ar. ſicilic.* Tab. XXVIII.

LVIII.

FER. *dinandus* D *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* IMP. *erator* S. *emper* AV. *guſtus*, æra Chriſti exeſa: videtur tamen annum 22. id eſt, 1622. ſignificaſſe. Aquila *Imperii* biceps, in cuius pectore numerus 12. apparet, pretium monetæ indicans: quod tamen cum valore nummi uncialis eius temporis contendere haud poſſumus; tum, quod de pondere eius nobis haud conſtet; tum quod nota chronologica in ambiguo verſetur.

In poſtica S. ANDREAS cum nimbo in capite, & pallio, a tergo dependente, adverſo corpore ſtans, ante ſe crucem ſuam tenet. Additur in ambitu epigraphe: RECTE. FACIEN: *do* NEM: *inem* TIMEAS.

Hoc apophthegmate etiam uſus eſt anno 1597. HENRICUS IULIUS, Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis, in notiſſimo nummo unciali, cui a veritatis emblemate nomen inditum eſt. *M. S. I. Vindob. ar. & cupr.*

S. ANDREAS occurrit quoque in aliorum Principum nummis bene multis; ut ex indiculo Sanctorum in nummis, loculamento tertio *recens aperti Groſſorum ſcrinii* ſubiuncto, atque alibi etiam edito, patet. Nec etiam ſine cauſſa Sanctus hic

Apo-

Tab. XXVIII Apoſtolus in nummis Auſtriacis apparet; quippe quod Burgundiæ Patronus habetur, & alias in nummis Brabantinis ſolemnis erat.

Alios quoque FERDINANDI nummos, Sanctorum imaginibus conſpicuos, recenſet BANAGIA in catalogo MS. nummophyl. Aug. Sic enim de moneta quadrangulari notatum reliquit: „ FERD. II. D. G. ROM. „ IMP. SEMP. AVG. Aquila bi„ ceps cum inſignibus. In poſtica S. PELAGIVS S. CONRAD. „ Imagines amborum. „

Alia moneta ſignata anno 1628. In adverſa tituli Cæſaris conſueti, addita æra prædicta cum aquila bicipiti. In averſa: HENRIC... S. AN. 1628. Inſignia, & in ſummitate icon S. ANNÆ.

Monetas denique Hungaricas ſeu unciales cum ſolita imagine B. Virginis vidimus paullo ſuperius; imago S. WENCESLAI in nummis Sileſiacis occurrit, ut adeo FERDINANDUS Sanctorum cultui in hoc nuſpiam defuiſſe videatur.

LIX.

Crucigerus hic anno 1624. in *Carinthia*, ut parmula, in altera facie expreſſa, docet, cuſus, ſolitos FERDINANDI titulos unacum eius effigie, & in altera parte aquilam bicipitem præfert. Superſunt eiusmodi bene multi, quos nec delineare, nec recenſere operæ pretium duximus. *M. S. B. ar.*

LX.

Effigies ac tituli utriusque partis conſueti. In averſa tamen notanda STYRIÆ cum axioma, tum titulus, quæ groſſum ibidem anno 1626. ut numerus indicat, emerſiſſe adſignificant. Adduntur præterea aliæ duæ parmulæ, cum aquila *Imperii*, & *Burgundiæ* axiomate, omiſſa plane *Auſtriæ* teſſera, quod in nummis Auſtriacis inſolens omnino eſt. *M. S. B. ar.* FERDINANDUS II. IMP.

LXI.

Adverſa ſimilis eſt averſæ, ſupra num. LIX. exhibitæ; niſi quod hic parmula *Carinthiaca* in imo deſit.

In poſtica epigraphe exeſa eſt: ſed cum ex reliquiis litterarum, tum ex aliis monetis Bohemicis facile in hunc modum ſuppletur: ARCH. *idux* A *uſtriæ Dux Burgundiæ* MA. *rchio* M. *oraviæ* 1627. Umbo leonem repræſentat *Bohemicum* coronatum, cum cauda bifurcata. *M. S. B. ar.*

LXII. LXIII.

Nihil ferme hæ monetæ, ſi magnitudinem excipias, a præcedentibus aliquot ſingulare habent. Utraque notam valoris trium crucigerorum præfert, alteraque anno 1628. altera vero anno 37. eiusdem ſeculi cuſus fuit. Poſtremo ſignum monetarii, ſeu officinæ, in altera luna bicornis eſt, impoſita ſtella: in altera manus clauſa, extremis digitis ſtellam præferens, de quibus alias egimus. *M. S. B. ar.*

MONETÆ SILESIACÆ.

LXIV.

MATTHIAS. D: *ei* G: *ratia* ROM: *anorum* IM: *perator* S: *emper* A. *ugu-*

FERDINANDUS II. IMP.

A. *uguſtus* GER: *maniæ* HVN: *gariæ* BOHE: *miæ* REX. D: *ux* SILES: *iæ*. Protome Cæſaris armata & coronata, criſpo focali & torque aurei velleris ornata, ſiniſtrorſum verſa.

Averſa in duas partes ſecta eſt, ſuperior digamma, ſeu litteram initialem nominis FERDINANDI, ſuppoſito num. II. ſiſtit, cui hinc inde lemma eiusdem adſcriptum eſt: LEGITIME CERTANTIBVS. Supra ſiglam duo rami palmæ, in decuſſim poſiti, coronam ſuffulciunt, fere ut num. V.

In parte inferiori legitur inſcriptum: MONETA WRATISL*avienſis* & æra Chriſti 1617. inter ſcutum *Wratislaviæ*, in medio poſitum, ubi initialis littera w ex ipſius ſcuti tertio quadrante reliquis elementis iungenda eſt, ad efformandam vocem *Wratislavienſis*.

Wratislavienſes, ut publico monumento teſtatum facerent, ſe, vivente & imperante MATHIA Cæſare, FERDINANDUM, renuntiatum Bohemiæ Regem, agnoſcere ac revereri, non ſolum hunc nummum aureum, cuius typum hic damus, ſed plures alios, etiam quadratæ figuræ cudi iuſſiſſe, auctor eſt DEWERDECKIUS, qui & ipſe huiusmodi nummi, ſed minoris moduli, delineationem dedit (a). *M. Imp. au. 2. duc.*

a

LXV.

Adverſa fere ut num. XXXIX. at in fine epigraphes additur: DV. *x* S. *ileſiæ*.

GROS. *ſus* DVODECVPL. *us* CIVI. *tatis* SWIDN. *icenſis* 1621. S. K. In margine interiori: S. *anctus* WENCESLAVS. Effigies Sancti, operto capite, ſiniſtrorſum verſo, & addito vexillo, cui impreſſa eſt ſimplex aquila. Tab. XXVIII.

Ut de valore monetæ conſtet, *groſſus duodecuplus*, id eſt: 24. crucigerorum adſcribitur, addita icone S. WENCESLAI, Patroni civitatis *Svvidnicenſis*, DEWERD. *tab.* 31. *n.* 20. *p.* 640. *&* 659.

LXVI.

Non multum abludit hic nummus ab eo, quem num. LXII. conſideravimus. At in apice anterioris partis littera G obſervatur, urbem *Gloggoviam*, ubi is percuſſus eſt, indicans. In imo autem numerus 24. valorem deſignat. Numerus quoque anni 1623. in averſa obſervatur; & in imo roſa, circulo incluſa, ſignum officinæ videtur. *Id. tab.* 28. *p.* 576. *&* 596.

LXVII.

IM. FVRSTENTVMB. SCHLESIEN. RAITPFENNIG. DER. CAMMER. BVCHALT. *erei*. Hæc integra utriusque partis epigraphe latine ſic reddi poteſt: *calculus pro apologiſta in principatu Sileſiæ*.

Adverſa initialem litteram nominis FERDINANDI Cæſaris ſiſtit, mediam inter æram Chriſtianam 1624. imminente ſuperne corona. Typus averſæ num. LXII. aut ſi mavis LV. reſpondet. *Idem p.* 165. *n.* 21.


LXVIII.

In trifolio ſuperiorem locum occupat ſigla F, initialis littera nomi-

(a) Op. cit. tab. 34. n. 19.

FERDINANDI II Rom. Imp. Vnciales et ad hist. pertinentes.

LXX.



LXXI.



LXXII.



LXXIII.



LXXIV.



LXXV.



LXXVI.



LXXVII.



LXXVIII.



LXXIX.



LXXX.



LXXXI.



Nummi ad historiam. FERDINANDI II. facientes.

Tab. XXVIII. nominis FERDINANDI, imminente pileo Ducali, ad cuius latera adpoſita legitur æra Chriſtiana 1625. In inferiori parte parmula a dextris, aquilam præbet *Sileſiacam*, altera a ſiniſtris, teſſeram *Auſtriæ*. In imo ſiglæ AR. *chidux*.

Obolum hunc, valoris dimidii crucigeri, una tantum parte ſignatum, magni facit DEWERDECKIUS; propterea quod ſiglæ nominis Cæſarei non niſi pileus Ducalis immineat, & parmula *Sileſiæ*, honoratiori loco, a dextris *Auſtriacæ* ſit oppoſita. *Id. ibid. n.* 23.

LXIX.

Parum differt huius nummi typus a num. LVI. niſi nota chronologica, quæ eſt 1630. In imo autem ſiglæ H & Z. niſi ut in citato nummo, uti & illo quem num LVI. produximus, loco H littera K ſubſtituenda ſit.

DEWERDECKIUS ad hunc nummum aureum, ut ſingulare quid, ac Ducatui Sileſiaco honorificum, notat; titulum *Ducis Sileſiæ* non ſolum in adverſa, atque adeo principaliori loco, ſcriptum; ſed & proxime poſt titulos regnorum locatum eſſe. Eiusmodi alios quoque ſuperius vidimus, atque ipſe etiam DEWERDECKIUS alios paſſim adducit. *Id. p.* 112. *tab.* I. *n.* 19. *au.* I. *duc.*

NUMMI ALIQUOT UNCIALES CIVITATUM IMPERII, REGNANTE FERDINANDO II. CUSI.

LXX.

Tab. XXIX. Etſi inſtituti noſtri ratio haud ſit, nummos uſuales, a civitatibus Imperii ſignatos, huic nummothecæ inſerere; cum id operis eſſet immenſi, nec etiam, ſi ſtricte loqui velimus, huius loci: viſum tamen eſt, aliquos nonnunquam, eosque primum obvios afferre, ut aliquid rei monetariæ, qualis in Imperio ſub Imperatoribus Auſtriacis erat, tribueremus. FERDINANDUS II. IMP.

Illorum igitur hic primo loco uncialem hunc *Francofurtenſem* producimus, qui in adverſa ſui parte aquilam Cæſaream, bicipitem, coronatam refert, cum hiſce Imperatoriis duntaxat titulis: FERDINANDVS. II. D. *ei* G. *ratia* ROM. *anorum* IMP: *erator* SEMP. *er* AVGVST. *us* 1620. Æ. Aquila biceps *Imperii* coronata, pectore gerens orbem, ſeu globum, cruce inſtructum.

MONETA. NOVA. REIPVB. *licæ* FRANCOFVRTENSIS. Cruci maiori, quaſi pedatæ, in medio impoſita eſt decuſſatio, cui incumbit parmula, ſimplicem referens aquilam coronatam, panſis alis; quæ ſymbolum eſt civitatis Imperialis *Francofurtenſis* ad Mœnum.

Aquila hæc docente SPENERO (a) argentea eſt, corona, roſtro, pedibus & circulis alarum trifoliatis aureis, lingua & unguibus cæruleis. a

Uncialem hunc deſcripſit *Wilhel. Eberhard.* FABER (b), ad quem etiam Cl. KOEHLERUS, ubi de nummis *Francofurtenſibus* agit, lectorem remittit (c), ſed ibi diſcrimen animadvertimus. Scribitur enim AVGVS, ubi in noſtro littera T adiecta b c

(a) Op. Herald. P. I. p. 212. §. V.
(b) Entvvurf einer numiſmatiſchen Käntniſſ. num. 1620. p. 694.
(c) M.B.L. P. XIX. præf. p. IX. n. 5.

FERDINANDUS II. IMP.

est, & post notam chronologicam figlæ Æ omissæ sunt, quas nos aliis exputandas relinquimus.

Ceterum ius monetandi, Francofurtensibus a LUDOVICO *Bavaro* concessum, & a SIGISMUNDO Imp. confirmatum, corroboravit denuo, auxitque CAROLUS V. (a). *M. S. B. ar. unc.*

a

LXXI.

Epigraphe huius nummi cum num. præcedenti fere convenit, sed titulis *Imperatoriis* additi sunt: H. *ungariæ* B. *ohemiæ* R. *ex*, & nota chronologica numerum anni 1623. ostendit. Aquila biceps *Imperialis* coronata, sub cuius falculis additæ hinc inde duæ parmulæ nobilium familiarum, pectore insignia *Austriæ* gerit.

CASTR*um* IMP: *eriale* FRIDTBERGK: IN WETTRAW: huic epigraphe in medio ad utrumque latus interiectæ sunt aliæ binæ parmulæ. In umbone sistitur S. GEORGIUS integra figura, cataphractus, capite casside cristata & nimbo ornato, pedibus conculcans & hasta perimens draconem.

Nummus ex argento uncialis est, a *Ganerbiatu* in *Wetteravia*, cui nomen a castro *Fridberg* adhæsit, percussus. *Ganerbii* vocati *milites*, ac *milites Castrenses*, quibus ius monetandi competit: ut qui anno 1541. a CAROLO V. Imp. privilegium æra signandi acceperunt: ea tamen lege, ut nummi pars una aquilam *Imperii*, cum parmula media, insignibus *Austriæ* conspicua, addito Imperatoris nomine, referat. Altera pars schema Castri exhibeat, cum inscriptione: *moneta nova aurea* (vel *argentea*) *arcis Fridbergensis in Wetteravv* (b): adscriptis quoque notis chronologicis. Hic vero comparet S. GEORGIUS, dictorum militum Patronus: additis in utraque nummi parte duabus parmulis, quæ, uti videtur, Burggraviorum ac militum ex *Ganerbiatu* tesseras gentilitias ostentant. *M. D. de* FRANCE *ar. unc.* KOEHL. *P.* VI. *p.* 25.

Tab. XXIX.

b

LXXII.

Epigraphe solitos Imperatoris titulos, *Regiis* denuo, ut num. LXX. omissis, continet. Imago solita est aquila *Imperii* biceps cum nimbis, imminente superne corona.

MON. *eta* NO: *va* CIVITAT: *is* CONSTANTIENSIS. Clypeus cum parergis, eiusdem urbis tesseram, crucem videlicet rubram in solo argenteo, exhibet, inter notam chronologicam 1628.

Cum inter plures nummos Constantienses, a Cl. KOEHLERO descriptos (c), hicce omissus fuerit: operæ pretium nos facturos sperabamus, eundem hic adducere, cetera aliis exputanda facile relinquentes. *M. S. B. ar. unc.*

c

LXXIII.

Adversa præter consuetos cum *Imperatorios* tum *Regios* titulos, aquilam *Imperii* bicipitem exhibet, cum coronis radiatis, & nimbis in capitibus, impen-

(a) Vid. PFEFFING. ad Vitriar. lib. III. tit. IV. p. 471. – 473. & 477.

(b) Id. lib. IV. tit. 21. §. 3. p. 264.
(c) M.B.I. P. XVIII. præf. p. XI. §. IX.

Tab. XXIX. impendente ſuperne corona Cæſarea, globoque *Imperii* ac impreſſa pectori parmula *Auſtriaco-Caſtellana.*

In averſa genius alatus, adverſa fronte ſtans, altera manu oleæ, palmæ ramum altera, ſingulisque ſingula ſcuta tenet, teſſeras *Norimbergenſes* referentia, imminente ſuperne tertio ſcuto, cum aquila ſimplici. In imo legitur nota chronologica 1628. & in ambitu ſueta formula: MONETA. NOVA. ARGENTEA. REIPVB. *licæ* NORIMBERG. *enſis.*

De re monetaria Norimbergenſi multa iuxta ac erudita affert Cl. KOEHLERUS (a), quo lectorem remittimus. *M. S. B. ar. unc.*

a

LXXIV.

Anterior facies num. LXXII. fere reſpondet.

In poſteriori parte SANCTVS LEODEGARIVS, ut titulus præfert, habitu Epiſcopali indutus, a fronte, dextra pedum paſtorale, ſiniſtra vero terebram, ac denique ante ſe ſcutum tenet, capite genii volantis ſuffultum, tribusque teſſeris, *Auſtriaca* ſcilicet, *Murbacenſi*, ac inferius in triquetra *Luderenſi*, de quibus alias dictum eſt, exaratum.

Monaſterium Murbacenſe Imperiale, Principumque dignitate illuſtre, ius monetandi a CAROLO V. anno 1544. obtinuit. Porro hunc uncialem faſcia *Auſtriaca* ideo conſpicuum eſſe exiſtimamus, quod cuſus fuerit ſub LEOPOLDO V. aut LEOPOLDO GUILIELMO Archiducibus, cum Abbatiam hanc una cum Luderenſi adminiſtrarent. *M. S. P. ar. unc.* FERDINANDUS II. IMP.

(a) Ibid. P. VII. p. 201. ſeqq.

NUMMI
AD HISTORIAM
FERDINANDI II. IMP.
FACIENTES.

LXXV.

Clypeus quadripartitus & pileo Archiducali tectus. Caput ſcutarium teſſeras *Hungariæ* & *Bohemiæ* continet: has ſequuntur inſignia *Auſtriæ* & *Burgundiæ*: ea excipiunt ſymbola *Styriæ* & *Carniolæ:* in triquetra ſcutum *Goritiæ:* omnibus incumbit parmula *Carinthiæ.*

Averſam implet inſcriptio, undecim lineis abſoluta, hiſce verbis: FERDINANDVS. ARCHIDVX AVSTRIÆ. *et* C:*etera* DEVOTIONIS. ERGO. HUNC PRIMUM. LAPIDEM. MONASTERII. S. *ancti* FRANCISCI. DE. OBSERVANTIA. IN. CLAGENFURT. PER VENERABILEM. GEORGIUM. ABBATEM. VICTORIENSEM POSUIT. XVII. *sep tem* BRIS. M.DCXIII.

Amor & beneficentia FERDINANDI, etiamnum Archiducis, in Clerum ac Religioſas familias mire iam enituit. Animum hunc benefaciendi non modo tota vita ſua conſervavit, ſed adeo auxit, ut *Guilielmus* LAMORMAINI de eiusdem virtutibus differens, affirmare non dubitaverit (b), Religioſis e familiis nullam eſſe, quæ FERDINANDI in ſe amore iure non glorietur: nullam, quæ ei plurimum ſe debere non fateatur. b

(b) cap. XXV. p. m. 91. ſeqq.

FERDINANDUS II. IMP.

Iuvat auctoris verba huc adferre; *Plures primus ipſe* (FERDINANDUS) *induxit in Auſtriam ac Bohemiam Styriamque Clericos Regulares* S. PAULI, *Camaldulenſes*, S. FRANCISCI *de* PAULA *cœnobitas*, *Carmelitas diſcalceatos*, *ſexus utriusque* S. AUGUSTINI *reformatos Eremitas*, *Benedictinos e monte Serrato ab Hiſpania huc profectos*, *Servos B. Virginis*, *Congregationis Hibernicæ Franciſcanos. His autem aliisque*, *aut ex integro cœnobia fundavit*, *aut ab aliis fundata ſplendide iuvit.* Ceterum nummus hic aureus encauſto pictus aſſervatur *in M. Imp. pond. 6. duc.*

LXXVI.

FERDINANDI II. ROM. *anorum* IMP. *eratoris* HVNG. *ariæ* ET BOH. *emiæ* REGIS PAT. *ris* PATRIÆ PRIVIL. *egium* DOCTOR. *es* COSS. (*Conſulibus*) ET SEN. *atoribus* R *ei* P *ublicæ* NORIMB. *ergenſis* PROM: *ovendi* C. *onceſſit* ALTORFI MDCXXIII.

Hæc utriusque partis inſcriptio argumentum nummi ſic ſatis adhuc explicat. Prior pars aquilam bicipitem fere ut num. LXXIII. exhibet, ſed quæ parmulis *Norimbergenſibus* inſiſtens, & corona Cæſarea clauſa, ſupra quam ſol conſpicitur, decorata, pectore parmulas *Auſtriaco-Burgundicas* gerit. Cetera nummi exeſa nec ſatis perſpicua ſunt, ut accurate explicentur.

De FERDINANDI ſtudio, litteras promovendi, ſingulari capite differit ſæpe laudatus LAMORMAINI (a), ubi inter cetera hæc quoque leguntur: *Gymnaſia iuventuti excolendæ inſtituit plurima in hæreditariis*, *Imperiique Regnorumque Provinciis. Academias & ſtudia*, *ut vocant*, *generalia vel collapſa reſtituit*, *vel nova erexit*, *vel ab aliis excitata confirmavit.* Tab. XXIX. a

Inter hæc igitur eſt Academia Altorfina, cui anno 1623. FERDINANDUS poteſtatem fecit, Canditatis quatuor facultatum ſummum gradum conferendi, qua de re videri poterit *Franc.* LUCÆ (b), ubi tamen, ſecus ac nummus habet, annum 1622. ponit. *M. S. B. ex plum.* b

LXXVII.

Adverſa exhibet icones FERDINANDI I. & FERDINANDI II. Cæſarum, nec non FERDINANDI filii Archiducis: omnes tres palliis induti, & ſiglis diſtincti, ante templum in genua provoluti, erectis manibus nomen IESU, radiis ſuperne conſpicuum, venerantur. Ambo Cæſares coronata habent capita, & pallia Imperatoria, filius vero pallium Principum geſtat, & in pavimento ei adiacet pileus Archiducum. In ambitu additur epigraphe: IN NOMINE IESV OMNE GENV FLECTATVR PRÆSENTIVM ET POSTERORVM AVSTRIACOR *um* quæ ex Apoſtoli verbis (c) deſumpta, neſcio quam appoſite huc applicata fuit. c

Poſtica inſcriptionem complectitur XV. linearum: FERD. *inandus* II. I. *mperator* S. *emper* A. *uguſtus* POST REBELLES VICTOS TEMPLVM DEO DDQ. (*divis-*

(a) Cap. XXVII. p. m. 101.
(b) Europ. Helicon P. IV. cap. VI. ſect. XXV. p. 633.
(c) ad Philipp. II. 10.

Tab. XXIX. *visque*) IGNATIO ET FRAN *ciſ*-CO CONSTRVXIT COLLEGIVM SOC. *ietati* IESV A FERD. *inando* I. ERECTVM IN EIVS. *dem* SOC. *ietatis* DOMVM PROFESSAM COMMVTAVIT CELEBERRIMÆ VIEN. *enſi* ACADEMIÆ CONIVNXIT NOVO SOCIOR *um* AC MVSAR. *um* DOMICILIO AVXIT EXORNAVITQVE ANNO IMPERII SVI V. CHRISTI. M.DC.XXIV.

Numiſma hoc prægrande in memoriam Collegii Societatis Iesu, quod FERDINANDUS II. Imp. Academiæ Vindobonenſi coniunxit, ſignatum aſſervatur in gazis Aulæ Cæſareæ & in muſeo eiusdem Collegii.

Singularem Cæſaris munificentiam in Societatem Iesu grato animo commemorat laudatus LAMORMAINI (a) hisce verbis: *Erexit Societati* IESU *nova domicilia non pauciora quam decem. Domos profeſſas duas, alteram Viennæ, alteram Pragæ, Domos probationis totidem, Leobii & Viennæ, collegia ſex.* &c. *M. S. B. ær. deaur.*

a

LXXVIII.

IOHANNES CZERCLASIVS COMES BARO DE TILLY ETC: *etera.* Protome eius armata a fronte, cum criſpo focali, paludamento ſeu cingulo militari, ac nudo capite.

Averſa hanc inſcriptionem, quatuor lineis abſolutam, comprehendit. CÆSAR IN IOVE VICTOR. COMES IN SOLE BELLATOR.

Edidit hunc nummum Cl. KOEHLERUS, loco in calce paragraphi citando, ubi famigeratiſſimi huius Ducis vitam & præclare geſta fuſe & accurate perſcripſit. Nobis ſtrictim delibaſſe ſufficiat, eundem ex familia antiquiſſima ac cum primis nobili Bruxellis in Brabantia ortum, anno 1559. natum, primum ſub Hiſpanis in Belgio, deinde ſub RUDOLPHO II. in Hungaria, tum ſub MAXIMILIANO *Bavaro* inſigni ubique laude meruiſſe. FERDINANDUS II. IMP.

Secundum hæc exercitui Ligæ, quam dicunt, ſummo cum imperio præfectus, anno 1620. Auſtria ſupra Anaſum ad Cæſaris obedientiam reducta, in prœlio quoque Pragenſi ſiniſtrum cornu ducens, ad præclaram illam victoriam plurimum contulit. Sequenti deinde anno MANSFELDIUM cum Palatini exercitus reliquiis profligatum, e Bohemia, moxque e Palatinatu eiecit. Tum vero vix credibile eſt, quanta ubique, quamque conſtanti felicitate arma circumtulerit, quot deleverit exercitus, quotque ceperit loca munita, immo & provincias ſub poteſtatem, inque ordinem redegerit. Verum ſupremus ſubinde exercitus Cæſarei Ductor conſtitutus, cumque Sueciæ Rege GUSTAVO ADOLPHO anno 1630. die VII. Septembris ad Lipſiam congreſſus, gravi clade affectus eſt, ac demum anno inſecuto, Regi Lici tranſitum prohibiturus, mortifero vulnere ictus, atque Ingolſtadium ægre delatus die XXX. Aprilis invictum ſpiritum Deo reddidit: Dux ſui temporis præſtantiſſimus, cumque antiquis qui-

(a) cap. XXV. p. m. 92.

FERDINANDUS II. IMP.

quibusve facile comparandus, ac in eo anteferendus etiam, quod gloriam bellicam pietate, iuſtitia, liberalitate, pluribusque non vulgaribus aliis virtutibus auxit, armisque pro defenſione veræ fidei uſus fuit.

Ceterum genuinum huius inſcriptionis ſenſum eruere difficile eſt. Cl. KOEHLERUS IOVE & SOLE planetas, hisce nominibus inſignitos, ſpectari cenſet. Verum, hoc poſito, ſententia non minus obſcura manet. Itaque IOVE Supremum Numen, in quo FERDINANDUS omnem ſuam ſpem atque fiduciam iugiter collocabat, atque eius auxilio ſe vincere nunquam non gratus agnoſcebat, intelligi, SOLE vero ad illud adludi putamus, quod TILLIUS a Catholicis Hebræo Duci IOSUE, qui, ut ſacræ litteræ docent, in prælio contra Amorrhæos Solem, donec hoſtes deleſſet omnino, ſtare fecit, comparatus fuerit, teſte *Ludovico de* BESSLER & ASCHENBURG, in notis ad huius noſtri vitam, ab Illuſtr. 2 KHEVENHILLERO deſcriptam (a). Ex his porro inſcriptioni huic maiorem, quamvis non omnimodam lucem accedere exiſtimamus. KOEHL. *P.* VII. *p.* 129.

LXXIX.

ALBERTVS. D. *ei* G. *ratia* DVX MEGAPOL. *itanus* FRIDL. *andiæ.* Protome Ducis armata a fronte, cum paludamento ac focali denticulato, nudoque capite: in imo margine leo conſpicitur, monetarii, ut videtur, ſignum.

In Poſtica continuantur tituli: ET. SAGÆ. (*Sagani*) PRINC. *eps* VANDAL. *orum* 1631. Scutum eius, in ſeptem areolas diviſum, torque aurei velleris marginatum, ac pileo Principum tectum. Illud Cl. KOEHLERUS, loco mox citando ſic deſcribit: Prima teſſera eſt Ducatus *Megapolitani* II. *Fridlandiæ* III. *Sagani* IV. Principatus *Vandalorum* V. *Stargardiæ* VI. *Roſtochii* VII. *Suerini.* Medio incumbit ſcutum quadripartitum, in cuius primo & quarto alveolo leo cæruleus coronatus, ac in ſecundo & tertio cæruleo leo aureus, itidem coronatus ſiſtitur, quod eſt familiæ *Wallenſteiniana*, ſeu rectius *Waldſteiniana* inſigne. Tab. XXIX.

TILLIO ſubiungimus alterum FERDINANDI Ducem, WALLENSTEINIUM, æmulum eius, qui quanto ei moribus diſſimilior erat, tanto etiam maiori cum ignominia mortem occubuit. Natus erat anno 1584. prænobili & antiqua familia in Bohemia. Iuventute partim in litterarum palæſtra, partim in CAROLI *ab Auſtria* Burgovii Ducis aula exacta, a Proteſtantibus ad Catholicorum caſtra tranſiit, tum vero ex inito matrimonio divitiis auctus, FERDINANDO noſtro adhuc Archiduci, bello cum Venetis implicito, nonnullas copias, propriis ſumptibus conſcriptas, cum adduxiſſet, ſuamque virtutem tam ea, quam aliis quoque occaſionibus eidem probaſſet, *Comitis* primum, ac dein etiam bello ex turbis Bohemicis exorto, ſummus bellidux, rem magna vir-

(a) Imag. P. II. p. 226. Vid. etiam præf. Typographi ad Annal. FERD. tom. VII.

Tab. XXIX. virtute ac felicitate gereret, *Ducali* dignitate ornatus, atque adeo Comitatu primum *Fridlandiæ*, deinde vero Ducatu quoque *Megapolitano* donatus fuit.

Verum tantæ Cæsaris munificentiæ WALLENSTEINII fides haudquaquam respondit. Ut enim natura insolens ac superbus, omnia ex libidine agebat, adeo, ut Germaniæ omni gravis, ab imperio deiici meruerit: vindictam in Cæsarem, Domumque Austriacam, meditari cœpit, quam dum pristinæ dignitati non multo post restitutus, sumere, regnumque Bohemiæ, coniunctis cum hostibus Cæsaris copiis, invadere parat, a fidis Cæsari militibus Egræ in Bohemia anno 1634. die XXIV. Februarii, unacum adhærentibus sibi, occisus, infidelitatis
a suæ pœnas dedit (a).

In eius mortem multos ingenia sua exercuisse tradit Excell. KHEVENHILLERUS, cui sequens epitaphium inter cetera præplacet:

Nobilis miles, Dux, Imperator
Cæsari similis
Hic iacet ALBERTUS Fridlandiæ
Dux, victor victus, desertor
desertus,
Dum sceptrum quærit, feretrum
invenit, disce viator:
Non semper audaces fortuna
b iuvat. (b).

Ex his satis, opinor, patet, quo referri debeant tituli & insignia, in hoc nummo aureo, seu *ducato*, occurrentia, etsi tum temporis Ducatus *Megapolitanus* antiquis Dominis, Ducibusque a Rege Sueciæ maximam partem iam restitutus fuisset. Cuius est autem eo ipso anno, quo antiquo muneri redditus, exercitum fere integrum ingenti cum celeritate conscripsit; quem in finem eum forte signari curavit, ut haberet, quo se ostentaret, velut nihil dubius, quin amissa atque erepta sibi, brevi recuperaturus esset. KOEHL. *P.* III. *p.* 17. FERDINANDUS II. IMP.

LXXX.

Adversa huius nummi quadrati sistit in orbe tres clypeos, in triangulo positos, *Austriæ* scilicet & *Alsatiæ*, nec non *Brisacense* scutum, sex colles referens. Superne adscribitur æra Christi 16.33. infra, inter prædictum *Brisacense* scutum valor monetæ numerisRomanis XXIIII. notatur.

In area aversæ sequens inscriptio legitur: MO: *neta* NO: *va* VAST: *ationis* ALS: *aticæ* ET. BRISIACÆ. INDEX. Apparent utrinque nonnulla parerga.

Nummus hic imperante FERDINANDO II. in obsidione Brisacensi, necessitatis caussa percussus, pondere æquat sicilicum cum decima sexta parte semunciæ: attamen eius valor, ad 24. nummos minutos, vulgo *bazeos* ascendebat, ut Cl. KOEHLERUS docet; tantæ erant ærarii angustiæ. Argentariæ vero coactiones cum in Alsatia, tum Brisgovia ab obsidentibus, supra quam dici potest, exercitæ fuerunt: donec Deo bene fortunante Brisacum obsidionis periculis liberatum fuit (c): in cuius rei gratiam num- c

(a) Observat. Hamburg. tom. IV. p. 241. & 249. KOEHL. l. c.
(b) Cit. l. c. tom. XII. col. 1177.
(c) Vid. PUFFENDORF. CHEMNIZ. KHEVENH. & alios apud Struv. P. X. sect. IX. p. 3021.

FERDINANDUS II. IMP. mus quoque ſequens ſignatus fuit. *M. Imp. & S. B. ar. & apud* KOEHL. *P.* I. *p.* 289.

LXXXI.

In antica recurrunt tres clypei, ut num. præcedenti. Epigraphe unacum inſcriptione, in area nummi poſita, hunc in modum iungenda eſt : DIE. VII. IVLII ET. III. AVGVSTI. ANNO D*omi*NI MDCXXXIII BRISACVM OBSESS. *um* DVCT: *oribus* REINGR: *avio* OT: *tone* (*Ludovico*) ET. MARCH: *ione* FRID: *erico* DVR: *lacenſi*.

In poſtica lupus concito curſu auffugiens, converſo capite, ac hiante rictu, ſtellam magnam perlucidam, cum radiis e nubibus apparentem, cuius meditullio ſigla F inſcripta eſt, reſpicit, addito lemmate: HOC ORIENTE. FVGIT. Epigraphe vero, præmiſſa crucicula, ita ſonat : AB. VTRISQVE. TVRPI. FVGA. DESERT. *um* DIE: XVI. OCTOB: *ris*. Tab. XXIX.

Ex hoc nummo, unciali pondere, Cl. KOEHLERUS hiſtoricos corrigit, qui dictam obſidionem XI. Octobris ſolutam fuiſſe tradunt. Idem littera F. ſtellæ inſcripta, Hiſpanum Ducem de FERIA deſignari ſentit, qui adductis ex Ducatu Mediolanenſi copiis, ac cum exercitu Cæſareo iunctis, plurimum contulit, ut Sueci obſidionem ſolvere cogerentur. Addimus vero & nos, in eodem nummo cum diem, ſeu initium circumſeſſionis, tum iuſtæ obſidionis, ſeu oppugnationis, quas epochas auctores coævi ſilent, conſignari. KOEHL. *P.* I. *p.* 425.

FERDINANDI II. IMP. PROLES.

BREVIARIUM VITÆ, LEOPOLDI GUILIELMI, MARIÆ ANNÆ, ET CÆCILIÆ RENATÆ EX NUMMIS.

FERDINANDI II. IMP. PROLES. LEOPOLDUS GUILIELMUS, FERDINANDI II. Imp. filius, anno 1614. die VI. Ianuarii in lucem editus, atque a teneris unguiculis Ordini Eccleſiaſtico a parentibus deſtinatus, ſacris dignitatibus bene multis certatim ornatus fuit. Nam anno 1625. deſignatus Epiſcopus *Argentinenſis* & *Patavienſis* (cuius ſedis poſſeſſionem poſtea adiit (1.) atque duobus poſt annis Antiſtes quoque *Halberſtadienſis* electus fuit: cumque anno 1636. tempori ac neceſſitati publicæ cedens, Archiepiſcopatus *Magdeburgenſem* & *Bremenſem* (1.) quos in ſeptennium tenuerat, abdicaſſet, non multo poſt Epiſcopus quoque *Olomucenſis* (14-19.) acclamatus fuit (2.), ac denique an. 1655. ſedem quoque *Uratislavienſem* obtinuit. (11.) Tab. XXX. ſeqq.

Has

Tab. XXX.

Has dignitates cum unacum administratione Abbatiæ *Hirsfeldensis*, nec non & *Murbacensis* ac *Luderensis* (21.), Ordinisque Teutonici *Ministerio*, sanctitate & iustitia, atque rei Catholicæ zelo prorsus singulari, sustineret; arma quoque, rebus patriæ Domusque Augustæ ita postulantibus, tractare coactus (3.) non modicam & inde, etsi fortunam non semper propitiam expertus, laudem retulit. Tum vero depositis, quæ repetitis vicibus invitus susceperat, armis, a PHILIPPO IV. ad gubernandum Belgium vocatus, provinciam sibi demandatam per decennium omni cum laude administrans, domum tandem anno 1656. (7-10.) rediens, summum apud Belgas sui desiderium reliquit. FERDINANDI II. IMP. PROLES.

Hunc in modum sibi suisque Ecclesiis redditus, nihil antiquius habuit, quam ut iisdem cura vere pastorali prospiceret, Domusque suæ magnitudinem in evehendo ad Imperatorium fastigium LEOPOLDUM IGNATIUM, confirmaret: quæ cum ipse gnaviter exequitur, morbo, quicum diu conflictaverat, superatus, ad cœlos evolavit, die vicesima Novembris an. 1662.

Symbolum suum familiare, ut erat Princeps singularis pietatis ac sanctimoniæ, a TIMORE DOMINI assumpsit (1.), apto quoque emblemate deinceps expressum (3-6.).

Ex nummis eius usualibus nullus unciali pondere nobis hactenus innotuit. Reliqui etiam quamvis tam ex auro (14. 15.) quam ex argento (16-22.) superstint: haud tamen frequentes adeo suppetunt, iique vel ad Episcopatum *Olomucensem* (14. 20. 22.) vel ad Abbatiam duntaxat *Murbacensem* ac *Luderensem* (21.) pertinent. Plures forte tempus & occasio detegent. HANSIZ. *Germ. Sac. tom.* I. *p.* 702. KHEVENH. *loc. sæpe cit. & præsertim Imag. tom.* I. *p.* 86.

MARIA ANNA, FERDINANDI II. Imp. filia, eidem, tum adhuc Archiduci duntaxat, Græcii anno 1610. die XIII. Ian. nata, atque omni virtutum genere exculta, Duci Bavariæ MAXIMILIANO an. 1635. die XV. Iulii elocata fuit (23. 24.). Hæc, postquam eidem duos filios: FERDINANDUM MARIAM, patris in Electoratu successorem, & MAXIMILIANUM PHILIPPUM genuisset, amisso 1651. coniuge, reliquum vitæ ad annum usque 1665. vidua protraxit, quo ad diem XXVIII. Sept. cœlos petiit. *Id. pag.* 83.

CÆCILIA RENATA, præcedentis soror, primam lucem Græcii 1611. die XVI. Iulii accepit, atque non minus ac illa, virtutum splendore illustris, ULADISLAO IV. Poloniæ Regi, in matrimonium data (25.), filium filiamque, sed utrosque in iuventute extinctos, peperit, cumque denuo uterum gestaret, *Vilnæ* in Lithuania XXIV. Martii 1644. partu nondum maturo, florenti ætate diem obiit. *Id. p.* 85.

FERDINANDI II. IMP. PROLES.

LEOPOLD. GUILIELM.

NUMMI

MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. XXX.

LEOPOLD*us* WILH: *elmus* D*ei* G: *ratia* PRI. *mas* GER: *maniæ* ARCH *iepiſco* P *u* S. MAGD: *eburgenſis* ARC: *hidux* AVS: *triæ*. Protome Archiducis in habitu Eccleſiaſtico, cum pallio & cruce, quam *pectorale* dicunt, capite nudo ad lævam converſo. In imo numerus anni MDCXXXI.

In poſtica orbis, radiis coruſcus, cui inſcriptum eſt quatuor lineis lemma ſymbolicum: TIMORE DOMINI.

Anno in adverſa notato, ætatis octavo decimo, LEOPOLDUS in poſſeſſionem fructuum Patavienſium, ut olim
a convenerat, miſſus eſt (a), hinc & decebat, ut regnantium more ſymbolum adſciſceret, quod & tum feciſſe hic nummus teſtatur. A *timore* autem *Domini* illud arceſſit, quo quidem tam pio, tamque ſancto Principe nihil dignius, convenientius nihil, excogitari poterat; ut qui a tenera ætate ad ſupremam uſque ſenectam tantam morum vitæque innocentiam exhibuit, ut *Angeli elogio* in vita & poſt
b mortem paſſim mactaretur (b). Unde & Illuſtr. KHEVENHILLE-
c RUS teſtatum reliquit (c): *Timori Domini, & omnibus pariter virtutibus a puero deditus, probitati vero, quam a parentibus ſuis hereditario quaſi iure obtinuit, ita addictus erat, ut etiam in adoleſcente nullum vitii, otioſitatis aut malitiæ apareret veſtigium.* Tab. XXX.

Quod ſupereſt, ſcribitur hic LEOPOLDUS *Primas Germaniæ*, qui titulus Archiepiſcopis Magdeburgenſibus competebat, huicque poſtpoſitum legimus titulum *Archiducis Auſtriæ*, omiſſis plane ceteris Eccleſiarum nominibus, quarum dignitates LEOPOLDO noſtro iam iam collatæ fuerant: puta *Bremenſis*, *Halberſtadienſis*, *Patavienſis* quam tum poſſidendam ſuſceperat, & *Argentinenſis*: ut de Abbatia *Murbacenſi* & *Luderenſi* taceamus. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.* 1. *dr.*

II.

LEOPOLDVS. GVIL. *ielmus* ARCH. *idux* AVST: *riæ* ELECT: *us* IN. EP *iſcop* UM: OLO: *mucenſem* 16: MOV. (error videtur hic commiſſus non a cælatore, ſed chalcographo, cum LOCHNERUS ipſe loco infra citando NOV. *embris* legat) 1637. POSSES *ſion* em CAPIT 12. IAN. *uarii* 1639.

In poſtica ſcutum quadripartitum, repetita Epiſcopatus *Olomucenſis* inſignia continens, quibus in medio incumbit parmula *Auſtriaca*. Caput ſcutarium pileo & mitra faſtigiatum eſt, & latera pedo & gladio ornantur.

Argumentum nummi per ſe patet: hoc unum addendum, non nullos pro die electionis ſexto decimo, falſo ponere diem primum & viceſimum; cum num-

(a) HANSIZ. Germ. ſacr. tom. 1. p. 719.
(b) Ibid. pag. 742.
(c) Apud eundem p. 749.

FERDINANDI II. Imp. Proles. Tab. XXX.

Leopoldus Guilielmus.

I.



II.



III.



IV.




V.



VI.




VII.



VIII.



IX.



X.



XI.



Monument Austr. T. II P. II. Mier Mayer Del. et sculpsit. ad p. 212. Gg.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXX. nummo; utpote auctoritate publica haud dubie facto, plus fidei tribuendum; id quod mox laudatus LOCHNERUS ante nos obſervavit. Eundem cum nummo diem etiam HANSIZIUS notat *loc. cit.* pag. 720. LOCHN. *ad an.* 1742. *pag.* 293.

III.

LEOPOLDVS. GVILIELMVS. D: *ei* G: *ratia* ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Protome Archiducis armata cum pallio, veterum more, crucem gerens, inoperto capite, ſiniſtrorſum verſo.

Averſa crucem exhibet, cuius decuſſatio duobus lauri ramis circumvoluta, lignumque tranſverſum ab altera parte freno, ab altera autem oculo aperto conſpicuum eſt. Pro pede crucis leo coram agno auffugit, aut certe utrique ſimul morantur. Additur in ambitu lemma: TIMORE DOMINI, & in imo ſiglæ cælatoris: WA. F. *ecit.*

Hoc emblemate Archidux apophthegma ſuum, quod tot dignitatibus ſacris decoratus, adpoſite ſibi delegit, illuſtrat; dum ea, quibus *timor Domini* aut paratur, aut conſervatur, ante oculos ponit. Neque enim facile alia eſt efficacior ad refrenandas immoderatas cupiditates noſtras ratio, quam iugis Chriſti Domini patientis meditatio, Deique ubique præſentis, atque actus noſtros in omni loco intuentis, conſideratio. Tum enim Divini Numinis aut vindictam, aut præmium iugiter cogitantes, facile in officio continemur. Denique cum hæc manſuetudinem, lenitatemque morum generent, *leone* & *agno* adumbrata ſunt, ſecundum illud: *leo & ovis ſimul morabuntur* (a). FERDINANDI II. IMP. PROLES. a

Quod ſupereſt, Archidux hic armatus ſiſtitur; cuius rei cauſſa eſt, quod non ſolum Eccleſiaſtica munia, ſed bellica quoque obierit. Nam anno 1639. fervente atque urgente adhuc bello Suecico, exercitus Cæſarei Imperator conſtitutus, mox BANNERIUM, Ducem Suecum, ſpe potiundæ Pragæ deiectum, abactumque, e Bohemia quoque eiecit, multaque annis 1640. & 41. inſecutis, egregia alia geſſit. Verum anno 1642. DORSTENSONIUM ad Lipſiam adorſus, memorabili prœlio die ſecundo Nov. ſuperatus eſt. Exinde depoſita, ut pridem petierat, paulliſper arma cum anno 1645. & 46. iterum invitus reſumeret, vim magis propulſare quam inferre ſatagebat (b): præterea bellis, cum Belgium pro Rege, ut dicemus, adminiſtraret, denuo implicitus fuit, qua de re videri poſſunt, ſi lubet hiſtorici. *V. L. tom.* II. *p.* 290. b

IV.

Eadem quæ præcedentis epigraphe, cum hoc tamen diſcrimine, quod hic baſis litteræ U rotunda ſit, ibi vero cum angulo acuto ſcribatur. Ipſa quoque effigies, pariter armata, in hoc differt, quod capilli longiores ad tergum uſque defluant, ac focale tæniis denticulatis late marginatum ſit.

(a) Iſai. XI. 6.

(b) HANSIZ. *l. c. p.* 723.

FERDINANDI II. IMP. PROLES.

Denique lemma in aversa hic non in peripheria, sed schedæ, cruci per transversum affixæ, inscriptum est: ipsa porro crux non ramis, in decussim positis, nectitur, sed lauro strictim colligatur. *M. S. B. ar. pond. semunc.* 1. *dr.*

V.

Quanquam hic quoque nummus a præcedenti non multum differat, discrimen tamen in capillis non modicum observatur; cum hic loci accisi sint, ibi promissi: focale quoque maius atque comtius observatur: denique & ipsa crux, quam pectore gestat, ornatior est, atque gemmis, ut videtur distincta; an vero hæc formam crucis Ordinis Teutonici, ut Cl. Editor vult, vel potius crucem Episcopalem ad amussim referat? nolumus definire. Interim ex nummo, hic supra primo loco adducto, certum est, Archiducem nostrum eiusmodi crucem supra pectus gestare consuevisse, antequam magisterium Ordinis Teutonici susciperet; utpote cum illud anno primum 1639. die XXII. Aug. eidem obtigerit (a). *V. L. loc. cit.*

VI.

His denique addimus quartum eiusdem fere typi, cuius quidem adversa num. IV. aversa autem num. III. respondet; nisi quod artifex in inferiori margine nomen suum apposuerit: HIER. *onymus* DV QVESNOY F. *ecit*, Id quod Cl. *Van* LOON in suo ectypo, quod secundo loco adducit, omisit.

Ex his denique discrepantibus inter se, quamvis modice, typis, consectaneum est, ut hi nummi alio atque alio tempore, prout res & occasio ferebat, signati, atque Archiduci pro honorariis usui fuerint. Inde etiam ex toties repetito symbolo intelligitur, quanti illud pius adeo Princeps noster fecerit. *M. S. B. æ. V. L. loc. cit.* Tab. XXX.

VII.

LEOPOLDO PROREGI BELGARVM. Protome Archiducis armata, inter lauri & oleæ ramum, capite nudo, ad lævam conversa.

In postica fasces consulares & caduceus in decussim positi: oculus apertus, *Divinæ providentiæ* symbolum, comparet in superiori triquetra & ad utrumque latus adest pileus alatus: inferiorem triquetram implet genius alatus, seu potius Archangelus MICHAEL, Bruxellensium Patronus, draconem seu diabolum conficiens. Additur duplex epigraphe: prima in margine extremo FIDELI MILITIA ET LEGATIONE. In interiori autem: MARS DEVOTO E LARE PACIS. Ubi Cl. Editor advertit, verbis illis: MARS E LARE paucis mutatis, nomen comprehendi *Friderici* MARSELAER, qui nummum obtulit, tum vero MARS E LARE symbolum esse familiæ eius. Ille porro muneribus publicis Bruxellis laudabiliter functus, *Baronis* de PARC demum titulo ac dignitate a Rege Hispaniæ honorari meruit.

Cal-

(a) Id. *l. c. p.* 721.

Tab. XXX.

Calculus hic, uti tres ordine ſequentes, cuſi fuerunt, paullo ante, quam LEOPOLDUS Archidux, anno in utraque parte nummi ſignato 1656. faſces Belgii IOANNI *ab Auſtria* reliquit, & ab officio Pro-Regis deceſſit: profectus eſt autem Bruxella die VIII. Maii. *M. Imp. a. & apud V. L. l. c. p.* 399.

VIII.

Adverſa cum præcedente ex aſſe convenit.

In averſa Archangelus MICHAEL, cruce, loco lancea, utens, dextra iacentem dœmonem trudit ac pellit: ſiniſtra ſertum tenet: ad latus dextrum conſpiciuntur inſignia *Friderci de* MARSELAER, de quo mox ſupra diximus. Additur in ambitu epigraphe: CORONA EXVL-
a TATIONIS. TIMOR. DOMINI (a). *V. L. l. c.*

IX.

In anteriori parte comparet Bruxellenſium Tutelaris S. MICHAEL, cui ſertum ex nube imponitur. Lancea, in formam crucis deſinente, ſubſtratum pellit dœmonem: ſiniſtra tenet ſcutum, cui crux plana eſt impreſſa. Ad latus dextrum cernitur ſcutum, corona laurea cinctum, cui inditum monogramma nominis IESU, & in ambitu additur epigraphe: DEVS. NOSTER. REFVGIVM. ET. VIRTVS (b).

In averſa faſces Conſulares, quibus decuſſatim impoſitus caduceus: duo vero rami lauri ad latera: in triquetra inferiori cornucopiæ & flores, & in ambitu chronographicum: MARS FERRI. DECVS E. LARE. *Id. ibid.* FERDINANDUS II. IMP. PROLES.

X.

Nummus hic compoſitus eſt ex antica numeri VII. & poſtica num. VI. *Ap. eund. l. c.*

XI.

Antica pars, corona marginata hanc inſcriptionem, novem lineis abſolutam, complectitur, *Sedente Alexandro ſeptimo Pontifice Regnante Leopoldo Primo Romanorum Imperatore Fundatore Leopoldo Guilielmo Archiduce Auſtriæ &c. Epiſcopo Paſſavienſi & Vratislavienſi &c.*

In averſa continuatio, decem lineis comprehenſa, ita habet: *Eccleſia hæc & Monaſterium Capuccinorum Sumptibus eiusdem Ser*eniſſi*mi Leopoldi Guilielmi a fundamentis erectum ac eodem iubente primarius lapis poſitus fuit Anno Salutis* 1695. *die* 3. *Iunii.*

Munificentiam & liberalitatem LEOPOLDI in Eccleſias, præſertim Patavienſem, laudibus extollit Cl. HANSIZIUS (c), in cuius rei confirmationem præſens nummus argumento eſſe poteſt, quanquam, quodnam illud monaſterium templumque ſit, definire haud poſſimus; quippe quod vitæ eius Scriptor primarius, *Nicolaus* AVANCINUS S. I. ad manus haud ſit, reliqui vero biographi ſileant.

Quod iam ſupereſt, nummus hic ideo attendendus, quod Archidux in eo *Epiſcopi Uratislavienſis*

(a) Eccli. I. II. & 12.
(b) Pſal. XLV. 2.
(c) Germ. Sac. tom. I. p. 751.

FERDINANDI II. IMP. PROLES.

lavienſis titulo afficiatur, quod in reliquis haud fit. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.* 1. *dr.*

NUMMI ICONICI.

XII.

Tab. XXXI.

Convenit hic nummus iconicus ex aſſe cum adverſa, num. IV. depicta. Armatus hic denuo apparet, pariterque cruce inſtructus; cum non minus belli Imperatorem fortiſſimum, ut diximus, quam Epiſcopum vigilantiſſimum, ſanctiſſimumque egerit; unde a ſupra laudato AVANCINO, vitæ ſcriptore, hæc ei laus adſcribi dicitur: *cum Marte pius: ſub armis innocens: ſine furore magnanimus: ſine timore victorioſus. T. H.*

XIII.

Eadem, quæ num. præcedentis, ibidemque laudati nummi epigraphe: at protome LEOPOLDI hic in habitu Eccleſiaſtico ſiſtitur; crux quoque, a torque dependens, cimeliis diſtinguitur.

Vultus ad modeſtiam compoſitus quadragenarium circiter indicat: cumque Archidux annos nonniſi 48. menſes X. & dies XIII. vixerit, inde forte de ætate nummi, quamquam valde incerto, iudicari poterit. *M. Imp. ar. ſicilic.* 1. *dr.*

MONETÆ.

XIV.

LEOPOLD: *us* GVILIE: *lmus* D: *ei* G: *ratia* AR. *chi* DUX: AVS. *triæ.* Protome Archiducis fere ut num. præcedenti.

Averſa proſequitur titulos hunc in modum: EPISCO: *pus* OLO: *mucenſis* PRI: *nceps* RE. *giæque* CA. *pellæ* BO: *hemicæ* COME: *s* 1656. Scutum quadripartitum *Olomucenſe*, ſuperpoſito a dextris pedo paſtorali & mitra, a ſiniſtris vero galero Archiducali & gladio, medio incumbit parmula *Auſtriaca.* Tab. XXXI.

Aureus hic nummus Olomuci cuſus fuit: in hac urbe Epiſcopi ob eminentiæ dignitatem, qua in regno Bohemiæ gaudent, titulo utuntur, in averſa expreſſo: *Regiæ capellæ Bohemicæ comes*, quod ex aliis nummis, ibidem ab aliis Epiſcopis ſignatis, ut de ceteris monumentis nihil dicamus, comprobatur.

Uratislavienſem quoque Epiſcopatum, ut iam innuimus, tenebat noſter: verum DEWERDEKIUS, diligens nummorum Sileſiacorum ſcrutator, nullum ab eo ibi percuſſum reperit. *M. S. B. au.* 4. *duc.*

XV.

Eadem effigies, cum iisdem utriusque partis titulis, ſed magis abbreviatis; nota quoque chronologica annum 1658. indicat.

In averſa porro ſcuta *Auſtriæ* & Epiſcopatus *Olomucenſis* iuncta cernuntur, impoſitis hinc pileo Archiducali, illinc mitra, gladio pedoque in decuſſim locatis, ac retro comparentibus. *M. Imp. au.* 1. *duc.*

XVI.

Convenit hic nummus argenteus cum num. XIV. exceptis nonnullis litteris, ad integritatem vocabulorum perinentibus. In imo adverſæ inſcriptus eſt numerus Romanus, valorem quin-

decim

FERDINANDI. II. Imp. Proles.

Nummi Iconici



XII.



XIII.

XXI




XXII.



Maria Anna.



XXII.



XXIV.



Cæcilia Renata.



XXV.



Monetæ.


XIV.



XV.




XVI.




XVII.




XVIII.



XIX.



XX.



Peter Mayer delet. sculpsit

Monument. Austr. T. II. P. II.

ad pag. 216. Hh.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXXI. decim crucigerorum notans, quod genus monetæ apud Auſtriacos hodieque in uſu, ob pretium ſuum intrinſecum, longiſſimo iam tempore ſeptemdecim crucigeris commutari ſolet. *M. S. B. ar.*

XVII.

Etiam hic groſſus eosdem cum præcedentibus titulos præfert. At in imo adverſæ nota valoris trium crucigerorum conſpicitur, & in averſa tria ſcuta, in triangulo poſita, comparent, quorum prius faſciam *Auſtriacam*, reliqua duo inſignia Epiſcopatus *Olomucenſis* exhibent, de quibus ſermo erit, cum de monumento eius ſepulcrali agendum, ut iam alibi præmonuimus (a). *M. S. B. ar.*

a

Cum tot dignitatibus ac beneficiis Eccleſiaſticis, quibus ius cudendæ monetæ non derat, ornatus fuerit Archidux, aut easdem potius ornaverit ipſe: nummos tamen hactenus haud alios, quam ad Epiſcopatum Olomucenſem ac Abbatiam Murbacenſem ac Luderenſem pertinentes, detegere potuimus. Quare operæ pretium duximus, nonnullos alios ex *recens-aperto Groſſorum ſcrinio*, quanquam a præcedentibus haud multum, excepto groſſo Murbacenſi, diſcrepantes, ſubiungere; tum & nonnullos addere minutiores.

XVIII.

Diſcrepat hic nummus a præcedenti in eo, quod in averſa ſolemnis ille titulus: *Regiæque capellæ Bohemicæ comes* omiſſus ſit, notamque chronologicam 1652. præferat. *G. C. locul.* 2. *tab.* VIII. *n.* 68. *p.* 122. FERDINANDI II. IMP. PROLES.

XIX.

Hic nummus ab eo, quem num. XV. deſcripſimus, fere magnitudine atque metallo ſolum diſcernitur. Nota quoque valoris ſolito loco conſiſtit. *Ibid. ſuppl.* I. *tab.* XVII. *n.* 173. *p.* 169.

XX.

Neque hic a num. XIV. multum abludit, ſola ferme magnitudine & metallo exceptis. Voces quoque magis abbreviatæ ſunt, atque præter ſolitam valoris notam, numeri Arabici annum 1660. denotant. In imo averſæ pentagonum videtur eſſe ſignum monetarii. *Ibid. n.* 174.

XXI.

Epigraphe atque effigies adverſæ num. XII. ferme reſpondent. In averſa duo ſcuta coniuncta. In priori, galero Archiducali tecto, faſcia *Auſtriaca*, in altero teſſeræ *Murbacenſis* & *Luderenſis* repræſentantur. Additur in ambitu epigraphe: S. *anctus* LEODEGARI. *us* PAT *ronus* MVR *bacenſis* ET LVDER *enſis*.

Hunc *Sanctum* in unciali quodam, regnante FERDINANDO II. percuſſo, vidimus ſupra tab. XXIX. n. LXXIV. quemadmodum & de teſſeris ſcutariis illuſtrium harum Ordinis noſtri Benedictini Abbatiarum alias actum fuit. *Ibid. n.* 172. *p.* 168.

XXII.

† LEOPOLD. *us* GVIL. *ielmus* D: *ei* G: *ratia* AR: *chi* D: *ux* A. *uſtriæ*:

(a) Tom. I. diſſert. VI. §. XIII. p. 135.

Tab. XXXI.

Ferdinandi II. Imp. Proles.

adduntur duo clavi, in decuſſim erecti, monetarii ſignum. Protome Archiducis ut in præcedentibus, omiſſa cruce pectorali. In imo nota valoris I.

Sequuntur in averſa ſolito more reliqui tituli: EPISCOPVS: OLOMVC: *enſis* PRINC: *eps* 53. Id eſt 1653. Tres parmulæ ut num. XVII. *M. S. B. ar.*

Extant in muſeo noſtro ſimiles duo alii, alter de anno 1651. cum parmulis rotundis, alter de anno 56. cum ſolito titulo: RE. *giæque* CA. *pellæ* BO: *hemicæ* COM. *es.*

MARIÆ ANNÆ NUMMI. XXIII.

MARIA. ZA Æ. *tatis* SVE 27. Protome Archiducis, margaritis & criſpo focali ornatæ, capite vitta & pileo obtecto, ad dextram converſo.

Auctoritas Cl. HERÆI nos movet, ut nummi huius typum pro effigie MARIÆ ANNÆ *Auſtriacæ*, FERDINANDI II. Imp. filiæ, habeamus; is enim de ſucceſſione Sereniſſimæ Domus Bavaricæ agens, eundem ſuas in tabulas retulit, de quibus in præfatione partis I. huius nummothecæ diſſeruimus. Nonnulla quidem in eo continentur, quæ animadverſionem criticam merentur, cuiusmodi ſunt: quod nomen ANNÆ, nomini MARIÆ additum non ſit: item quod annus ætatis 27. non ſatis bene reſpondeat Archiduci Virgini; ſiquidem MARIA ANNA noſtra ætatis ſuæ anno 27. iam biennio iuncta erat MAXIMILIANO Bavariæ Duci; ſed nihil hic de titulis ac nomine Bavariæ, nec hilum quidem. Verum cum certior & extra controverſiam poſitus nummus de hac Principe nobis non ſuppetit: nummus *Heræanus* forte ſalvari poterit dicendo: ſiglas illas Z & A, in epigraphe poſt nomen MARIÆ poſitas, alteram pro *&c.* alteram pro *Auſtriaca* legendam eſſe; quæ quidem lectio eiusmodi litterarum in nummis Auſtriacis haud infrequens eſt. Tum vero coniectandum, numerum Arabicum 5. alteratum, & in numerum 7. mutatum eſſe. Sed nos hanc ſententiam non tuemur: rei arbitrium penes lectorem eſto. *T. H.*

XXIV.

Innitimur hic quoque in fide HERÆI, qui iconicum hunc nummum, licet omni inſcriptione ac titulo carentem, in ſucceſſione Domus Bavariæ tribuit MAXIMILIANO Electori, marito prædictæ MARIÆ ANNÆ Archiducis. Quin immo habitus oris ſic ſatis bene congruit cum effigie, quam apud Illuſtr. KHEVENHILLERUM habemus (a). a

Siſtitur hic protome Electoris armata, & criſpo focali lato ornata, capite nudo, acciſis crinibus, ſiniſtrorſum verſo.

Natus erat MAXIMILIANUS anno 1573. Primam uxorem duxit 1595. ELISABETHAM *Lotharingicam*, cum qua ipſos XL. annos, ad annum nempe 1635. ſterile matrimonium habuit. Secundis nuptiis, eodem anno celebratis

(a) Iconum tom. I. p. 222.

Tab. XXXI. bratis, MARIAM ANNAM *Auſtriacam*, de qua ſupra egimus, ſibi iunxit, ex qua liberos ſuſtulit: demum ſenio confectus 78. ætatis ſuæ anno vitam dimiſit anno Chriſti 1651. *Ibid.*

CÆCILIÆ RENATÆ NUMMUS XXV.

VLADISLAVS IV. POL. *onia* SVEC. *iæ* Q. *ue* REX. ET CÆCILIA RENATA ARCHIDUX AUSTR. *iæ* SPONSI AUGUSTISSMI. Hæc in margine exteriori, maiuſculis litteris ſcripta, leguntur: in inferiori vero ſequens diſtichon habes:

HUNC GENUIT BOREAS HÆC NOMEN DUCIT AB AUSTRO.
REGIBUS HIS MUNDI PLAUDIT UTRUMQUE LATUS.

Ambo ſponſi, integro corporis habitu in pedes erecti, ſupra menſam iungunt dextras, quibus imminet in ſpecie columbæ SPIRITUS SANCTUS, radios ſuos demittens. Superne quatuor Angeli muſicam exercent: ad latera vero hinc inde duo genii alati ſponſo & ſponſæ lauream quaſi imponunt.

In epigraphe averſæ binis lineis duo leguntur diſticha, præmiſſo, ut in antica, parergo: FERDINANDI II. Imp. PROLES.

ASPICE QUAM FAUSTO COEANT IN FOEDERA NEXU.
SARMATA LIBERTAS AUSTRIACUM IMPERIUM.

DI RERUM DOMINI FACIANT PLACIDEQUE DIUQUE,
GAUDEAT UT TANTIS ISTUD ET ILLA BONIS.

Ex duobus cordibus, ſibi invicem iunctis (quorum alterum a dextris aquilam *Poloniæ*, a ſiniſtris alterum faſciam *Auſtriæ* repræſentat) fumus aſcendens, per coronam tranſit, quam ſuſtinent MARS & PALLAS, pro ſymbolo *Polonicæ libertatis* & *Auſtriacæ dominationis*: ille priſco Romanorum more armatus & galea criſtata, nec non pallio ornatus, dextra nudum gladium bellatorium tenet; hæc alte ſuccincta, criſtata pariter galea conſpicua, ſin. haſtæ puræ innititur. Supernæ radii e nubibus demiſſi. Nummum nuptialem eſſe nemo non videt. *M. Imp. ar. pond.* 2. *unc. & ſem.*

FERDINAND. III. IMPERATOR.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

Tab. XXXII. ſeqq. FERDINANDUS eius nominis III. inter Imperatores, ex Aug. Habsburgo-Auſtriaca gente aſſumptos, tertius decimus (23.) vitalem hauſit auram Græcii an. 1608. die XIII. Iulii. Is ampliſſimis naturæ & gratiæ donis inſtructus (3.6.21.22.) paternarum virtutum æmulator (6.), templorum ac cultus Divini inſtaurator (7.) audit.

FERDINANDUS III. Imp.

Iuventute optimarum diſciplinarum ſtudio, atque exercitationibus Principe dignis, exacta, annos natus duodeviginti Hungaris Rex datus, atque anno 1625. die XIII. Decemb. ſolitis ceremoniis, præſentibus Auguſtiſſimis parentibus (21.) inauguratus fuit (1. 2.): corona quoque Bohemica biennio poſt pari ſolemnitate redimitus (3.–6.). Tab. XXXII. ſeqq.

Cæſo WALLENSTEINIO, Fridlandiæ Duce, Cæſareis exercitibus ſummo cum imperio præfectus, expugnata feliciter Ratisbona, Suecos ad Nordlingam memorabili prœlio ſuperavit (9.). Exinde Rex Romanorum Ratisbonæ an. 1636. die XXII. Decembris electus, mox ibidem triceſimo eiusdem menſis diadema conſueta pompa accepit (11. 12.) patremque non multo poſt in Imperio excipiens, bellum Sueco-Gallicum vario Marte ad annum uſque 1648. continuavit, quo demum alma pax, ut ut Eccleſiæ haud proficua (51.), ardentiſſimis votis diu ante (50.) ſed fruſtra expetita, inter partes litigantes, tum *Oſnabrugæ* cum Suecis, tum Monaſterii cum Gallis die 24. & 25. Octobris (51. 53.) plaudentibus vel pueris (59.) ſancita (52. 53.) atque decreta deinde, quod multum interea operæ expoſcebat (54.) eiusdem executione (56. 57.) anno 1650 firmata fuit.

Pacata itaque Germania atque innummeris calamitatibus, quæ fervente bello atrociſſimo perpeſſa fuit, erepta, cetera Principatus eius pacifica fuere. Hanc vero publicam quietem dum omni conatu tueri, acceptaque perſanare vulnera ſtudet (60.): morte oppreſſus, IV. Nonas Aprilis anni 1657. ad plures abiit, cum triennio ante, id eſt anno 1654. filium ſibi cognominem, iamque coronatum Romanorum Regem, in flore ætatis defunctum, acerbiſſimo cum luctu extuliſſet (34.)

Symbolum, quo factus Hungariæ & Bohemiæ Rex, (1. 2. 4. 5.) nec non & Imperator (11. 13.–15.) gentes, ſuæ curæ commiſſas, PIETATE ET IUSTITIA gubernaturum ſe publice teſtatus eſt, nullo non tempore ſanctiſſime, atque tum etiam adimpleſſe populo viſus eſt, quando pacem orbi conciliavit. (58.).


Coniugio ter ſe obſtrinxit: primo cum MARIA, PHILIPPI III. Hiſpaniarum Regis filia (8.), in hanc lucem anno 1606. die XVIII. Auguſti (10.) edita. Hæc ei quatuor filios, totidemque filias cum genuiſſet, anno 1646. ad plures abiit.

Eodem adhuc anno ſecundis votis MARIAM LEOPOLDINAM, LEOPOLDI V. Archiducis Auſtriæ filiam, ſibi iunxit (18.) ſed quæ anno inſecuto CAROLUM IOSEPHUM enixa, immatura morte ſublata eſt.


Tertia denique uxor ELEONORA, CAROLI Ducis Mantuæ filia (19. 20. 24. 31.) thorum eius anno 1651. die XXX. Aprilis conſcendit, atque anno 1656. Regina Bohemiæ coronata fuit (19.):

FERDINANDI III. Imp. Numismata.

I.



II.



III.



IV.




V.



VI.



VII.



VIII.



IX.



Peter Major del. et sculpsit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXXII. seqq. (19.): cumque eidem tres filias filiumque, in prima tamen infantia exſtinctum, perperiſſet, morte mariti ad ſtatum viduitatis redacta, vitam ad annum uſque 1686. protraxit, quo piiſſime obiit die v. Decembris, exemplar virtutum ab omnibus habita. FERDINANDUS III. IMP.

Nummi FERDINANDI uſuales tam in auro (26--31.) quam argento (32.-47.) magno adhuc numero ſuperſunt. Unciales provinciarum teſſeras more ſolito præferunt. Singularis eſt, qui ob ſiglas vexatiſſimas plane atque obſcuras, harum rerum cultoribus crucem figit (34). Reliqua in ipſo commentario monemus. KHEVENHILL. *Annal. Ferd. Theatr. Europ. &c.*

NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

I.

Tab. XXXII. Antica hanc inſcriptionem, ſex lineis diſtinctam, atque coronæ oleagineæ incluſam, complectitur: III. FER *dinandus* CORONATVS. IN. REGEM. HVNGARIÆ. VIII. DEC. *embris.* Superius corona Hungarica inter duo parerga imminet, ſimili parergo etiam in fine adpoſito.

In poſtica trutina bilanx depingitur, in cuius agina examinis ac lingulæ locum, Salvatoris, e cruce pendentis, imago tenet, adiecta hinc & inde æra Chriſtiana 1625. ad complementum inſcriptionis adverſæ faciente, ac in ambitu demum: PIETATE ET IVSTITIA.

Hoc lemmate FERDINANDUS etiam ut Rex Bohemiæ, immo ut Imperator quoque, quanquam alio modo, quod poſtea videbimus, uſus eſt. Inſcriptio argumentum eius ſatis clare eloquitur. Ceremonias, durante coronatione factas, ſingulari tabula, ære exſculpta, exhibet Excell. KHEVENHILLERUS in *Annal. Ferdinandeis* (a), ubi hunc ipſum quoque nummum delineatum, *miſſilem* vocat. Peracta eſt autem Sempronii, habitis prius comitiis. Quocirca etiam perpulchrum pietatis Auſtriacæ argumentum tum proditum fuit, cum Rex finitis coronationis ſolemniis, patrem accedens, coramque eo in genua provolutus, exoſculatis manibus, eleganti latina Oratione ob delatam ſibi, eius cura atque ſollicitudine, Hungariæ coronam, aliaque beneficia gratias egit, ſeſeque & in poſterum enixe commendavit (b). *M. Imp. ar. miſſilis.* b

II.

Nummus ex utraque ſui parte præcedenti ſimilis, ſed minoris moduli, in nonnullis quoque vitioſus eſt. Siglæ VIII. DEC. hic omiſſæ ſunt, ſuperante ſolummodo numero III. quæ num exeſæ aut eraſæ, aut præ nimia feſtinatione nunquam inciſæ, aut nummus minus accurate cuſus fuerit? dicere haud valemus.

In poſticam pariter error irrepſit in voce IVSTIA pro IVSTITIA. Menda eiusmodi non admodum rara ſunt in nummis miſſilibus; in his enim parandis ac feriundis monetarii, urgente coronationis ſolemnitate, non-

(a) Tom. x. ad col. 703.

(b) Id. ibid. col. 704.

FERDINANDUS III. IMP.

nunquam festinanter præcipitanterque agunt.

Etsi porro de altera a præcedenti nummi missilis specie, in hac coronatione adhibita, Illustr. KHEVENHILLERUS, aliique nihil, quoad nobis constat, memorent: ex forma tamen eius facile iudicatur, illum ad id genus nummorum pertinere. *Ibid. ar.*

III.

FERDINANDVS. III. D. *ei* G. *ratia* HVNG. *ariæ* REX. In segmento æra Christiana 1627. Protome Regis iuvenis & venustæ formæ, in habitu Hungarico, cum pallio & insigni Ordinis aurei velleris, facie obversa, & capite mitra Hungarica cristata operto.

Æra hæc nos edocet, nummum istum signatum esse, cum FERDINANDUS III. biennio ante iam *Rex Hungariæ* renuntiatus, ad suscipiendam coronam Bohemicam sese parabat, & quidem ætatis suæ anno undevicesimo. De ea mox dicemus. *Ibid. ar. sicilic. dempta media drach.*

IV.

Adversa præposita corona arcuata, cum duobus palmæ ramis, hanc inscriptionem, quinque lineis absolutam, complectitur: FERDINANDVS. III HVNGARIÆ REX CORONA: *tus* IN REGEM BOHEMIÆ. XXV. NOVEMB: *ris.*

Adversa annum Christi 1627. refert, ceteris cum num I. & II. convenientibus.

De hac coronatione fusius agunt laudatus Illustr. KHEVENHILLERUS (a), & ABELINUS (b) in Theatro Europæo, ubi nummos, in reditu post coronationem, populo large sparsos fuisse, referunt. Hos inter hunc quoque fuisse, quanquam magnitudo ac pondus, quæ nimia fere sunt, aliud suadere videantur, ob formam eius atque similitudinem, quam cum aliis missibilibus tenet, videri posset; verum illos magnatibus distribui solitos, dicemus infra. *Ibid. ar. pond. semunc. 2. dr.* Tab. XXXII. b

V.

Prior horum nummorum cum præcedenti, sola excepta magnitudine, convenit; alter, ex *recens - apertis Grossorum scriniis* eductus, anteriori facie litteram maiusculam nominis *Ferdinandei*, mediam inter duo ignitabula, ex torque aurei velleris desumpta, exhibet, subiecto numero Romano III. inter notam chronologicam 1627. superpositaque corona Bohemica, duobus palmæ ramis, hinc inde prominentibus, exornata. Cetera, paucis exceptis, cum præcedenti conveniunt.

Non est dubium, quin & hi in eadem solemnitate populo missi, atque ex auro etiam cusi fuerint, cum id, ut laudati auctores testantur, abunde, atque ex utroque metallo factum fuerit. *Ibid. & M. S. B. ar. pond.* I. *dr. G. C. locul.* II. *tab.* XII. *n.* 105. *p.* 171.

VI.

FERDINANDVS: III: HVNGARIÆ: BOH: *emiæ* REX: A: *rchidux* N *oster.* (Ita fortasse legi posset hæc

a

(a) Ibid. col. 1418.

(b) Tom. I. p. 1014. ad h. a.

Tab. XXXII. hæc ultima ſigla, dummodo mendo careat: attamen mendum ſubeſſe, cum inſuetus titulus ſuadet, tum, quod e contrario, omnia more ſolito & trito fluerent, ſi N litteræ A ſubſtitueremus, ita ut, quemadmodum in aliis quoque bene multis, etiam hic legeretur: *Archidux Auſtriæ.*) Protome Regis armata cum paludamento, veterum more, tænia cum aureo vellere, lato & criſpo collari, nec non cum corona radiata in capite, ad lævam converſo.

In averſa aquila cum pullo adverſus ſolem volitans, illumque irretorta oculorum acie intuens, quem pullus aſſequi conatur. Subiicitur in imo ſcheda, cui lemma inſcriptum: IMITABOR PARENTEM.

Nulli dubitamns, quin hoc miræ elegantiæ numiſma ſolemnitati Regiæ coronationis Bohemicæ debeatur, cum id corona radiata atque lemma quoque, ceteraque omnia partim ſummo perſuadeant opere, partim vero haud diſconveniant. Ipſum etiam emblema valde adpoſitum eſt; ſiquidem de aquilis creditum fuit, quod pullos ſuos contra ſolem aſpicere faciant, atque eos, qui illum immota acie intuerentur, pro genuinis habeant, ceteros abiiciant velut ſpurios. Eſſet itaque hic nummus cum præſtantiſſimis computandus, niſi lemma a regulis artis numiſmaticæ nonnihil abiret. *M. Imp. ar. pond. ſemunc. 3. dr.*

VII.

Anterior facies exhibet ſchema templi, cui a dextris e nubibus & radiis ſupra tectum glorioſiſſima Dei Genitrix Virgo MARIA, nimbo ornata, Divinum Puſionem altera manu tenens, altera coronam radiatam ſuſtinens, inſidet. Infra ſupra terram nudam FERDINANDUS III. una cum patre FERDINANDO II. in genua provolutus, a puero IESU inſignia, ſceptrum & gladium, a B. Virgine autem coronam accipit, ad quæ noſter palmam extendit, a patris dextra ſuffultus. Ambo palliis, focalibus criſpatis, & coronis inſtructi, ſiglis, eorundem nomina indicantibus, diſtinguuntur: corona quoque Imperii Romano-Germanici & ſceptro ſolus pater conſpicuus eſt. FERDINANDUS III. IMP.

A ſiniſtris poſt ſchema templi, cui in extremitate tecti crux impoſita cernitur, alii duo Principes, palliis quoque conſpicui, & genibus pariter nixi, manus ſupplices tendunt. Prior pileo Ducali opertus, pallio Ducum adſcriptas habet ſiglas & numeros L VIII. quæ LEOPOLDUM VIII. Ducem Auſtriæ ſtirpis *Babenbergicæ*, denotant: alter corona Imperiali redimitus, in pallio etiam Imperatorio adſcriptas ſiglas F I præfert, quæ Cæſarem FERDINANDUM I. indicant. Additur, præmiſſa crucicula, in ambitu epigraphe, ex verbis S. Scripturæ (a) contexta: PER. NOS REGES REGNANT. ET CONDITORES LEGVM. PIE IVSTA DECERNVNT PER. NOS PRINCIPES AVSTRIÆ IMPERANT. & in ſegmento hæc leguntur: DVRABIT TALIBVS FVLTA PRÆSIDIIS. addito in fine ſerto.

Cauſ-

(a) Prov. VIII. 15.

Tab. XXXII.

FERDINANDUS III. IMP.

Cauſſam, cur in uno numiſmate tot & tam diverſæ ætatis ſiſtantur Principum Auſtriæ icones, eloquitur in averſa parte, viginti omnino lineis complexa & laurea cincta inſcriptio, hisce verbis: D. *eo* O. *ptimo* M. *aximo* S. *acrum* LEOPOL. *dus* VIII. D *ux* A. *uſtriæ* PRÆD. *icatorum* ORDINI. SACRO TEMPL *u* M. ET. COENOB *iu* M AMPLIS *ſim* A. AB ANTIQVO. CONSTRVCTA. DEDIT. A *nn* O. I. 2. 2. 5. FERD *inandus* I. IN SOLYMAN *nica*. OBSIDIONE DESTRVCTA. REPARAVIT. A *nn* O. I. 5. 3. O. FERD. *inandus* II. VICTOR. GLORI *oſu* S. CONTRA REBEL. *les* REPARRA. *ta* DEFENDIT. A. *nn* O. 16. 20. AC. RESTITVENDO PACEM. ET. RELIGIONEM. CONSERVAVIT. A. *nn* O. 16. 2. I. DEMVM. FERD. *inandus* III. CONIVGIO. HISPANO. AVSTRIAC. *o* DEO DIVÆQVE. DEIPARÆ. ROSARII. MARIÆ. TEMPLVM. NOVVM. VOVIT. AC PRO FELICI. REGIMINE. ET. OMINE. ME POSVIT AN *n* O. REG. *ni* BO. *he* M. *ici* III. VNG. *arici* V. CHRISTI. M. D. C. XXX.

Huic inſcriptioni deeſt, quod multis aliis eiusmodi lapidaribus, ut ſic dicam, nummis, quod nomen loci non ſit additum: ſed id diſcimus ex Annal. Auſtriæ, inſigni atque erudito admodum R. P. *Sigismundi* CALLES S. I. opere (a), ubi anno circiter 1226. vel 27. „ Prædicatorum Ordinem ex Hungaria „ in Auſtriam propagatam eſſe, „ ſedemque Wiennæ primum „ fixiſſe narrat: ibique templum „ S. Mariæ Rotundæ, quod „ Templariorum ad eum diem „ erat, ſed aliquanto poſt tempore accepiſſe. „ Cum hiſce prima huius templi epocha fere convenit, utpote tribus duntaxat annis diſſidens. Eundem tamen cum nummo annum aſſignat *Sigism.* FERRARIUS apud Cl. HANTHALERUM, qui id anno 1225. completo, contigiſſe ait, cum paullo ante annum 1226. indicaſſet (b). Quidquid ſit, ex chronico Anonymi Leobienſis apud eundem Cl. CALLESIUM certum fit, illud anno 1237. iam conſecratum fuiſſe. Reliquæ epochæ difficultate carent. *M. Imp. ar. pond.* 5. *unc. & ſicilic.* b

VIII.

FER. *dinandus* III. D: *ei* G: *ratia* HV: *ngariæ* BO: *hemiæ* DAL: *matiæ* CR: *oatiæ* SCLA: *vonia* REX. Protome Regis fere ut num. VI. verum caput eius corona Hungarica redimitum eſt, & aureum vellus non a tænia, ſed torque dependet. In imo denique artifex nomen ſuum H G adpoſuit.

MARIA. D: *ei* G: *ratia* HVN: *gariæ* B. *ohemiæ* REG. *ina* INF. *ans* HISP. *aniarum* AR. *chidux* AV: *ſtriæ* 1633. Protome Reginæ, pulchre comtæ, torque & focali denticulato ornatæ, capite ſine corona dextrorſum converſo.

MARIAM, cuius hic effigiem videmus, PHILIPPI III. Regis Hiſp. filiam, FERDINANDUS anno 1631. die XX. Februarii nuptum acceperat. Hæc ei-

2

(a) P. II. l. IV. p. 231.

(b) Faſtor. Campilil. tom. I. Dec. II. p. 715. n. XXIX.

FERDINANDI III. Imp. Numismata. Tab. XXXIII.


X.



XI.



XII.



XIII.



XIV.



XV.



XVI.




XVII.



XVIII.



XIX



Peter Maijer del: et Sculpsit.

Monument. Austr. T. II. P. II. ad. p. 225. Kk.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXXII. eidem anno in nummo notato, filium primogenitum FERDINANDUM FRANCISCUM, de quo nos poſtea acturi ſumus, eo cum maiori Auguſtæ Domus gaudio atque lætitia genuit, quod ea tempeſtate alia omnia ſuſque deque irent (a), hocque unum pro ſolatio relictum videretur. Ob id fortaſſe coniugem ſuam nummo honorare voluit FERDINANDUS, aut, ſi mavis, eundem Hungari obtulerunt. Neque enim ſine cauſſa corona non ſolum Hungarica obtectus comparet, ſed & aliorum regnorum, ad Hungariam pertinentium, titulis per extenſum utitur. *M. Imp. ar. ſicilic. & I. dr.*

a

IX.

FERDINANDVS. III. D. *ei* G. *ratia* HVNGAR. *iæ* BOH. *emiæ* REX. ARC. *hidux* AV. *ſtriæ*. Rex toto corpore cataphractus, atque faſcia militari ac focali criſpo ornatus, nudo capite, equo, in altum ſeſe erigenti, vectus, dextraque ſcipionem, ſiniſtra capiſtrum tenens, ſiniſtrorſum equitat. In receſſu ſchema civitatis Nordlingenſis in Suevia, & in imo numerus anni 1634.

In poſtica duæ acies certamen miſcentes, addito titulo: HAVPPTTREFFEN. VOR. NÖRDLINGEN. i. e. *pugna decretoria ad Nordlingam.*

TILLIO vita functo, ac WALLENSTEINIO cæſo, Cæſareo exercitui novus Dux, qui tantis hoſtibus, Suecis, inquam, fœderatisque ceteris, par eſſet, præficiendus erat. Rex igitur Hungariæ atque Bohemiæ ad id muneris delectus, Ratisbona ad diem XXVI. Iulii anni 1634. aliisque ad Danubium minoris momenti locis, vi expugnatis, Nordlingam obſidet. Accurrentibus ad liberandam urbem Suecis, die VI. Septembris prælio decernitur, quo hi, ingenti clade accepta, repulſi atque in fugam coniecti ſunt, cæſis, ſecundum alios octo, & ex aliorum relatione duodecim millibus hoſtium, captis cum Duce HORNIO quatuor millibus cum trecentis ſignis. Octo millia in eo prælio occubuiſſe, ipſos Suecos non diffiteri, teſtatur Illuſtr. KHEVENHILLERUS (b). Id ſatis de magnitudine celeberrimæ huius victoriæ teſtatur, quod victoribus Cæſareanis Bavaria, Suevia, Franconia atque Alſatia patuerint, plurimæque urbes, nemine obſiſtere auſo, receptæ, atque adeo fœdus Proteſtantium per ſuperiorem Germaniam extinctum fuerit. *M. Imp. ar. ſicilic.* I. *dr.* FERDINANDUS III. IMP.

b

X.

Antica in ſerto laureo hanc inſcriptionem, ſex lineis comprehenſam, legendam offert: VIVAT. FERDINAN*dus* REX. REGINA. MARIA 18 AVGVS. *ti* 1636. Tab. XXXIII.

Poſtica monogramma nominum FERDINANDI & MARIÆ, coniugis eius, exhibet, ſimili ſerto incluſum. Huic ſuperne imminet corona arcuata, & in imo parmula cum inſignibus *Dietrichſteinianis.*

Cum hoc anno FERDINANDUS die XIV. Maii in ſuperiorem Germaniam ad curandam rem belli-

(a) KHEVENH. tom. XII. col. 496.

(b) Loc. cit. col. 1220.

Tab. XXXIII.

FERDINANDUS III. IMP.

bellicam profectus esset, ipsumque etiam Cæsar, unacum Augustissima coniuge, atque CÆCILIA RENATA Archiducissa mox, id est, die XVIII. eiusdem mensis subsecuturus esset: LEOPOLDO GUILIELMO Archiduci, de quo paullo supra, regimen Hungariæ Austriæque commissum, eidemque inter ceteros *Franciscus* a DIETRICHSTEIN Cardinalis & Episcopus Olomucensis adiunctus fuit (a). Is igitur Wiennæ tum commoratus, MARIÆ Reginæ Hungariæ natalem variis lætitiæ signis celebrari curavit, atque inter ceteros ludos huiusmodi quoque nummos, centum duntaxat numero, populo sparsit.

a

Nummus etiam ideo attentionem meretur, quod nos verum Reginæ natalem edoceat; cum *Sigismundus* a BIRCKEN, diem VIII. eiusdem mensis bis, sed falso prodat (b). *M. Imp. ar. pond.* I. *dr.*

b

XI.

Adversa, præposita corona Imperiali, hanc inscriptionem, sex lineis contentam, complectitur: FERDINAND: *us* III. HVNG. *ariæ* ET BOH: *emiæ* REX CORON: *atus* IN REG *em* ROMANORVM XXX. DEC *em* B: *ris* MDCXXXVI.

Postica bilancem exhibet cum cruce, loco lingulæ, fere ut num. I. nisi quod imago Salvatoris desit. Additi etiam sunt sceptrum & gladius, super trutinam in decussim adclinati. In margine denique titulus legitur: FIRMAMENTA REGNORVM.

Quod Symbolum FERDINANDUS Rex Hungariæ & Bohemiæ assumpsit, id factus Romanorum Rex haud quaquam abiecisse, sed emblemate duntaxat expressisse, testatur hic atque sequentes tres nummi. *Pietatem* enim crucis signum, *Iustitiam* trutina emblematice designari, cum in vulgus notum erat, tum citato quoque nummo primo & sequentibus indicatum. Ergo alia hic inscriptio substituta fuit, ut quidnam sibi eo symbolo propositum sit, simul innueret: PIETATE nimirum atque IVSTITIA firmari regna, quorum quidem symbolum sceptrum & gladius habentur.

Electio FERDINANDI facta est Ratisbonæ die XXII. Decembris, secuta inde solemnis inauguratio ad XXX. eiusdem mensis, in nummo expressum, non XX. ut apud STRUVIUM, errore haud dubie typographico, notatur. Solemnia hæc enarrantur in Theatro Europæo, & fusius apud KHEVENHILLERUM ad hos annos. *M. Imp.* BUOL. *& S. B. ar. pond.* I. *dr.*

XII.

Adversa cum altero ex iis, quos num. V. recensuimus, aversa vero cum adversa præcedentis num. ferme respondet, emendato etiam errore artificis, in voce DECE. *mbris.*

Similes nummos *missiles* cum figlis, seu initiali *Ferdinandei* nominis littera, supra vidimus in FERDINANDO II. *tab.* XXIV. *p.* 179. *seq. M. Imp. au.* I. *duc. & ar.* I. *dr.*

XIII.

(a) Id. ibid. col. 1880.

(b) Oesterreich. Ehrenspiegel. p. 1393. & 1412.

Tab. XXXIII.

XIII.

IMP: *erator* CAESAR FERD: *inandus* III. AVG: *ustus*. Protome FERDINANDI armata cum paludamento, & aureo vellere, capite laureato ad lævam conversо, capillis ad tergum defluentibus.

In aversa aquila pansis alis quasi volitans, rostro trutinam, prioribus similem, falculis autem sceptrum gladiumque tenet, addito eodem, quod in mox præcedentibus, lemmate.

Credibile est, hoc numisma signatum fuisse, cum FERDINANDUS anno 1637. post excessum patris Imperii clavum suscepit. Ætas certe, quam Imperator in eodem præferre videtur, seu oris habitus, anno vitæ eiusdem nono supra vicesimum haud disconvenit, nec etiam aquila, *Romani Imperii* symbolum, sine caussa comparet; axioma denique *Imperator Cæsar*, quod in antiquis nummis hoc loco, id est, sub initium titulorum, positum, non Bellidducem, ut in fine, sed speciatim & ex institutione sua, Supremum Imperii Romani caput designat, ideo veterum more, tamque expresse appositum videtur, ut nova dignitas, non ita pridem adepta, eo dillucidius, luculentiusque exprimeretur. *M.* BUOL. *pl.*

XIV.

FERDI: *nandus* III. D *ei* G: *ratia* ROM: *anorum* IM: *perator* SE: *mper* AU: *gustus*. GE: *rmaniæ* HU: *ngariæ* BO: *hemiæ* REX. Protome Cæsaris armata cum patagio, tæniis denticulatis pulchre marginato, nec non Ordinis aurei velleris insigni ornata, capite laureato, ad lævam conversо. FERDINANDUS III. IMP.

Postica cum num. XI. convenit; hic tamen sceptrum gladiusque bilanci alligatæ videntur, atque agina præter crucem, lingula quoque vulgari instructa est.

Huius numismatis expositionem uberiorem damus ad numerum mox sequentem. *M. S. B. au.* 10. *duc. & ar. pond.* 1. *unc. fere.*

XV.

Perigraphe ut num. XI. Protome FERDINANDI armata cum patagio, ut num. præcedenti; caput tamen laurea destitutum est, & aureum vellus non a torque, sed tænia dependet.

Aversa ex asse convenit cum postica præcedentis.

Etsi hoc numisma titulum *Imperatoris*, ut in præcedenti, haud præferat, ex barba tamen, quæ promissior est, quam num. XIII. recte colligi posse videtur, eundem obtento iam Principatu signatum fuisse, dictumque titulum ex incuria cælatoris omissum. Nec etiam credibile est, FERDINANDUM symbolum suum ante variasse, quam cum Romanorum Rex salutatus fuit. Quare si adversa per ætatem orisque habitum, in nummo exhibitum, ante id forte tempus signata fuit, id saltem de aversa vix ac ne vix quidem dici poterit, atque in hoc casu, duas formas nummarias, diverso tempore fabrefactas, hicce coniunctas fuisse, tenendum erit.

FERDINANDUS III. IMP.

Ex typo isto, sæpius repetito, Cæsaremque alia atque alia ætate sistente, non obscure colligimus, nummos hosce eidem pro honorariis deserviisse, iis distribui solitos, quos bene merentes, cum gratia, tum beneficiis prosequi dignatus est. *M. Imp. ar. pond. semunc. & sicilic.*

XVI.

Protome FERDINANDI II. Imp. armata, atque tessera Ordinis aurei velleris conspicua, capite laureato & ad lævam conversо. Hanc binæ coronæ laureæ ambiunt, ac sequentem epigraphen, duplici pariter orbe exhibitam, comprehendunt, hunc, ut videtur, in modum legendam : FERDINAND.*us* II. ROM.*anorum* IMP.*erator* COLLEGII. SOC.*ietatis* IESU. FUNDAT.*iones* AVCT.*as* DECIMIS. FLVMIN.*ensibus* VECTIGALIBVS CASTVÆ. OPE.*ribus* FABRICÆ. AMPLISS.*imis* PRIVILEGIIS. D.*eo* O.*ptimo* M.*aximo* SANXERAT.

Aversa FERDINANDUM III. eodem modo & habitu repræsentat, adiecta hac perigraphe: FERDINAND.*us* III. ROM.*anorum* IMP.*erator* AVGVSTÆ. PATRIS. MEMORIÆ. ACTIS. STABILITIS. TEMPLO. SOC*ietatis* IESV. FLVM.*inensi* PRIM.*um* LAPI.*dem* POS.*uit* AN*n*O. DO*mi*NI. MDCXXXVIII. IMPERII. SVI. II.

Quanto FERDINANDUS II. amore religiosas familias, atque has inter cum primis Societatem IESU, complexus fuerit, quantisque beneficiis cumulaverit, deprædicat R. P. LAMORMAINI eiusd. Soc. in laudato singulari libello, quem FERDINANDI II. *Imperatoris virtutes* inscripsit. Ubi (a), cum *domicilia* decem, *Domus* nempe *Professas* duas, *Probationis* totidem, ac *Collegia* sex, a munificentissimo hoc Imperatore Societati erecta enumerasset, sic demum subiungit: *Insigni subsidio iuvit Passaviense, quod* LEOPOLDUS *Archidux frater, Lincense & Brunense, quæ* MATHIAS & RUDOLPHUS *Cæsares fundaverant: similiter in Moravia Olomucense, Iglaviense & Znoymense; Zagabriense in Sclavonia: Iaurinense in Ungaria; Fluminense in Istria: Tergestinum ad mare Adriaticum.* Tab. XXXIII. a

Continet igitur hoc monumentum memoriam *Collegii Fluminensis* in Istria, FERDINANDI II. munificentia *Dominio Castuano*, nec non *decimis Fluminensibus*, *vectigalibusque* ita aucti, ut exinde *Fundatoris* nomen a grata Societate pariter retulerit. Præterea mnemosynon est non solum primi lapidis, a FERDINANDO III. eius filio & successore, pro templo eiusdem Collegii anno 1638. uti in nummo notatur, positi: sed etiam confirmationis omnium eorum, quæ pater eius, dum viveret, eidem Collegio concesserat. Unde numisma haud dubie in dicto lapide conditum fuerit.

Ceterum quo pacto capita laureata & armata pectora pro hoc negotio quadrent, iudicent alii. *M. Imp. pl. & S. B. a. inaur.*

XVII.

FERDINANDVS. III. D.*ei* G.*ratia* ROM:

(a) cap. xxv. p. m. 92.

Tab. XXXIII. ROM: *anorum* IMP *erator.* Caput FERDINANDI laureatum, cum lorica, aureo vellere & paludamento, ad medium pectus, cui impressa videtur aquila *Imperii* biceps. Totum opere torevmatico cinctum, cui superne corona clausa imminet, a genio quasi suffulta, cuius alæ reliqua parerga claudunt. Inferne insignia urbis *Ratisbonensis* conspiciuntur.

REICHS-TAG ZV REGENSPVRG 1641. i. e. *comitia Imperii Ratisbonæ* 1641. *habita.* Inscriptio illa Germanica, quinque lineis absoluta, serto cingitur, cui in medio superimposita est aquila *Imperii* biceps coronata, a qua hinc inde tæniis nectuntur septem S. R. I. Electorum parmulæ, singulæ pileis Ducum opertæ, si *Bohemicam* excipias, quæ corona obtegitur. Earum ordo ita procedit: a dextris conspiciuntur insignia trium Electorum Ordinis Ecclesiastici; a sinistris quatuor Electorum Secularium, ubi Electoris Bavari insigne officii, *globus* scilicet *Imperii* crucigerus aureus, *Archidapiferatus* tessera, exhibetur, reliquorum autem insignia gentilitia, nisi quod Electoris Saxonici decussati gladii, *Archimareschallatus* insigne, cum serto rutaceo una, ut solet, appareant.

Comitia a Cæsare edicta erant Ratisbonam ad diem XXVI. Iulii 1640. Sessiones cœptæ, & propositio facta die XIII. Septembris, sed articuli *recessus* anno primum 1641. X. Octobris subscripti sunt. Singula hæc plu-

(a) P. IV. ad hos annos.

ribus enarrantur in Theatro Europæo, (a). FERDINANDUS III. IMP. 2

Memoriam itaque istorum comitiorum Imperii nummis conservare Ratisbonensibus visum est; nam præter hunc typum, alium similem, maioris aliquanto moduli, uncialem pondere æquantem, signari curarunt. *M. Imp. ar. sicilic. & in maiori modulo unc.*

XVIII.

Epigraphe fere ut num. XV. Nec etiam imago multum abludit, nisi quod sine corona laurea, atque insuper adversa fronte sistatur.

MARIA F*erdinandi* III ROM *anorum* IMPE*ratoris* CONIVX REG*ina* H*ungariæ* P pro B*ohemiæ.* Protome MARIÆ vultu pariter obverso, intortis capillis, focali orbiculato & denticulato, nec non torque ornata.

Altera hæc est Cæsaris uxor MARIA LEOPOLDINA, patrui LEOPOLDI, Archiducis Austriæ & Tyrolensium Principis, anno 1632. demortui, filia posthuma, a CLAUDIA *Medicea* XXVIII. Novemb. in mundum edita. Sexdecim annorum erat, cum thalamum Imperatoris 2. Iulii 1648. Lincii ingressa est, sed sequenti statim anno eundem deseruit; dum filium CAROLUM IOSEPHUM, postea Magistrum Ordinis Teutonici, nec non Episcopum Pataviensem & Wratislaviensem factum, enixa, die VII. Aug. 1649. in puerperio, eiusdem mensis die XIX. & ætatis annorum XVII. extincta fuit. Quare credibile est, hoc nu-

FERDINANDUS III. IMP.

numiſma ob nuptiarum ſolemnia cuſum fuiſſe, cum tam modicum, quo cum marito vixit, tempus, vix aliam occaſionem præbuiſſe videatur. *M. Imp. ar. pond. ſemunc. & ſicilic.*

XIX.

Adverſa hanc inſcriptionem continet, ſeptem lineis diſtinctam: ELEONORA ROM: *anorum* IMPERATRIX. AVGV*ſ*TI CÆS: *a* RIS FERDINANDI. III. CONIVNX IN REGINAM BOHEMIÆ CORONATA. XI. SEPT *emb* RIS. ANNO MDCLVI.

Averſa in ſerto heliotropium ſiſtit, adverſus ſolem radiis coruſcum in nubibus apparentem, converſum, interiecto lemmate: VNVM SEQVOR. In proſpectu regio.

Deficiente nummo nuptiali, quo Cæſaris noſtri tertium & ultimum coniugium cum ELEONORA *Mantuana* proſteritati conſecratum ſuit, ſervato temporis ordine, locum ſibi hic vendicat præſens Imperatricis numiſma emblematicum.

ELEONORA nata fuit patre CAROLO II. Mantuæ & Montis ferrati Duce 1630. a Cæſare ducta 2. April. 1651. & ex ea quatuor liberorum pater factus eſt. MARIA THERESIA & FERDINANDUS IOSEPHUS altero ſtatim vitæ anno ſublati ſunt. ELEONORA MARIA primo Poloniæ Regi MICHAELI, dein CAROLO Lotharingiæ Duci nupſit. MARIAM ANNAM PHILIPPUS Comes Palatinatus & Elector ſibi in coniugem adoptavit: de his duabus poſterioribus ſuo loco nummos proferemus.

(*a*) Hieroglyph. lib. LVIII. c. 47. p. m. 726.

Argumentum numiſmatis expoſitione non eget: ipſa enim inſcriptio in adverſa clare eloquitur, cuſum illud eſſe in memoriam collatæ Imperatrici coronæ Bohemicæ. De emblemate dicemus nonnihil ad nummum ſequentem. *M. Imp. ar. pond. 2. unc. & 1. ſicilic.* Tab. XXXIII.

XX.

ELEONORA. R. *omanorum* I. *mperatrix* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* R. *egina* A. *rchidux* A. *uſtriæ* P. *rinceps* M. *antuæ* ET M *ontisferrati.* Protome Imperatricis adverſa nonnihil fronte, ac dextrorſum reſpicientis, in ſtola, cum longis capillis, ad humeros pertingentibus, & ab ornatu capitis defluente tænia. Tab. XXXIV.

Averſa cum præcedenti convenit, niſi quod lemma hic in margine poſitum ſit, non in area per transverſum.

Etſi plerique ex florum genere tam arborum, quam herbarum, ad ſolis motum ſolem verſus moveantur: nullum tamen manifeſtius id facit heliotropio, ut ait PIERIUS (a). Hinc conſtantis perſeverantisque *amoris*, *obſervantiæ* atque *obedientiæ* ſymbolum habetur. Quæ ſingula cum coniugibus apprime, atque præſertim uxori erga maritum, conveniant: dubium non eſt, quin ſole Cæſar, flore autem coniux eius deſignetur; quod ſymbolum fortaſſe ELEONORA in ipſis nuptiis, nec incongrue, aſſumpſit, poſteaque retinuit, ut ad nummum antecedentem vidimus. *M. S. B. au. ſed fuſ. ac circumdato circulo penſilis* a

FERDINANDI III. Imp. Nummi Iconici et aurei Tab. XXXIV.

XX.



Nummi Iconici.

XXI.



XXII.



XXIII.



XXIV.



XXV.



Nummi aurei.

XXVI.




XXVII.




XXVIII



XXIX.



XXX.



XXXI.



Monum. Austr. T. II. P. II. Peter Maijer Batavus sculpsit. *ad p. 230. L.*



Tab. XXXIV. *filis factus. pond.* 8. *ducat. M.* BUOL. *æ. itidem fuſ.*

NUMMI ICONICI.

XXI

FERDINANDVS. II. D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* I. *mperator* S. *emper* A. *uguſtus* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REX. ELEONORA. IMP. *eratrix* G. *ermaniæ* H. *ungariæ* B. *ohemiæ* REG. *ina* DV. *ciſſa* MAN. *tuæ.* Capita eorum iugata, ad medium pectus, ſiniſtrorſum verſa. Ille focali criſpato indutus, torquem quoque aurei velleris geſtat: illa cum collari denticulato pulcherrime comta eſt. In quatuor angulis totidem præterea parmulæ conſpiciuntur, quarum prima aquilam *Imperialem* bicipitem coronatam, altera tænias *Hungaricas* cum cruce Patriarchali, tertia leonem *Bohemicum*, quarta denique teſſeras *Auſtriaco-Burgundicas* referunt.

FERDINANDVS. III. D. *ei* G. *ratia* REX. HVNG. *ariæ* ARCHID. *ux* AVS. *triæ* D. *ux* BVR. *gundiæ* CO. *mes* TYR. *olis.* Protome eiusdem in habitu Hungarico, acu perpulchre picto, cum torque aurei velleris & caliptra criſtata in capite, ad lævam reſpiciente. Capita geniorum alata in tribus angulis ornatus cauſſa adiecta ſunt.

Quadrati huius atque admodum elegantis numiſmatis mentionem facit Cl. MELLENIUS (a), illudque uſui fuiſſe aſſerit, cum coronatio FERDINANDI Hungarica, de qua hic ſupra egimus, peracta fuit: cui nos quidem haud inviti aſſentimur; tum quod trias hæc Regum ſingulari & exquiſito cum ornatu compareat; tum quod oris ſpecies FERDINANDI noſtri ei ætati, qua diadema illud accepit, facile reſpondeat. Denique ambo parentes eiusdem coronationi interfuiſſe, ex ſupra iam ac ſæpius laudato Illuſtr. KHEVENHILLERO diſcimus. FERDINANDUS III. IMP.

Eidem locum hic ſuperius tab. XXXII. num. III. aſſignaſſemus, niſi ſerius & confecta iam ea tabula, in manus noſtras perveniſſet. *M. S. B. ar. pond.* I. *unc.* 3. *dr.*

XXII.

Epigraphe num. XIV. reſpondet; effigies vero num. VI. excepta corona radiata, quæ hic abeſt.

Circa vel poſt annum 1627. cuſus eſt elegans hic nummus; mactatur enim FERDINANDUS in illo titulo *Regis Bohemiæ*, quem dicto anno adeptus fuit: agebat tunc temporis undeviceſimum annum, quam floridam ætatem iuxta ac ſerenum belliſſimumque vultum ſcite exprimit nummus. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.*

XXIII.

Adverſa in media ſui parte aquilam bicipitem coronatam, impreſſa pectori teſſera *Auſtriaco-Burgundica* exhibet. Hanc in orbem circumdant ſex parmulæ, effigies totidem Imperatorum, ex Auguſta gente Habsburgica electorum, referentes, quorum nomina ſæpius recitavimus. In ambitu legitur ſequens diſtichon:

AV-

a

(a) Syllog. num. unc. p. 125.

FERDINANDUS III. IMP.

AVSTRIA TERRARVM IVBAR, AVGVSTISSIMA RECTRIX.

IMPERII, GENERIS FIRMA COLVMNA SVI.

Altera reliquorum ſeptem Auſtriacorum Cæſarum facies oſtendit, medium locum occupante FERDINANDO III. Adiecti in ambitu verſus:

AVSTRIA TOT REGES NVMERET QVOT PERSIA GAZAS:

INDVPERATORES SECVLA PLVRA SVOS.

Interſeruntur ex utraque parte nonnullæ roſæ, ornatus duntaxat gratia.

Vix eſt dubium, quin numiſma hoc a privato quodam atque iniuſſu Cæſaris fabrefactum fuerit. Id enim tum gratulationis, aut ſi mavis, adulationis, quam præſeferre videtur, materies, tum alia quoque eiusmodi exempla, ab hocce parum diſcrepantia, ſuperius adducta (a), a *Valentino* & *Chriſtiano* MALERIS inventa, atque ſua ipſorum induſtria edita, arguunt.

Argumentum interim eiusdem attentione haud indignum eſt. Quandoquidem felicitatem Auguſtæ gentis Auſtriacæ, in Dei tutela atque præſidio conſtitutæ, tot tantosque Imperatores velut uno intuitu repræſentando, in memoriam revocat; cui nimirum iam tum id, quod nulli per omnem retro ætatem alii, obtigit, ut tredecim ex ſua ſtirpe ad ſummum humanæ gloriæ faſtigium evectos, qui omnes aut ſumma aut inſigni cum laude imperitabant, numeraret. *M. S. B. ar. fuſ. pond.* I. *unc. & ſemis.* Tab. XXXIV.

XXIV.

Antica ex aſſe convenit cum num. XV. poſtica vero cum numero XX. ita ut ex iis archetypis, ectypa iſthæc ab HERÆO, ex cuius tabulis educta ſunt, tranſumpta fuiſſe non ex vano videantur.

In antica certe FERDINANDUS non niſi titulo *Regis* honoratur, in poſtica vero ELEONORA uxor *Imperatrix* ſcribitur; unde facile colligitur, typos hosce nummarios primo ſibi invicem iunctos haud fuiſſe, ſed HERÆUM duos typos iconicos copulaſſe, quorum alter altero recentior eſt; ut hac ratione mariti & uxoris effigies quaſi in uno nummo exhiberet.

De hac HERÆI licentia, quam ſibi in ſua nummorum collectione ſumpſit, egimus in præfatione ad Partem I. huius numothecæ. *T. H.*

XXV.

Inſigne hoc maximi moduli numiſma, aut torevma potius, quod excepta magnitudine, atque Ordinis aurei velleris teſſera, quæ a faſcia aut fune dependet, cum adverſa num. XIV. convenit: arte exquiſitiſſima ex lapide ſcalptum, in gazis aulæ Vindobonenſis aſſervatur, quod ob ſui elegantiam, formamque numiſmaticam, in hac collectione locum iure meritoque ſibi vendicat. *M. Imp.*

NUM-

(a) tab. XIII. n. XXVIII. p. 95. ſeq. & tab. XVII. n. LIII. p. 134. ſeq.

Tab. XXXIV.

NUMMI AUREI.

XXVI.

Effigies anticæ cum num. XV. convenit; epigraphe autem ſic habet: FERDINAN. *dus* III. D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* IMPERATOR. S. *emper* A. *uguſtus*, quæ in

Parte poſtica ſic continuatur: GER. *maniæ* HVN. *gariæ* BOHEMIÆ. REX. A*nn*O. 1638. Aquila *Imperialis* biceps cum nimbis, corona Cæſarea clauſa obtecta, pectore gerens ſcutum coronatum, ac torque aurei velleris marginatum, cui impreſſus leo *Bohemicus*. In imo manus clauſa, ſtellam efferens, officinæ Bohemicæ ſignum, de qua alibi diximus.

Similes typi hoc ipſo & inſecuto anno 1639. itidem in Bohemia prodierunt; moduli tamen aliquanto minoris, ut ſtatim videbimus. *M. S. B. au.* 20. *duc. & S. P.* 10. *duc.*

XXVII. XXVIII.

Non differunt hi duo nummi a præcedenti, niſi ſola magnitudine, cumque alter ex his quinque ducatos pondere æquet, ac ex præcedentibus alius viginti, alius decem: exin diſcimus, quibus gradibus moneta aurea tum temporis in Bohemiæ regno diſtincta fuerit. *M. S. P. au.* 5. *duc. M. S. B. au.* 2. *duc.*

XXIX.

Antica cum num. XV. congruit, excepto, quod aureum vellus omiſſum, & pleræque voces magis abbreviatæ ſint: diſcrimen quoque haud exiguum inter typorum fabricam intercedit. Præterea in imo margine monetarius ſignum ſuum, trigonum ſcilicet, orbiculo impoſitum, adiecit. FERDINANDUS III. IMP.

In averſa continuantur tituli: ARCHID. *ux* AVS. *triæ* DVX. BVR. *gundiæ* C. *omes* TYR. *olis* 1649. Aquila *Imperialis* biceps cum nimbis, falculis gladium ſceptrumque tenens. Intra capita eius globus apparet, imminente ſuperne corona clauſa. Pectori denique ſcutum maius, torque aurei velleris circumdatum, impreſſum, cum inſignibus regnorum & provinciarum, ad Domum Auſtriacam attinentium, quæ inferius ad num. XXXIX. enucleatius videbimus. In imo parmula *Burgundo-Auſtriaca*, pileo Ducum exornata, conſpicitur; quæ nummum in Auſtria prodiiſſe oſtendit. *M. S. P. au. pond.* 5. *duc.*

XXX.

Eadem perigraphe, ſed litteris duntaxat initialibus maximam partem expreſſa. Stat FERDINANDUS cataphractus, corona Cæſarea clauſa obtectus, gladio præcinctus, ac torque aurei velleris conſpicuus: dextra ſceptrum tenens, ſiniſtra globum Imperii. Ad latera Principis adpoſitæ ſunt parmulæ, *recentioris*, ut vocant, & *veteris Auſtriæ*, ambæ pileis Ducum obtectæ. In imo grus, falcula lapidem ſuſtinens, quam pro ſigno officinæ monetariæ habemus: licet aliunde *vigilantiæ* emblema ſit.

Averſa cum præcedenti in omnibus convenit, excepta no-

FERDINANDUS III. IMP.

ta chronologica, quæ annum 1642. designat. Asservamus & alium de anno 1645. sed ubi globus inter bina capita omissus est. *M. S. B. au. pond. 2. duc.*

XXXI.

FERDINAND. *us* III. R. *omanorum* I. *mperator* S. *emper* A. *ugustus* P. *ius* F. *elix* ET. ELEON. *ora* S. *acræ* C. *æsareæ* M. *aiestatis* CONIVX. IMP. *eratrix* Effigies iugatæ amborum: ille pectore tenus more solito armatus, laureatus & aureo vellere insignitus: hæc ad pectus, stolata, cum collari & unionibus.

Aversa nucem pineam, opere torevmatico marginatam, exhibet, cum perigraphe: AVGVSTA VINDELICORVM 1657.

Quamvis *ducatus* hic duplex, ut de monetis civitatum alibi iam monuimus, huius loci proprie non sit: quia tamen effigiem Imperatoris, coniugisque eius, faberrime sculptas exhibet, prætereundus haud videbatur. Ceterum is ipse annus, in aversa notatus, FERDINANDO emortualis erat.

Atque hæc de nummis FERDINANDI aureis. Iam ad *unciales* veniendum, quos inter nullum nobis occurrisse, qui Bohemiæ regno tuto adscribi posset, eo magis ipsi miramur; quod non unum nummum ex aureis, iisque non contemnendis, ad idem regnum pertinentibus, hic producere nobis licuerit. *M. Imp. au. pond. 2. duc.*

UNCIALES.

XXXII.

Tab. XXXV. Adversa cum num. XIV. convenit, nisi quod magnum discrimen quoad artificum peritiam, nec nullum quoad ductus litterarum intercedat: patagium quoque Cæsaris multo hic angustius est. Tab. XXXV.

In aversa continuantur tituli ut num. XXIX. adiecto numero anni 1638. Aquila *Imperialis* biceps, ut num. XXVI. at pectori impressa est parmula bipartita, tænias *Hungaricas* cum cruce Patriarchali referens. In inferiori area hinc inde litteræ, officinæ Hungaricæ indices, ut alibi vidimus.

Rariores multo hi typi videntur præ sequentibus; quod inter tot alios nullus similis nobis occurrerit, nisi in museo BUOLIANO. MELL. *p.* 124.

XXXIII.

Anterior pars citato num. XIV. pariter respondet, at in margine hinc scutum cum tesseris *Hungaricis*, inde imago Beatissimæ Virginis cum Divino Pusione.

Posterior, excepta modica scribendi variatione, cum præcedenti congruit: at aquila in pectore repetita *Hungariæ* & *Bohemiæ* insignia continet, superimposita parmula minori *Austriaco-Burgundica*, & in imo umbonis aliæ litteræ, K scilicet & B, Kemnicensem officinam denotantes, apparent.

Etsi ambo hi unciales annum Christi 1638. præferant: verisimile tamen est, eos sub finem anni præcedentis signatos fuisse; cum illo FERDINANDUS, post obitum patris, Principatum obtinuerit; & aliunde constet, notas chronologicas tum temporis

FERDINANDI III Imp. Vnciales et monetæ. Tab. XXXV.

Vnciales

XXXII.



XXXIII.



XXXIV.



XXXV.



XXXVI.



XXXVII.

XXXVIII.



XXXIX.




Monetæ.


XL.




XLI.




XLII




XLIII.




XLIV.




XLV.



XLVI.



XLVII.



XLVIII.



Monum. Austr. T. II. P. II. Peter Mayer de: et sculpsit. ad p. 234. Mm.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXXV. ris (quod hodiedum quoque fit) præverti conſueviſſe. Quare ambo hi facile principes ſunt inter unciales, regnante FERDINANDO III. in Hungaria cuſos. *M. S. B.*

XXXIV.

Antica huius uncialis Hungarici aquilam *Imperialem* ita impreſſam habet, ut illam vidimus in averſa numeri præcedentis : epigraphe vero correſpondet titulis, eodem numero, in parte adverſa, expreſſis, cum iisdem officinæ ſiglis.

Poſtica in area plana, inter octo roſas quatuor ſiglas I K E M continet, ſubiecta nota chronologica 1655. ita illum recenſet Cl. KOEHLERUS (a) : MELLENIUS eam per hæc verba deſcribit (b) : „ Averſa pars tota lævis „ eſt, has quatuor tantum litte- „ ras I K E M (quas floſculi „ nonnulli diſtinguunt) ſubſcri- „ ptumque anni 1655. numerum oſtendens. Auctor *collectionis Groſſorum* (c) hanc recenſionem affert : in averſa quatuor tantummodo litteræ ita locatæ $\frac{I\ K}{E\ M}$ inter parvas cum ſtellas tum roſas ſcriptæ leguntur : in imo notatur æra 1655.

Laudati modo Scriptores vexatas has litteras pro ænigmate habent, nihil admodum de iis definientes. Cl. KOEHLERUS aliorum coniecturas in medium adfert, at ſuam deſuper ſententiam non aperit. Sunt, inquit, qui dicunt, Hungariæ Ordines ob præcipitatam mortem filii FERDINANDI IV. quæ an. 1654. obvenerat, quo tempore Rex Hungariæ ac Bohemiæ renuntiatus iam fuerat, Cæſari, quaſi ad leniendum dolorem, pecuniale ſubſidium, ſeu *donum gratuitum* obtuliſſe : in qua acceptione prædictæ ſiglæ hunc ſenſum admitterent : I*n* K*ümernus* E*in* M*itleyden*, i. e. *in mœrore commiſeratio.* Alii, pergit Cl. Auctor, volunt, Cæſarem anno 1655. de morte cogitantem, nummo huic inſcribi voluiſſe : I*eder* K*eyſer* E*in* M*enſch.* i. e. *quivis Cæſar mortalis eſt.* FERDINANDUS III. IMP.

Noſtra de hoc nummo ænigmatico opinio hæc eſt : illum ob mortem filii FERDINANDI IV. quæ anno 1654. die VIII. Iulii ingenti cum Domus Auguſtæ, omniumque bonorum luctu, evenit, ſignatum fuiſſe ; tum vero ſiglas, in eo conſpicuas, Germanica lingua interpretandas eſſe. Primum illud tria ſuadere videntur : quorum primum ac præcipuum eſt aſtrum, in ſuperiori nummi parte viſendum. Enimvero memoriæ proditum eſt (d) non multo ante obitum Regis, menſe ſcilicet Iunio 1654. ſtellam novam atque inſolitam comparuiſſe, innumeræ hominum multitudini viſam, cuius magnitudo nonniſi groſſum Cæſareum æquaverit, ſplendor vero luminis nubilus ac ſubobſcurus fuerit. De ea cum varia variorum iudicia fuiſſent, plurimorum tamen animos ea cura occupabat, ut quemadmodum an. 1649. ſimilis ſtella mortem Imperatricis MARIÆ LEOPOLDINÆ modico ante tempore præceſſerat : ita & hæc eiusmodi quoque

(a) M.B.L. P. XVIII. p. 190.
(b) Syllog. unc. p. 129.
(c) Locul. II. p. 81. tab. XIII. n. 114.
(d) Theat. Europ. P. VII. p. 573. ſeq.

FERDINANDUS III. IMP.

quoque luctuosæ cuiusdam mortis prænuntia esset. Quod quidem ita evenisse, atque, subsecuta morte Regis, confirmatum fuisse, subinfert Auctor. Altera nota, signum videlicet crucis in ima area positum, frequentissimum utique *mortis* symbolum apud Catholicos celebratur. Rosam porro maiorem, in medio collocatam, pro signo *iuventutis* ac *floridæ ætatis* respicimus: quanquam reliquas minores rosas, quas siglæ interstinguunt, numero novem, ut in aliis nummis non paucis, pro parergis ac ornatus gratia adpositas esse, non inficiemur.

Hæc igitur tria, uti non obscura sunt *mortis regiæ* symbola: ita & stella eo maius opinioni nostræ robur addit; quod res in facto historico, atque communi hominum persuasione fundata, aliunde exemplo non careat. Nam, ut alibi iam observavimus, stella etiam in nummis primi illius Cæsaris, *Divi* IULII, cernitur, & quidem ob similem caussam: hocque solummodo interposito discrimine, quod illa FERDINANDI mortem antecessisse, hæc autem subsecuta fuisse credita, Ethnicorum superstitioni, animam eius in cœlum receptam, atque inter Deos adnumeratam fuisse, occasionem dederit.

Signis istis ita expositis, ad siglarum interpretationem veniendum. Quocirca plures expositiones (ut eiusmodi singulares litteræ ad id aptissimæ sunt) in medium adferri haud adeo difficulter possent, ut ex iam allatis patet.

Nos siglas illas Germanico, ut diximus, idiomate exponendas esse ideo putamus; quod, etsi nummus in Hungaria, ubi latina lingua admodum frequens est, cuius sit, litteram tamen K apud latinos minus in usu esse constet. Porro cum nummus ex nummo optime explicetur: in subsidium hic vocamus *exequialem*, a FERDINANDO I. memoriæ uxoris suæ ANNÆ datum (a), in quo hæc inscriptio legitur: WIR KLAGENS GOTT: ubi in verbo *Klagen* per syncopen duo vocabula exprimuntur, id est, *Klagen es*. Eiusdem igitur epigraphes litteras initiales in hoc quoque exequiali nummo repetitas esse existimamus, mutata solum dialecto in voce *Klagens*, & numero plurali in singularem in pronomine *ich* & *vvir*, id quod alias apud Germanos promiscue fit. Hinc tres priores siglæ hunc in modum legendæ videntur: I*ch* K*lage* E*s*. Verum difficultas in littera M, quarto loco posita, remanet: quod si huius loco elementum G, ut in citato nummo adesset, res utique in tuto consisteret, legendumque continuo esset G*ott*: sed cum hoc iam mutari non possit, quid impedit, ut ne venerabile B. VirginisDeiparæ MARIÆ nomen expressum hic esse censeamus? ita ut, donec saniorem certioremque expositionem quis afferat, siglæ illæ in hanc denique sententiam legendæ nobis videantur: I*ch* K*lage* E*s* M*ariæ*, id est *deploro obitum filii mei apud B. V.* MARIAM.

Tab. XXXV.

a

Num-

(a) Tab. huius volum. II. n. XXII. p. 15.

Tab. XXXV.

Nummus ſane in Hungaria conflatus fuit, quod ſiglæ K. B. in adverſa poſitæ, comprobant; novimus autem Beatiſſimam Virginem, Dei Genitricem MARIAM, regni Hungariæ Patronam eſſe. Accedit, quod Imperator eam ipſam iam an. 1647. ſpeciali ac publica ceremonia in ſuam ſuorumque ſucceſſorum, Patronam, poſita eidem ſolemni ritu ſtatua, Immaculatam Virginis conceptionem referente, elegerit (a): ſub cuius proinde præſidium in omni adverſitate recte confugiebat.

a

His omnibus obſtare videtur, quod FERDINANDO IV. Rom. Regi annus 1654. non 55. qui in nummo notatur, fatalis fuerit. Verum ad hoc reſponſio in promptu eſt, dicendo, nummum uſualem, ac pondere uncialem eſſe: ſupra autem plus ſimplici vice obſervatum fuit, in eius generis nummis annorum numeros anteverti conſueviſſe, id quod FERDINANDI III. quoque temporibus uſuveniſſe, probabit *Ioachimicus*, num. mox ſequenti producendus. *G. C. locul.* II. *p.* 81. *tab.* XIII. *n.* 114.

XXXV.

Quamvis hic nummus ab eo, quem num. XXXIII. produximus, parum differre videatur: duo tamen ſingularia habet. Imprimis enim ex adiecto numero anni 1658. videmus, quod poſt mortem Cæſaris ſignatus videatur, qua de re paullo ſuperius diximus, & Cl. MELLENIUS putat, „ id nimia monetariorum feſtinatione acci- „ diſſe, qui temporis futuri non „ minus, quam præſentis, ratione habita, annorum ſæpe „ proximorum numeros pecuniæ inſcribunt, licet neſciant, „ utrum is, cuius auctoritate „ nummi cuduntur, eo uſque „ vitam ducturus ſit. Exempla enim huius rei in uncialibus aliisque nummis, tam „ aureis quam argenteis occurrunt plurima „ (b). FERDINANDUS III. IMP.

b

Alterum in eo conſiſtit, quod a torque aurei velleris, ſcutum averſæ cingentis, duo vellera, exemplo ſane raro, & forte a paucis adhuc obſervato, dependeant. Hunc proinde nummum theſauris ſuis illi potiſſimum inſerent, qui in hac arte ſingularia cum primis conſectari ſolent. Ceterum litteram v. in imo averſæ ſub cauda aquilæ conſpicua, qualis & ſupra num. XXXIII. cernitur, nomen monetarii indicare putamus. *M. S. B. ar. unc.*

XXXVI.

Differt hic nummus ab uncialibus præcedentibus, quod caput Cæſaris corona Cæſarea obtectum ſit, & in fine epigraphes adverſæ addatur DVX. SIL. *eſiæ*; unde eundem in eodem *ducatu* prodiiſſe intelligimus. Nota præterea chronologica annum 1646. indicat. DEWERD. *tab.* I. *num.* 19. *p.* 112.

XXXVII.

Antica præter conſuetos Imperatoris titulos, effigiem eiusdem, fere ut in præcedentibus, armatam, ſed ſine patagio, multoque

(a) Theat. Europ. tom. v. p. 1052.

(b) Lib. ſæpe cit. p. 128.

FERDINANDUS III. IMP.

toque elegantius repræsentat. In imo, sub brachio Cæsaris dextro, monetarius nomen suum H G P, litteris valde minutis, nec non notam chronologicam 1638. adposuit, ex qua secundum dicta ad num. XXXIII. colligere est, hunc primum fuisse, qui regnante FERDINANDO in Carinthia (nam Carinthiacum esse ex aversa discimus) signatus fuit.

In postica continuantur tituli: ARCHIDVX. AVS. *triæ* ET. (contractis litteris) CARINTHIÆ. D. *ux* B. *urgundiæ* ETC. *etera*. Scutum maius, in modum cordis humani efformatum, in cuius superiori loco tessera *Carinthiæ* comparet sola, cui duo genii alati assident, gladio sceptroque armati, coronam Imperialem, lemniscis instructam, scuto velut imponentes. Reliquæ clypei tesseræ hoc ordine procedunt. 1. *Hungariæ*. 2. *Bohemiæ*. 3. *Legionis*. 4. *Austriæ*. 5. *Burgundiæ*. 6. *Castellæ*. 7. *Styriæ*. 8. *Tyrolis*. 9. *Habsburgi*. 10. *Goritiæ*. 11. *Burgoviæ*. 12. *Wurtembergiæ*. 13. *Suevia*. 14. denique Landgraviatus *Alsatiæ*. *M. S. B. ar. unc. Similem sed de anno* 1657. *edidit* MELLENIUS *pag.* 130.

XXXVIII.

Adversa præcedenti similis, at sub brachio Cæsaris numeri Arabici annum 1654. indicant.

Postica titulos eius sic continuat: ARCHI. *dux* AVT. (pro AVST.) *riæ* DVX. BVRG. *undiæ* STYRIÆ. ETC. *etera*. Scutum maius ovatum, pulchre marginatum, torque aurei velleris cinctum, & corona Cæsarea lemniscata opertum, eadem insignia exhibet, quæ præcedens: nisi quod hic symbolum *Styriæ* principaliorem locum occupet, contra vero tessera *Carinthiæ* eo in alveolo conspiciatur, ubi antea *Styrensis* erat; hinc nummum in eadem hac provincia cusum fuisse intelligimus. Tab. XXXV.

Similem, non minoris elegantiæ, asservamus in scriniis nostris, de anno 1646. quæ nota temporis ibi in utraque nummi facie occurrit. *M. S. B. ar. unc.*

XXXIX.

Pars prior a præcedentibus duobus haud discrepat, nisi nota chronologica, annum 1657. denotante. In imo margine signum monetarii ut num. XXIX.

In postica hi leguntur tituli: ARCH. *i* DVX. AVST *riæ* D *ux* BVR. *gundiæ* S. *tyriæ* K. *arinthiæ*. C. *arniolæ* C. *omes* TYR *olis*. Scutum ovatum quadripartitum, parergis marginatum, torque aurei velleris cinctum & corona Cæsarea obtectum. Primus quadrans continet superiori parte tænias *Hungaricas*, inferiori *Castellæ* & *Legionis*. Secundus quadrans parte superiori refert symbolum *Bohemiæ*, inferiori exhibentur tesseræ *Arragoniæ* & *Neapoleos*; his duobus quadrantibus imposita est parmula maior, cui impressa aquila biceps, imminente capitibus globo Imperiali crucigero, locum nobiliorem occupans. Tertius quadrans triquetrus est, ac prima areola scutum *Styriæ*: secunda *Burgundo-Austriacum*, sed oscitantia

Tab. XXXV. tantia cælatoris inverſum : tertia *Goritiæ*, omiſſo leone. Quartus quadrans ſimiliter triquetrus eſt : area prior clypeum *Carniolæ*, altera *Würtembergiæ*, tertia *Sileſiæ* complectitur : in angulo denique inferiori aquila *Moraviæ* conſpicitur. In margine ad latus dextrum, media in epigraphe, parmula *Burgundo-Auſtriaca*, pileo Archiducali obtecta, ad latus vero ſiniſtrum teſſera urbis *Wiennenſis* : crux videlicet rubra in ſolo argenteo, exhibetur, ſuperpoſita littera w, eandem urbem indicante. In imo denique, intra ſcutum & torquem aurei velleris, ſiglæ monetarii H. S. quæ fortaſſe HENRICUM SCHULZ indicant.

Uncialem hunc, inſignis pariter concinnitatis ac elegantiæ, Wiennæ Auſtriæ anno Cæſaris emortuali cuſum, inter rariores adnumerat Cl. KOEHLERUS, loco mox citando. Idem inſignia, ſcuto inſcripta, paullo aliter enumerat. *M. S. B. ar. unc.* KOEHL. *P.* XIV. *p.* 41.

MONETÆ.

XL.

Moneta hæc, alias *floreni* nomine veniens, ab unciali, num. XXXIII. depicto, ferme non niſi magnitudine ac pondere diſcrepat. Nota etiam chronologica annum 1653. oſtendit. *M. S. B. ar. ſemunc.*

XLI.

Antica cum num. XIV. ferme convenit, excepto, quod titulus maximam partem litteris duntaxat initialibus expreſſus ſit. In imo margine nota valoris obſervatur. FERDINANDUS III. IMP.

Sequuntur in averſa tituli conſueti : ARCHIDVX A *uſtriæ* D. *ux* B. *urgundiæ* CO. *mes* T. *yrolis* 1641. Aquila *Imperialis*, pectore gerens parmulam *Burgundo-Auſtriacam*, pileo Archiducali tectam, in imo ſpecies avis, orbi incluſa, cygno, anſeri, vel ciconiæ ſimilis, locum officinæ denotans. *M. S. B.*

XLII.

Adverſa eadem fere quæ præcedentis : ante titulum tamen B. *ohemiæ*, ponitur copula ET, litteris contractis.

In averſa continuantur tituli: ARCHI. *dux* AVS. *triæ* ET. (contractis itidem litteris) CARINT. *hiæ* 1639. Tres parmulæ, interpoſitis ignitabulis, ex torque aurei velleris petitis : prima aquilam *Imperii* bicipitem, ſecunda teſſeram *Carinthiacam*, tertia *Burgundicam* exhibet. *M. S. B.*

Eiusdem elegantiæ groſſum Carinthiacum, ſed de anno 1640. exhibent *recens-aperti Groſſorum ſcrinii* Collectores (a), quo Carinthiam *Archiducatus* axiomate gaudere, denuo confirmari exiſtimant : qua de re nos alibi.

XLIII.

Latus anterius cum num. XIV. fere concordat, excepta præprimis nota valoris, in imo margine poſita.

Poſteriori latere tituli ſic continuantur: ARCHI. *dux* AVS. *triæ* DVX. BVR. *gundiæ* STYRIÆ. 1638.

(a) Locul. II. tab. IV. n. 34. p. 79.

FERDINANDUS III. IMP. 1638. Eædem, quæ in præcedenti parmulæ, ſed locum *Carinthiacæ* teſſera *Styrenſis* occupat, ubi & groſſus prodiit.

Monetæ Carinthiacæ adiungimus Styrenſem. In muſeo quoque BUOLIANO extat alius cum clypeo *Bohemico*, in cuius averſæ partis imo pro ſigno loci monetalis, cernitur brachium armatum, tres ſagittas monſtrans. *Ibid.*

XLIV.

Idem fere adverſum latus. In poſtica autem hæc epigraphe: MO. *neta* NO. *va* AR. *gentea* DV. *catus* TESCHINEN. *ſis* 1646. Scutum, pileo Principali opertum, aquilam coronatam auream in ſolo cæruleo continens, teſſeram Principatus *Teſchinenſis* præbet. In area hinc inde ſiglæ H. & L. nomen monetarii indicare videntur.

Ducatus hic mortuo, anno 1625. FRIDERICO WILHELMO, ultimo Duce, ad FERDINANDUM II. Imp. devolutus eſt. *G. C. locul.* II. *tab.* IV. *n.* 36.

XLV.

Hæc quoque adverſa cum præcedentibus convenit, excepto, quod nota valoris, unius nempe crucigeri, adiecta ſit.

Averſa quoque ab antecedenti haud abludit, demta nota chronologica, annum 1649. indicante. *M. S. B.*

XLVI.

FER. III. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. Siglæ hæ, iam toties expoſitæ, ampliori explicatione non egent. In umbone cernitur ſcutum regni *Hungariæ*, a ſummo bipartitum, hinc tæniæ, illinc crux Patriarchalis: ad utrumque latus ſiglæ iam pluries viſæ, K. B. ſigna officinæ monetariæ. Tab. XXXV.

PATRO. *na* HVNGA. *riæ* 1649. Icon B. V. MARIÆ, dextra ſceptrum, ſiniſtra Divinum Puſionem tenentis.

Imaginem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, Hungariæ Patronæ, in nummis eiusdem regni ſolemnem eſſe, in vulgus notum eſt. Antiquiſſimus, cui eius imago, ſceptro, ut Reginæ cœli, inſtructa, omiſſo tamen Divino Puerulo, impreſſa, ab ANDREA II. & BELA IV. ſeculo XIII. percuſſus putatur (a). Vetuſtior ſaltem nondum apparuit. Eadem conſuetudo ad inſecutos ſubinde Reges propagata, ab Auſtriacis quoque Principibus in hunc uſque diem conſtanter ſervata fuit. *M. Imp. ar.* I. *dr.*

XLVII.

Protome FERDINANDI III. abſque epigraphe.

Poſtica tres parmulas, ut paullo ſuperius num. XLIII. oſtendit, additis in imo ſiglis monetarii A I. vel A & L.

Singularis elegantiæ, nec non & maioris ſolito craſſitudinis, dicitur hic Styrenſis nummulus Eruditis *Groſſorum ſcrinii* Collectoribus, unde & eductus eſt. Habet & hoc ſingulare, quod nummus uſualis, ſiquidem accurate deſignatus eſt & ad id genus pertinet, ovatæ fere ſit formæ. *G. C. l. c. tab.* V. *n.* 37. *p.* 80.

XLVIII.

(a) Recens - apert. Groſſ. Scrin. Suppl. II. p. 649.

FERDINANDI III. Imp. Nummi. ad hist. facientes. Tab. XXXVI.

XLIX.



L.



LI.




LII.



LIII.




LIV.



LV.




LVI.




LVII.



LVIII.



LIX.



LX.



Peter Maijer Del: et sculpsit.

ad p. 241. Nn.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXXV.

XLVIII.

Protome Imperatoris ut num. XV. Epigraphe autem utriusque lateris, præmiſſa utrinque, ad indicandum legendæ initium, crucicula, hæc eſt: RAITTPFENNING. AINER. LÖBL. *ichen* LANDSCHAFT. DES: ERZHERZOGTHVMS. ÖSTERREICH. OB. DER. ENNS. quæ latine ſic redi poteſt: *Calculus inclytæ regionis Archiducatus Auſtriæ ſupra Anaſum.*

Poſtica repræſentat iunctos clypeos Auſtriæ *inferioris*, & Auſtriæ ſupra *Anaſum*, ambos pileo Ducali, cruce inſtructo, opertos.

Attendendus hic eſt calculus, vel ob ſolum titulum *Archiducatus Auſtriæ*, quo mactari videtur regio ſupra Anaſum, quæ alias *Principatus Auſtriæ*, ac communiter *Auſtria Superior* audit; ſed notandum, hunc calculum non ex mandato Cæſaris, verum iuſſu Ordinum, ut ex ipſa epigraphe colligere eſt, ſignatum fuiſſe: tum vero animadvertimus, titulum *Archiducatus* non ſolum afficere regionem trans Anaſum, ſed etiam & primario quidem Auſtriam inferiorem; hinc in averſa huius ſcutum, dextrum occupat latus; illius ſiniſtrum: & ambo non niſi uno obteguntur pileo Archiducali. *M. Imp. ar. ſicilic.*

NUMMI
AD HISTORIAM
FERDINANDI III. IMP.
FACIENTES.

XLIX.

Tab. XXXVI.

Anterior facies poſticæ num. XI. correſpondet: at in imo ſiglæ I C E (Cl. Editores pro E legunt L) adpoſitæ, nomen, ut videtur, monetarii indicant. FERDINANDUS III. IMP.

Poſtica, præmiſſa in margine corona, hanc in ambitu ſimul & umbone inſcriptionem offert: FERDINAN. *dus* III. D. *ei* G. *ratia* HVN. *gariæ* BOH. *emiæ* REX. AR. *chidux* MARIAM WILHELMI MAR. *chionis* BA. *denſis* FILIAM. E. S. *acro* FONTE BAPT. *iſmatis* LEVAVIT. BADENÆ VII. AVG. *uſti* M DC XXXVI.

Hoc genus nummorum inter rariſſimos, atque unicos fere, adnumerant laudati *Groſſorum ſcrinii* Editores. De cetero FERDINANDUS hoc anno ad curandam rem bellicam in Germaniam ſuperiorem profectus, Briſaci a menſe Auguſto, ad medium fere Octobris commoratus eſt (a). Hinc ex itinere ad eandem urbem, hunc Catholici ritus actum abſolviſſe ſuſpicamur, quo de nummus memoriam conſervat. *G. C. Suppl.* I. *tab.* XI. *num.* 126. *p.* 122.

L.

STRENA. A. *nno* C. *hriſti* 1642. PACEM APPETENTIBVS DICATA. Hæc in margine. In umbone vero inſcriptio legitur Germanica, quæ eundem fere ſenſum reddit, quem recitata epigraphe latina habet: DEN FRIED. DEN LANG DIE CHRISTEN SCHAHR. GEWÜNSCHT. GIB HERR ZUM NEWEN IAHR.

Poſtica inſcriptionis loco ſymbola exhibet, ad pacem ac-

(a) KHEVENHILL. tom. XII. col. 1880. & 1898.

FERDINANDUS III. IMP.

commodata : in angue nempe, floribus & fructibus ornato, caudam ſibi mordente, erectus ſtat caduceus, cui in decuſſim alligati duo palmæ rami, & totidem cornuacopiæ, ex quibus duæ manus ſuperne demiſſæ, fructus decerpunt.

Ad concipiendum & promulgandum hoc de pace publica votum, occaſionem dedit diploma Cæſareum, quod vocant *Amniſtiæ*, ſuperiori anno 1641. die xx. Aug. Ratisbonæ
a publicatum (a) *M. Imp. pl.*

LI.

IMP. *eratore* CÆS. *are* FERDINANDO. III. AVSTR. *iaco* AVG: *uſto* ANTIST. *ite* ET. PRINCIPE. FERDIN. *ando* I. BAVA. *ro.* Icon S. PAULI Apoſtoli a fronte, ad genua, cum nimbo, dextra gladium, ſiniſtra clauſum librum tenentis. In ſegmento legitur illud S. PAULI II. TIMOT. IV. 7. BONVM CERTAMEN CERTAVI. FIDEM SERVAVI.

In ambitu averſæ talis eſt inſcriptio : FELICITAS. TEMPORVM. IMP*erato*RIS: ET REGVM. PACIFIC: *atio* ET. CONCORDIA. Duæ dextræ iunctæ, caduceum cum duobus olivæ ramis ſuſtinent, qua fere ratione *concordia exercituum* in nummis quoque veteribus repræſentatur. In ſegmento inſcriptio huius eſt ſententiæ : IN. MEMORIAM PACIS VNIVERSALIS. MONAST*erii* WESTPH: *aliæ* INITÆ. ET PVBLICATÆ ANNO 1648. 24. ET 25. 8bris.

Eſt hic nummus pacis *Monaſterienſis* ſeu *Weſtphalicæ* quæ anno & die, in eodem notatis, inter Cæſarem & Imperium atque Galliæ Regem, ac Sueciæ Reginam coaluit, monumentum. Vulgo *Weſtphalicæ* audit, aut *Pax publica* ut notum eſt. Adſcribitur autem dies 24. & 25. Octobris, quod pax altera die ad ſerum ſubſcripta, altera vero ſolemni pompa publicata fuerit (b). Tab. XXXV. b

Etſi vero pace hac cum Imperio, tum rei Catholicæ, haud pauca deceſſerint, ita, ut Legatus Pontificis, *Fabius* CHISIUS, iam tum, quamvis fruſtra, reclamaverit, ac fere conſilio graviora vitandi mala, concluſa fuerit : pluribus tamen nummis & monumentis publicis celebrata, & poſterorum memoriæ, a Proteſtantibus præſertim, conſecrata fuit. Eius acta & conditiones Iuris publici commentatores ſcriptis ſuis operibusque paſſim memorant.

Quod ſupereſt, nummum hunc Monaſterii ſignatum exinde colligimus ; quod S. PAULUS, Eccleſiæ eius Tutelaris, in eo depictus ſit, atque FERDINANDI, eiusdem ſedis Antiſtitis, mentio ingeratur. *M. Imp. ar. pond.* 1 *unc.*

LII.

Dextræ iunctæ, e nubibus porrectæ, ramum olivæ unacum duobus cornibuscopiæ ſuper armorum congeriem ſuſtinent, ſplendentibus ſuperne radiis, atque adiecto in ambitu chronoſticho: CÆSARIS. ET REGVM. IVNXIT : PAX. AVREA. DEXTRAS. 24. 8bris.

In

(a) Theat. Europ. tom. IV. p. 422.

(b) Id. tom. VI. p. 385.

Tab. XXXVI. In postica schema civitatis & munimentorum Monasterii Westphaliæ, supervolitantibus duobus geniis alatis: quorum alter tubam dextra tenet, & inflat, ex qua, clangoris loco, VOX PAX, quasi emissa, legitur; siniſtra palmæ ramum porrigit: alter sertum & ramum oleæ sustinet. Additur in ambitu lemma: HINC. TOTI. PAX. INSONAT. ORBI. & in exergo: MONASTERIVM WESTPHA*liæ* 1648.

Eiusdem cum præcedente argumenti esse, facile intelligitur. Ceterum *pax toti orbi reddita* dicitur; quod eo bello universa fere Europa a triginta continuis annis implicita fuerit, ac de cetero inter Hispanos, unitasque Belgii provincias; iam ineunte eodem anno, die xxx. Ian. sancita fuerit. Verum bellum Gallo-Hispanicum adhucdum durabat, quod tum forte brevi finiendum sperabatur. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc.*

LIII.

Idem nummus, ac proxime præcedens, ex alia tamen forma nummaria, & aliquanto quidem maiori, prodiit. Quoniam vero pars illius adversa non differt ab illa, quam hic modo dedimus, eandem denuo repetere supervacaneum duximus. Verum quia aversa nonnihil variat, illam saltem designare operæ pretium putavimus.

In postica schema civitatis Monasterienſis, ut num. superiori: at genii paullo aliter se habent, schedamque efferunt, cui inscriptum: MONAS: *terium* WEST *phaliæ*, id quod superius in exergo legitur. In ambitu denique hic versus adscribitur: FERDINANDUS III. IMP.

HIC MAVORS. TVMVLATVS ET.
HIC. PAX ALMA. RENATA EST.

Plures alii, iique elegantes nummi, eadem occasione signati, adducuntur a D. *Van* LOON (a), quos inter tres adhuc cum typo urbis Monasterienſis occurrunt. *M. Imp. ar. pond.* I. *unc.* I. *dr.* a

LIV.

In antica Cæsar veterum more paludatus ac laureatus, dextra scipionem tenens, siniſtra capistrum, equo exultanti ac erigenti sese, insidet. Adest & frequentia hominum, militum, currus seiugis, & equitum, velut in lætitiæ publicæ signum. In recessu vero urbis Wiennensis typus, & in peripheria additur epigraphe Germanica:

DER GROSE FERDINAND 3
EUROPÆNS ZIER,
ZIECHT SEINER VÖLCKER
RUH DEM KRIGE FÜR.

Quæ latine sic reddi potest: FERDINANDUS III. *Magnus, Europæ decus, pacem populorum bello anteponit.* In imo pro pede equi siniſtro artifex SEBA: *ſtianus* DATT: *lerus* nomen suum adiecit.

In postica civitas Imperii *Norimberga*, supra quam aquila coronata pansis alis, insignibusque Imperii instructa, visitur. Retro illam ad singula latera genii sunt: quorum alter a dextris librum tenet, cui nomen Dei *Iehovah*, litteris Hebraicis inscriptum est, alter a siniſtris cornucopiæ.

(a) Hist. Metallique tom. II. p. 308. & 311.

FERDINANDUS III. IMP.

nucopiæ. Ambo autem catenam expandunt, cui a dextris ſcutum *Francicum*, a ſiniſtris *Suecicum*, & in altera inferiori eius parte teſſeræ octo S. R. Imperii Electorum adnexæ ſunt. Denique in ſuperiori parte tres adhuc genii alii comparent, quorum medius tubam, pacis nuntiam, inflat: dexter palmæ, ſiniſter olivæ ramum tenent. Additur in ambitu epigraphe Germanica, ſeu rhythmus:

DURCH DIESER GÖTTER FRIED UND EINIGKEIT.
IST ALLE CHRITEN WELT SEHR HOCH ERFREUT.

Id eſt: *Horum Numinum pace & concordia orbis univerſus lætitia completur.* Et in exergo: FRIED GEMACHT, id eſt: *pax ſancita.* M. D. CIL. adiectis ac repetitis ſiglis S D. quæ ſunt litteræ initiales nominis artificis, ſupra nominati.

Cum annus in nummo expreſſus 1649. tum ſchema urbis Norimbergenſis, clare edocent, elegantiſſimum hoc numiſma occaſione conventus pro executione articulorum pacis ſuperiori anno factæ, ibidem habiti, in publicum prodiiſſe, cum aliis publicis ſolemnitatibus, & quidem menſe Septembri, ut fuſe enarrat Cl. LOCHNERUS (a) *M. Imp. ar.* a

LV.

1649. FRIDEN. DANCKHFESTS GEDACHTNVS. DER STATT REGENSPVRG DEN 16. 8BRIS. S. *enatus* P. *opulus* Q. *ue* R. *atisbonenſis.* Inſcriptio hæc Germanica in ſeto oleagineo, lineis octo conſtans, adverſam nummi partem implet. Tab. XXXVI.

In averſa arca NOEMI in undis, ſupra quam columba volitans, ramum viridem roſtro fert, apparente ſuperne iride. Additur in ambitu verſus: SANCTA. COLVMBA. ORBI. CONSERVA. MVNERA. PACIS. & in imo ſcutum civitatis *Ratisbonenſis.*

Ratisbona vigore pacis Weſtphalicæ ſub finem menſis Septembris, anno, in nummo expreſſo, milite evacuata fuit; quod beneficium inſecuto menſe omni ceremoniarum genere celebre egit; unde nummus hic ortum ſuum haud dubie traxit (b). *M. Imp. ar. ſicilic.* b

LVI.

IMP. *erante* FERDINAN. *do* III. P. *io* F. *elici* AVGVSTO PACIS EXECVTIO DECRETA NORIBERGÆ MDCL 16. IVNI. *i.* Inſcriptio hæc, octo lineis diſtincta, adverſam nummi partem ornat, cui in imo parmula adpoſita civitatis *Norimbergenſis*: addito in fine crucis ſigno.

DVCATVS REIPVB *licæ* NORIMBERG *enſis.* Aquila ſimplex panſis alis, cui a manu, e nubibus ſuperne porrecta, ſertum imminet.

Argumentum nummi ſufficienter exponit ipſa epigraphe adverſæ: æra ſiquidem in illa ſignata, *receſſus* executionis articulorum pacis tandem aliquando *Norimbergæ* ſubſcripti, & ſolemniter publicati fuerunt. Id unum hic obiter monendum: diem XVI. Iunii ſecundum ſtilum ve-

(a) Ad an. 1739. pag. 305.

(b) Theatr. Europ. P. VI. p. 1078.

Tab. XXXVI. veterem accipiendum. *M. Imp. au.* I. *duc.*

Prodiit quoque is ipſe nummus aliquanto maiori forma: at cum averſa nummi ſequentis: excepto, quod manus, ſupra globum terreſtrem poſitæ, omiſſæ ſint.

LVII.

IMPER. *atori* EERDINANDO III. P. *io* F. *elici* AUGUSTO. Hæc in epigraphe. In umbone legitur: GEDACHTNVS DES FRIDEN. VOLLZIEHVNGS SCHLVSS. IN NVRNBERG 1650. 16. IVNII. Id eſt: *memoria executionis pacis decretæ Norimbergæ anno*, quo ſupra. Inſcriptioni huic, ſeptem lineis abſolutæ, tres parmulæ incumbunt: ſuperior inter palmæ & oleæ ramos aquilam *Imperialem*, pectore teſſeram *Auſtriæ* ferentem, ſiſtit: binæ inferiores ad Norimbergenſes attinent.

In ambitu poſticæ ſequens chronoſtichon, eundem notans annum, legitur: MAGNAS FERTE DEO GRATES PRO PACE RELATA. Duæ manus ex orbe terraqueo in altum porrectæ, quibus manus, e nubibus proveniens, ſertum applicat. Quatuor triquetræ, uti & in antica, floribus ac parergis ornantur. *M. Imp. ar. ſemunc.*

Idem nummus minori aliquantum modulo prodiit, nec differt ab iſto: niſi quod in adverſa bina *Norimbergenſia* ſcuta deſint, & pondere tantummodo habeat ſicilicum. Porro occaſio percuſſi nummi liquet cum ex epigraphe adverſæ, tum ex commentariis duorum antecedentium nummorum.

(a) Sæpe laud. Per. x. §. XLI. p. 3058.

LVIII. FERDINANDUS III. IMP.

Antica in corona laurea hanc inſcriptionem præfert: FERDI. *nandi* III. PIETAS. ET IVSTITIA IVNCTA PACI.

Altera pars duas parmulas, iuxta poſitas, cum teſſeris *Auſtriaca* & *Carinthiaca* exhibet, inter notas temporis, ſuperne & inferne locatas: 24. IVLI. *i* 1650.

Subſcripta cum Suecis Principali executionis pacis conventione, ut ad num. LVI. vidimus, magna ubique lætitia ſecuta eſt, atque inprimis etiam *Viennæ*, ubi Cæſar ad diem XXII. Iulii edictum per univerſum Imperium publicavit: ne quis contra pacem quidquam tentaret, ut Cl. STRUVIUS ex PUFENDORFFIO tradit (a). Extat hoc edictum quoque in Theatro Europæo (b), ſed ubi dies XXVII. Iunii ſubſcribitur. Verum factum iſtud ad diem XXIV. Iulii, ſaltem apud Carinthiacos, qui nummum fieri curarunt, referendum eſſe, ex inſcriptione averſæ eius partis addiſcimus. Ceterum inſcriptione partis adverſæ ad FERDINANDI ſymbolum adludi, forte haud opus eſt, ut moneamus. *M. S. B. ar. pond.* I. *dr. & G. C. ſuppl.* I. *tab.* XII. *n.* 127. *p.* 123.

LIX.

FRIDEN GEDACHTNUS IN NURNB: *erg.* Puerulus equo ligneo inſidens, eumque virga concitans, obequitat. Additur hinc inde æra 1650.

VIVAT FERDINANDUS III: ROM: *anorum* IMP: *erator* VIVAT. Supra hanc inſcriptionem, quin-

(a) Sæpe laud. Per. x. §. XLI. p. 3058.

(b) Part. VI. p. 1650. col. II.

FERDINANDUS III. IMP.

que lineis absolutam, cernitur in superiori triquetra *Imperii* aquila biceps coronata, pectore parmulam gerens *Burgundo-Austriacam*.

Publicæ lætitiæ conteſtandæ cauſſa, & quia a vafro quodam homine ad id inducti erant pueri Norimbergenſes, ligneis ſibi comparatis equis, magno numero ante ædes Ducis D'AMALFY, primarii Cæſaris Legati, obequitabant; ſpe lactati, fore, ut ab eodem in memoriam decretæ pacis argenteum nummum acciperent; Dux innocuum hunc exercitum admiratus, reique cauſſa, ac puerorum deſiderio accepto, poſt octo dies redire iubet: pro quibus interea nummum hunc quadratæ formæ, qui a typo adverſæ STECKEN - REÛTER - PFENNING nuncupari ſolet, feriri, iisque condicto die redeuntibus diſtribui
a fecit (a). *M. Imp. ar. pond.* 1. *dr.*

Plures alii, præter hos, nummi, ad pacem Weſtphalicam pertinentes, reperiuntur quoque, præfixi Actis *Pacis publicæ*, nec non *Executionis* eiusdem, a V. C. *Ioh. Gottfrid. a* MEIERN concinnatis. Quos inter ſequentem hunc non immerito recenſemus: In adverſa protome Imperatoris armata, cum laurea ſimul & corona clauſa in capite viſitur, oleæ ſimul & palmæ ramo unacum reliquo torevmatico opere, cui FERDI. 3. inſcriptum, ſertum efformantibus, incluſa. In ambitu vero legitur: ER SCHAFFET DEINEN GRÆNTZEN FRIEDE
b i. e. *poſuit fines tuos pacem* (b). In altera parte figura muliebris laurea exornata, ac tubam inflans, curru triumphali, ab aquila & leone tracto, vehitur: ſubiecta in exergo inſcriptione: PAX GERMANIS. (c) c

Tab. XXXVI.

LX.

Adverſa in medio areæ clypeum oſtendit, in quo aquila *Imperii* biceps coronata, pectore effigiem Imperatoris laureati, dextraque elata globum crucigerum tenentis, præferens. Reliqua area hac inſcriptione, duodecim lineis abſoluta, impletur: DEI GRA: *tia* DIVI FERDINANDI III ROM *anorum* IMP *eratoris* INVICTISSIMI SEMPER AUGUSTI GERMANIÆ HUNGARIÆ BOHEMIÆ REGIS ARCHIDUCIS AUSTRIÆ AUSPICIIS IMPERIALIBUS, cui iungenda altera, quæ in peripheria averſæ legitur: MAGDEBURGUM RESTAURATUR ANNO MDCXXXVIII. Scutum eiusdem civitatis, & in inferiori area a ſiniſtris clavi decuſſati, ſignum monetarii, cuius ſiglæ P. S. e regione apparent.

Cum TILLIUS ſub initium belli Suecici, id eſt anno 1631. hanc urbem gravi obſidione cinctam, aſſultu cepiſſet, licentia irati militis eo progreſſa eſt, ut flamma ferroque vix non tota abſumeretur. Tum anno ſequenti ineunte iterum a Suecis, atque anno demum 1636. a Saxonibus deditione capta fuit, in quorum poteſtate ad annum 1646. remanſit, quo, præſidio Saxonico abſcedente, ſuo milite uti, ac pace dein Germaniæ reddita, ſub auſpiciis Cæſareis reſtaurari cœpit (d). *M.S. B. unc.* d

PRO-

(a) Theat. Europ. P. VI. p. 1078. Obſervat. Hamburg. P. IV. p. 65.
(b) Pſ. CXLVII. 14.
(c) Act. pac. publ. P. II. ante libr. IX.
(d) Vid. Thaler - collect. Hamburgi 1639. p. 47.

PROLES FERDINANDI III. IMP.

BREVIARIUM VITÆ
FERDINANDI IV. ROM. REGIS, ELEONORÆ MARIÆ,
AC
MARIÆ ANNÆ IOSEPHÆ.
EX NUMMIS.

Tab. XXXVII. FERDINANDUS IV. FERDINANDO III. Imp. ex MARIA ANNA, PHILIPPI III. R. Hiſp. filia, die VIII. Septembris 1633. progenitus, annum ætatis tertium ſupra decimum nondum exegerat, cum liberali patris Auguſti voluntate 1646. die v. Aug. Rex Bohemiæ ſalutatus (1. 2.) atque altero poſt anno, nondum elapſo, die XVI. Iunii corona Hungariæ redimitus fuit. (3. 4.)

Secundum hæc edictis a patre Cæſare Ratisbonam comitiis (13. 14.) de eligendo Romanorum Rege agitur. Itaque Electores *Auguſtæ Vindelicorum*, quo ſe ad ineunda ſuffragia contulerant, die XXXI. Maii FERDINANDUM noſtrum Regem iubent (16.): atque inde Ratisbonam reduces, ſolitis ceremoniis corona exornant (5 - 15.); non ſine ingenti ſpe, fore, ut novus Rex PRO DEO ET POPULO, quod quidem lemma in ſymbolum ſibi delegerat (2. 3. -- 14.) præclara olim geſturus, patriæque profuturus eſſet, ut qui maxime.

Verum ſpes hæc Germaniam omnem brevi deſtituit, cum Princeps optimus anno inſecuto morbillis (morbo Auſtriacis admodum fatali) ingenti omnium luctu atque deſiderio extinctus fuit. *Theatr. Europ. alii.*

Tab. XXXVIII. ELEONORA MARIA, Imperatoris FERDINANDI III. filia, ex cognomine *Mantuana* matre Auguſta die XXXI. Maii 1653. orta, primum MICHAELI Poloniæ Regi (18 - 21. 23.) in matrimonium tradita, & anno 1670. ſolemni ritu corona Poloniæ (21. 22.) redimita fuit. Defuncto Rege MICHAELE 1673. CAROLO V. Lotharingiæ Duci, Heroi fortiſſimo, anno 1678. ſecundis votis iuncta (24.), titulum *Reginæ Poloniæ* in nummis conſervavit (25.). Fecunda mater ſex liberorum, ſecundum vidua facta, extremum ſpiritum effudit die XVII. Decemb. 1697.

MARIA ANNA IOSEPHA, natu ultima filiarum FERDINANDI III. Imp. ex ELEONORA *Mantuana* Auguſta, *Ratisbonæ* in mundum edita XXX. Decemb. 1654. IOANNI WILHELMO Comiti Palatino (26.) uxor data XXV. Octobr. 1678. tandem diem obivit Wiennæ 1689. ætatis anno 35. *Idiem.*

FER-

PROLES. FERDINANDI III. IMP.

FERDINANDI IV.

REG. RO.

NUMMI MNEMONICI

ET ICONICI.

I.

Tab. XXXVII. Antica ſub corona arcuata ſiſtit litteram F. maiuſculam, cum numero Romano IV. Adpoſita eſt hinc & inde in medio nota chronologica 1646. reliqua area quatuor palmæ ramis conſperſa.

Poſtica inſcriptionem, ſeptem lineis expreſſam, continet, quæ cum ſiglis partis anticæ hunc in modum iungenda: F *erdinandus* IV. ARCHIDVX AVSTRIÆ CORONATVS IN REGEM. BOHEMIÆ 5. AVGVSTI. 1646.

Miſſilis hic nummus in Archiducis coronatione Pragæ, totius regni Bohemiæ metropolis, tam in argento, quam auro ſparſus, ut teſtatur Auctor Theatri Europæi, eandem fuſe deſcribens (a). *M. Imp.* BUOL. *& S. B. ar.* a

II.

FERDINANDVS. IV. ARCHID: *ux* AVSTRIÆ CORONATVS IN. REGEM BOHEMIÆ 5. AVGVSTI. 1646. Inſcriptioni huic, ſex lineis conſtanti, imminet corona regia Bohemica, duobus palmæ ramis quaſi ſuffulta & exornata.

Ex altera parte ara, cuius frons ſingulis lauri & palmæ ramis, in decuſſim poſitis, exornata eſt. In ea gladius bellator, duobus olivæ ramis, efformantibus in ſummitate ſertum, circumvolutus, erigitur, eidem ſerto incluſum. Ab eius dextris vas ardens, ſeu acerra fumans conſiſtit, a ſiniſtris vero pentagonum, circumadſcripta voce YΓIEIA, & in ambitu: PRO. DEO. ET. POPULO. Tab. XXXVII.

Hoc lemma FERDINANDUS pro ſymbulo aſſumpſit, figuris emblematicis hic pulchre iuxta atque perite expreſſum; ut qui poteſtate Regia, quæ per fulmen ſignificatur: pace, quæ, oleæ ramo, ac bello, quod per gladium adumbratur: PRO DEO, id eſt *Dei Honore*, cuius acerra: ET POPULO, id eſt *populi ſalute*, cuius pentagonum ſymbolum eſt, uſurum ſe, hoc monumento publico innuit. HYGIEIA enim (nam hoc ſolum emblema non tam, ut cetera, notum eſt) idem ac latinis SALUS eſt, qua in nummis veterum nihil frequentius. Pingebatur quidem conſueto more figura muliebris ſtolata ſtans, vel ſedens in ſolio, pateram tenens, iuxta aram, cui anguis, caput attollens, involutus. Vel ſimilis mulier ſerpente & patera duntaxat inſtructa, ſtans, illumque quaſi paſcens, repræſentabatur, id quod ex dictis eruditæ vetuſtatis reliquiis abunde conſtat. At nihilominus etiam aliter exhibebatur apud Græcos. Nam Rex Syriæ ANTIOCHUS, cognomento SOTER, militibus *Hygieias* ſymbolum, *pentagoni forma* dediſſe, docet SWERTIUS ex LUCIANO (b.). Ceterum etiam hunc nummum miſſilem fuiſſe, dubio caret. *M. Imp. & S. B. ar. pond.* 1. *dr.* b


III.

(a) Tom. v. pag. 906.
(b) Ad Abr. ORTELII Deorum Dearumque capita lib. II. fig. LVII. in Theſ. antiq. Græc. GRONOV. vol. VII. p. 295. edit. Venet.


FERDINANDI III. Imp. Proles. Tab. XXXVII.

FERDINANDVS IV. Rom. Rex.


I.




II.




III.




IV.




V.




VI.




VII.



VIII.



IX.




X.



XI.




XII.



XIII.




XIV.




XV.



XVI.



XVII.



Peter Mayer Del: et sculpsit.

Monum. Aust. T. II. P. II.

ad p. 248. Oo

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Tab. XXXVII.

III.

Antica cum num. I. convenit, excepta nota temporis, quæ est 1647.

Postica inscriptionem, in antica inceptam, inter duo parerga sic continuat: REX BOHE*miæ* ARCH. *idux* AVSTR*iæ* CORONATVS IN REGE. *m* VNGARIÆ 16. IVNY.

Altera hæc est regia corona, quam FERDINANDUS noster anno, ex quo Bohemicam obtinuit, nondum elapso, adeptus est. Coronationis huius solemnia, in festo SS. TRINITATIS peracta, fuse descripta reperies in mox laudato Theatro Europæo (a): qua occasione nummi quoque *missiles* aurei, argenteique populo sparsi fuerunt, ex quorum numero & is est, cuius ectypon hic damus. *G. C. suppl.* II. *tab.* XXXVIII. *n.* 26. *p.* 673.

IV.

Adversa sub corona Hungarica, duobus palmæ ramis exornata, hanc inscriptionem offert: FERDINAND*us* IV. REX. BO: *hemiæ* ARCH *idux* AVS *triæ* CORONATVS IN. REGE. *m* VNGARIÆ. 16. IVNY A *nno* MDCXLVII.

In postica sceptrum erectum, oculo *Divinitatis* fastigiatum, pone quod per transversum scheda erratica, cui inscriptum Regis symbolum: PRO DEO ET POPVLO.

Symbolum a FERDINANDO, facto Rege Bohemiæ assumptum, hic denuo recurrit, cum sceptro, regnantium signo, quod qua ratione intelligendum sit, ex num. II. patet. *M. Imp. ar.* I. *dr. & in au.* ½. *duc. M. S. B. au.* I. *duc.* PROLES FERDINANDI III. IMP.

V. VI.

Sub corona Cæsarea, inter duos palmæ ramos collocata, hæc inscriptio in utroque legitur: FERDINAND: *us* IV. HVNG: *riæ* ET. BÖH: *emiæ* REX CORON: *atus* IN. REGEM ROMANORVM XVIII. IVNY: MDCLIII.

Cetera præcedenti ex asse respondent.

Dies XXXI. Maii anni 1653. illuxerat, quo FERDINANDUS IV. Hungariæ Bohemiæque Rex, *Augustæ Vindelicorum* Rex Romanorum electus fuit: inde cum Augusto patre *Ratisbonam* rediens, ibidem die XVIII. Iunii diadema suscepit. Ephemerides huius electionis, coronationisque, apud SCHLEDERUM in Theatro Europæo reperiuntur. Nos nummos, factorum horumce memoriam conservantes, prosequimur. *M. S. B. ar. pond.* I. *dr.* 4. *gr. &* ½. *dr.* 10. *gr. Maior ibid. ex auro quoque reperitur.*

VII. VIII.

Non discrepant hi duo nummuli a præcedentibus, nisi forma, seu modulo, & pondere, itemque quoad modicam sculpturæ varietatem. Inter se ipsos exiguum etiam discrimen ostendunt, non nisi data opera animadvertendum. Unde vel ideo operæ pretium esse putavimus, eorum hic dare designationem. Om-

(a) Tom. V. ad h. a. p. 1066. col. 2. seq.

PROLES FERDINANDI III. IMP.

nes porro quatuor *miſſiles* fuiſſe, indubium eſt. *Ib. ar. pond. tertia pars. dr.*

IX.

Etſi & hic quoque a præcedentibus parum differat, delineandus tamen videbatur; ut conſtaret, aliam formam nummariam pro argenteis, pro aureis, qualis hic eſt, aliam fuiſſe adhibitam. Hic certe cum nullo præcedentium ex aſſe convenit, ut vel ex ſolis ſtellulis, in fine adverſæ adpoſitis, manifeſtum fit. *M. S. B. au.* 1. *duc.*

X.

Nummi huius utraque pagina cum præcedentibus, præſertim num. v. vel VI. convenit, exceptis magnitudine & metallo. Quanquam autem illos priores *miſſiles* fuiſſe ſatis conſtet; hunc tamen ex eorum numero, tum ob ſuam magnitudinem, tum ideo etiam eximimus, quod ſupra laudatus Theatri Europ. auctor diſerte teſtetur, nullum populo miſſum fuiſſe, qui ultra binos appenderet *dugatos* (a), hic autem quatuor æquet. Quare deſignationem illam, tabulæ æri inciſæ, in laudato theatro impreſſam, quamvis *miſſilis* nomen gerat, ex maiori tamen modulo hoc, aut ad arbitrium iconographi factum fuiſſe ſuſpicamur, non ad formam & magnitudinem ceterorum, qui revera *miſſilium* loco erant. Atqui exinde confirmari putamus dicta ad num. IV. in FERDINANDO III. ubi id genus maioris ponderis nummos Magnatibus, ſeu aulæ Miniſtris de manu diſtributos fuiſſe diximus. *M. D. de* FRANCE, *& S. B. au. pond.* 4. *duc.* Tab. XXXVII.

(a) Theat. Europ. P. VII. p. 361. col. 1.

XI.

FERD. *inandus* IIII: D.*ei* G.*ratia* ROMAN. *orum* REX. SEMP.*er* AVG. *uſtus.* Protome Regis armata cum paludamento, focali denticulato, & aureo vellere: capite laureato ad lævam verſo, cum longa cæſarie, ad tergum uſque defluente.

Poſtica cum præcedentibus congruit, cum hoc exiguo diſcrimine, quod palmæ rami, pone ſchedam poſiti, ſupra eam multum emineant: ſecus ac in ceteris.

Eiusdem hic nummus cum præcedenti uſus fuiſſe videtur, Proceribus nimirum, fortaſſe non ſolum ſub coronationis ſolemnia, ſed ex poſt, ubi res & occaſio exigeret, pro honorario diſtribui ſolitus. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.* 1. *dr.*

Extat ſimilis quoque adverſa in tabulis HERÆI, cum ea ſolum diſcrepantia, quod chalcographus eiusdem licentiam ſibi denuo ſumpſerit, & poſticam nummi partem omittendi, & anticæ orbes ac circulos adponendi; ut formam redderet grandiorem. Hinc ab iterata eius delineatione facile abſtineri poſſe iudicavimus.

XII.

FERDINAND. *us* IV. RO. *manorum* REX. Effigies FERDINANDI ut num. præcedenti.

Adverſa cum ſuperioribus convenit, excepto, quod hic, omiſſa

Tab. XXXVII. omiſſa ſcheda, lemma Regis in peripheria legatur.

Hic nummulus a privato fortaſſe ſignatus, eandem facile cum antecedentibus occaſionem habuit. *M. Imp. ar. pond. ſemidr.*

XIII.

Antica inſcriptionem, ſex lineis comprehenſam atque parergis cinctam, exhibet: IN. MEMORIAM. REGIÆ CORONATIONIS. ET. COMITIORVM. RATISB: *onenſium* ANNO. M.DCLIII. In imo ſiglæ artificis H F contractis litteris.

In poſtica aquila biceps, globo Imperii crucigero inſiſtens, altero capite coronato ſolem, altero, corona pariter redimito, populum intuetur, adiecto in ambitu verſu:

RESPICIT HÆC POPVLVM. RESPICIT ILLA POLVM.

In receſſu ſchema urbis *Ratisbonenſis.*

Numiſma explicatione non indiget, cum illam inſcriptio partis adverſæ abunde ſuppeditet. Id unum animadverſione non indignum, adludi hic eleganter ad Regis ſymbolum: & quamvis duplex aquila Imperatori magis, quam Romanorum Regi debeatur; quia tamen ſingula hæc futura magis, quam præſentia tempora (quippe cum Romanorum Regi, Imperatore adhuc in vivis degente, haud par in Imperio poteſtas competat) reſpiciebant; ad exprimendum ſymbolum ſuum, duplici aquila non incongrue utebatur. *M. S. B. au.* 10. *duc. M. Imp. ar. pond. ſemunc.* PROLES FERDINANDI III. IMP.

XIV.

Non multum differt hic a præcedenti, quin ab eodem artifice confectus eſt, ut ex ſiglis, in imo margine partis adverſæ poſitis, patet. Totum fere diſcrimen in magnitudine, & corona laurea, quæ hic inſcriptionem ambit, conſiſtit. *M. S. B. ar pond.* 1. *dr. G. C. locul.* 11. *tab.* V. *n.* 39. *p.* 83.

XV.

IMP*erator* ET REX FERD*inandi* III ET IV PAT.*er* ET FIL*ius* PII AVG*ufti.* Protomæ amborum armatæ, cum palliis, capitibus iugatis & laureatis, ad ſiniſtram converſis.

Elegantem hunc nummum iconicum anno demum 1653. cuſum fuiſſe tenemus; etſi enim FERDINANDUS IV. *Rex* ſine additamento *Romanorum* ſcribatur: patet tamen cum ex habitu vultus, tum ex laureola, quam capite gerit, *Regiam Romanorum* dignitatem, quam prædicto anno adquiſivit, hoc loco intelligi debere.

Quantam feſtivitatem iucunditatemque univerſo non modo populo Auſtriaco, ſed toti Imperio Romano attulit, Auguſtum patrem Cæſarem revereri, ſimulque intueri Auguſtum eius filium Regem Romanorum: ad tantam maioremque triſtitiam contorſit rempublicam Chriſtianam huius immatura mors, quæ Principem, tribus coronis iam fulgentem, in ipſo ætatis flore, annorum ſcilicet XXI. variolis

PROLES FERDINANDI III. IMP.

riolis e numero viventium IX. Iulii 1654. abripuit. *M. Imp. ar. pond. ſemunc.* I. *dr. fuſ.*

XVI.

Anterior pars columnam ſiſtit, inter armorum congeriem erectam: eidem impoſita eſt aquila *Imperii* biceps coronata, gladium ſceptrumque tenens. Additur in ambitu verſus:

HOSTIS VT VMBRA CADET SED NON CADET ISTA COLVMNA.

Pars poſterior in ſerto, ex ramo palmæ & lauri nexo, ſequentem continet inſcriptionem: AVGVSTISSIMÆ ORBIS. COLVMNÆ APVD SE ELECTÆ ET. ERECTÆ FERD: *inando* IV. FIDELIS AVG. *uſta* VIND: *elicorum* A *nno.* 1. 6. 5 3.

Gratulantur ſibi Auguſtani ob electionem FERDINANDI, apud ſe factæ. Contigit id die ultima Maii anno in nummo expreſſo, ut ſuperius iam meminimus. Tum vero gratulantur & Regi Romanorum ob adeptam coronam, ſeſeque Regiæ tutelæ commendant.

Iidem Auguſtani paullo ante, die nimirum XXII. Maii, nummos aureos quingentos FERDINANDO III. Cæſari obtulerant, quorum adverſa effigiem Auguſti, averſa hæc verba continebat: AVGVSTISSIMO AVGVSTA VINDELICORVM (a). *M. Imp. ar. pond.* I. *dr.*

XVII.

VIVAT. FERD: *inandus* IIII. ROM. *anorum* REX 1653. Voto huic, quatuor lineis diſtincto, imminet corona Imperialis inter duos palmæ ramos. Tab. XXXVII.

Poſtica pantheram *Styriæ*, in tetragono, parergis ornato, ſiſtit.

Nummus hic argumento eſt: Styriæ quoque Ordines ob peractam feliciter Regis Romanorum coronationem, publico hoc monumento, fortaſſe inter ſigna lætitiæ populo ſparſo, applauſum feciſſe. *M. Imp. & S. B. ar. pond. ſemidr.*

ELEONORÆ MARIÆ, REGINÆ POLONIÆ, NUMMI.

XVIII.

MICHAEL D. *ei* G. *ratia* REX POL: *oniæ* M. *agnus* D: *ux* LIT: *huaniæ* RUS: *ſiæ* PRUS: *ſiæ* MAS *ſoviæ* SAM: *ogithiæ* &c. &c. Protome Regis armata cum paludamento, capite corymbio obtecto, laureato & ad lævam converſo. In imo figlæ artificis I H. Tab. XXXVIII.

In area poſticæ a dextris aquila ſimplex ſupra globum terraqueum, inter ſolem & lunam conſtitutum, *Poloniæ* teſſera, pectore gerens ſcutum, cui eques argenteus in ſolo rubro impreſſus, *Lithuaniæ* ſymbolum, cernitur. Huic adiungitur aquila *Imperii* biceps coronata & expanſa, pectore oſtendens ſcutum *Auſtriaco-Caſtellanum*, ſymbolum videlicet *Cæſareo-Auſtriacum*. Comparet ſuperne oculus *Divinitatis*, radiis coruſcus, & ſub pedibus aquilarum ſcheda erratica, cui lemma votivum: CONCORDES PERENNENT, inſcriptum.

(a) Theatr. Europ. cit. tom. VII. p. 356.

FERDINANDI III. Imp. Proles. Tab. XXXVIII.

ELEONORA MARIA.


XVIII.




XIX.




XX.



XXI.



XXII.



XXIII.



XXIV.



XXV.



Maria Anna Iosepha.


XXVI.



Peter Mayer Del. et Sculpsit.

Monum. Auſtr. T. II. P. II.

ad. p. 252. P. p.



Tab. XXXVIII. ptum. In margine autem ſequens hexametron legitur:

SACRO AQVILÆ NEXU COALESCUNT, AUSPICE COELO.

MICHAEL THOMAS KORYBUTH WISNIOWIZKY, e Ducibus WISNIOWIZIIS, qui ex familia Lithuaniæ Magnorum Ducum & IAGELLONIS patruo deſcenderunt, anno 1669. die XIX. Iunii Rex Poloniæ renuntiatus, ELEONORAM MARIAM Archiducem, FERDINANDI III. Cæſaris filiam, ambiit, quam etiam miſſa ad LEOPOLDUM Imp. eius fratrem, legatione, ſponſam eodem anno obtinuit. Verum nonniſi quatuor annos ſceptrum tenens, fatis ceſſit X. Novembris. 1673.

Nuptiæ illæ celebratæ fuerunt anno 1670. die XXVII. Febr. (a), qua de cauſſa præſentem nummum ſignatum fuiſſe intuentibus patet. *Tab.* EBNERI.

a

XIX.

MICHAEL D. *ei* G. *ratia* REX POL: *oniæ* M. *agnus* D. *ux* LIT: *huaniæ* RUS: *ſiæ* PRUS. *ſiæ*. Protome Regis armata, adverſa fronte, cum paludamento, torque aurei velleris, focali, & capillis adſcititiis in capite.

ELEONORA MARIA D. *ei* G. *ratia* REGINA POL: *oniæ* ARCHID: *uciſſa* AUST. *riæ*. Protome Reginæ nonnihil adverſa, cum ſtola, veterum more plicata, capite pulchre comto, ac unionibus diſtincto.

Plura nobis ſuppetunt iconica eiusmodi numiſmata, quorum tamen occaſio in promptu haud eſt. Nihilominus, cum tam brevi regimine duæ tantum præcipuæ ſolemnitates, quibus nummi iconici ſignari ſolent, evenerint, nuptiæ nimirum atque coronatio: veriſimile eſt, ad alteram ex iis alterutros attinere. Quare cum nummus ſequens, in quo Regina coronata conſpicitur, ad coronationis ſolemnia recte referri poſſe videatur: ceteros, quibus hoc inſigne deeſt, ad nuptiarum ſolemnitatem non incongrue conſignari putamus. *Ibid.* PROLES FERDINANDI III. IMP.

XX.

Convenit hæc adverſa cum num. XVIII. omiſſo titulo SAM: *ogithiæ*.

ELEONORA MARIA D *ei* G *ratia* REGINA POL: *oniæ*. Protome Reginæ pulchre comtæ, fere ut num. præcedenti, ſed dextrum faciei latus obvertentis. *Ibid.*

XXI.

Anterior pars antecedenti itidem reſpondet, exigua variatione in fine tituli excepta.

Poſteriori latere idem, qui in præcedenti titulus, ſed integre ſcriptus legitur. Protome Reginæ cum ſtola, veterum ad inſtar, capite unionibus, & margaritis pulcherrime exornato, nec non corona radiata circa ſinciput redimito. In imo ſiglæ artificis I & B.

Ex hac corona colligimus, elegantiſſimum hoc numiſma ad coronationem, de qua nummus ſequens plura, ſpectare. *Ibid.*

(a) Id. ad h. a. p. 280. ſeqq.

PROLES FERDINANDI III. IMP.

XXII.

Adversa in tetragono, quod palmæ rami undique ambiunt, hanc inscriptionem, decem & octo lineis absolutam, continet:

ELEONORA MARIA IOSEPHA D. *ei* G. *ratia* REGINA POLON. *iæ* M. *agna* D. *ux* LIT. *huaniæ* RUS. *siæ* PRUSS. *iæ* MAS. *sovia* SAM *ogithiæ* KIOV. *iæ* VOL. *hiniæ* PODOL. *iæ* PODL. *achiæ* LIV. *oniæ* SMOL. *enski* SEV. *eriæ* CZER. *nichoviæ* NATA PRIN *ceps* REGIA HVNGA. *riæ* BOH. *emiæ* DAL. *matiæ* CRO. *atiæ* SCL. *avoniæ* ARCHIDUX AUSTRIÆ DUX BURG: *undiæ* STIR. *iæ* CARIN. *thiæ* CAR. *niolæ* WURT. *embergiæ* NEC NON SUP. *erioris* INF. *eriorisque* SIL. *esiæ* MARCHI *o* MOR *aviæ* AC SUP. *erioris* INF. *eriorisque* LUS. *atiæ* COM. *es* HABS *burgi* TYROL. *is* ET GORTZ (*Goritiæ*) FERDINANDI III. FILIA LEOPOLDI S *oror* GERMANIÆ IMPERATORUM FELICITER CORONATA VARS. *oviæ* ANNO MDCLXX. MENS *is* OCT. *obris* DIE XV.

In aversa figura muliebris, dextra crucem tenens, sinistra calicem, ex quo sacra Hostia prominet, efferens, *Religionis* videlicet typus. Hæc curru, qui a IUSTITIA, gladium & bilancem: & PACE, ramum oleæ tenente, tracto, vehitur, supervolitante columba, ramusculum olivæ adferente, superiusque in nubibus comparente oculo *Divinitatis*, radiis circumfuso, atque singula collustrante. Adiicitur in ambitu epigraphe, *ex Prov.* VIII. *v.* 30. CUM EO ERAM CUNCTA COMPONENS. In exergo parmula depingitur corona, palmæ ramusculis, decussatim impositis, *Wasarum* tesseras referens. Tab. XXXVIII.

Argumentum & occasio nummi ex inscriptione adversæ satis superque intelligitur. Id præterea rarum & forte sine exemplo est, quod longi adeo ac pleni tituli in nummo, eoque tam exiguo, compareant. *M. Imp. au.* $1\frac{1}{2}$ *duc.*

XXIII.

MICH. *ael* D. *ei* G. *ratia* REX. POL. *oniæ* M. *agnus* DUX. LIT. *huaniæ* RUS. *siæ* PRUS. *siæ* MAS. *soviæ* SAM. *ogithiæ* V. *olhiniæ* K. *ioviæ* PODL. *achiæ* PO. *meraniæ* L. *ivoniæ* SM. *olenski* S. *everiæ* C. *zernichoviæ* Z. *cetera.* Ita siglas, in epigraphe titulorum loco positas, ex SAMMARTHANIS cum SPENERO interpretamur (a). a Protome Regis armata, cum fascia militari, focali denticulato, & capillamento ornata, inoperto capite obverso, & nonnihil ad sinistram respiciente.

ELEONORA REG. *ina* P. *oloniæ.* Effigies Reginæ ad pectus, cirratis capillis, a quibus tænia defluit.

Inspicienti priorem hanc nummi partem continuo patet, eam ad anteriorem non attinere; ac profecto diversi sunt typi nummarii, quos HERÆUS matrimonium significandi caussa coniunxit.

Utraque nummi pars intra annos 1669. quo MICHAEL Rex Poloniæ salutatus est, & 1673. quo vitam posuit, cusa fuit. *T. H.*

XXIV.

(a) Op. speciali lib. III. c. 30. p. 693.

Tab. XXXVIII.

XXIV.

ELEONORÆ. AVSTRIACÆ. ET CAROLO LOTHARINGICO. FLVIT. EX. ASTRIS. OMNIS. FELICITAS. Hæc integra utriusque partis epigraphe, insimul chronographicum, æram Christi 1678. indicans, complectitur.

Adversa effigies amborum, obversis vultibus, pectore tenus exhibet: CAROLUS torque aurei velleris, focali denticulato, cæsarie, & laurea insignis: ELEONORA mundo muliebri comta, capite gestat coronam apertam, ex quo prominet sertum.

In aversa duo capita, viri nimirum feminæque, quæ aversa, basi imposita, duo corda iuncta sustinent, ex quibus erumpentes flammæ corona cinguntur, in quam Divinum Numen, superne in nubibus comparens, ex urna rorem demittit, radiisque hinc & inde collocata *Lotharingiæ Austriæque* scuta collustrat: illud aperta, hoc clausa corona obtectum.

CAROLUS V. Dux Lotharingiæ Wiennæ Austriæ in lucem editus 1643. die III. Aprilis, ELEONORAM MARIAM post mortem MICHAELIS, Poloniæ Regis, quinque annos viduam, duxit uxorem 1678. die VI. Febr. cum qua secundum matrimonium habuit. Ex hac æra nuptiarum, quemadmodum & ex emblemate numismatis, colligitur tempus & occasio eiusdem.

Ceterum quis duobus illis capitibus, in parte postica expressis, designetur, ex his IUSTINI (a) verbis clare intelligitur: *Ante Deucalionis tempora Regem habuere* (Athenæ) CECROPEM; *quem, ut omnis fabulosa est Antiquitas, biformem tradidere, quia primus marem feminæ matrimonio iunxit.* Itemque ex his ATHENÆI (b): *Athenis primus* CECROPS *unam uni iunxit, cum antea inverecunde congrederentur, ac communia cunctis matrimonia essent: quare etiam quibusdam visus est biformis appellatus fuisse. M. S. B. ar. deaur. pond. 2½. unc.* PROLES FERDINANDI III. IMP.

XXV.

ELEON*ora* MAR.*ia* AVSTRIACA. REGINA. POL.*oniæ* DVCISSA. LOT.*haringiæ* C.*alabriæ* B.*arri* G.*eldriæ.* Ita legit posteriores has siglas Cl. & Rev. CALMETUS, loco infra citando, in nummo CAROLI V. Ducis Lotharingiæ, mariti ELEONORÆ nostræ. Protome Reginæ veterum more stolatæ, cirratis capillis, capite inoperto, dextrorsum conversо. CALMET *Hist. de Lorraine tom.* II. *nouv. edit. col.* 91. *tab.* VI. *n.* 100.

MARIÆ ANNÆ IOSEPHÆ.

NUMMI.

XXVI.

I.*ohannes* W.*ilhelmus* C.*omes* P.*alatinus* R.*heni* S.*acri* R.*omani* I.*mperii* ARCHIT.*hesaurarius* ET EL.*ector* B.*avariæ* I.*uliaci* C.*liviæ* ET M.*ontium* D.*ux* C.*omes* V.*eldentii* S.*panhemii* M.*arcæ* R.*avensbergæ* ET M.*ersiæ* D.*ominus* I.*n* R.*avenstein.* Protome eius

(a) Lib. II. c. VI.

(b) Lib. XIII.

PROLES FERDINANDI III. IMP.

eius armata cum paludamento & torque aurei velleris, capite corymbio, seu capillis adscitiis obtecto, & ad lævam respiciente.

Deficiente nummo, MARIÆ ANNÆ iconem referente, exemplo HERÆI effigiem mariti eius exhibemus. Viginti annorum erat IOHANNES WILHELMUS *Neoburgicus*, cum hanc nostram uxorem accepit; natus quippe anno 1658. die XIX. Aprilis. Illa demortua ad secundas nuptias transiit cum MARIA ANNA LUDOVICA, COSMI III. *Florentini* filia, tandemque mortem obivit VIII. Iulii 1716. ætatis LVIII. *T. H.*

MONITUM

AD SEQUENTES DUAS SUPPLEMENTORUM TABULAS

Qui in duabus tabulis, ad calcem hic reiectis, continentur nummi cum mnemonici tum usuales, per decursum huius voluminis, haud secus ac in priori illo, expositi fuerunt. Singulis numeros Arabicos, paginam, qua quisque reperiendus est, notantes, subiecimus; ut ea ratione Lectorum commoditati consuleremus: secus ac in priori parte factum est, ubi similes notas neglectas fuisse, modo pœnitet.


Ceterum nemo quisquam existimet, hisce supplementis rem omnem confectam esse, atque integram Augustæ Gentis extare nummothecam. Cum in aliis locupletioribus nummophylaciis plures adserventur elegantes nummi, quorum ectypa aliquando ceteris, quæ fortasse sequentur, huius tomi Partibus, inserendæ erunt, ut in præfatione iam monuimus. Sæpe etiam a privatis nonnulla nobis inter scribendum oblata sunt, quæ in instructissimis thesauris frustra quæras. Quocirca hic unum saltem præterire nolumus, cuius adversa cum postica parte tab. XVI. num. XXXI. convenit, altera cum num. XXXII. Sed cum illa prior, utpote ab exemplo detrito desumpta, ibidem male delineata fuerit, eandem in his supplementis num. XXXIII. repetere visum est, ubi insimul animadvertimus, in altari illo Sanctissimam Triadem repræsentari. Christum enim Dominum, cruce instructum, atque a dextris consistentem, clare iam intuemur; a sinistris vero Patrem cœlestem, dextra globum crucigerum ut Dominum universi, sinistra sceptrum tenentem. Supervolitat in columbæ specie Spiritus Sanctus. Ante illos liber cernitur apertus. Denique Elector ille, primum a dextris occupans locum, haud quaquam cor offert, sed manum libro imponit. Ex quibus omnibus clare patet, nummo illi aliam tribuendam esse explicationem, atque ad iuramentum illud, quod Principes ante electionis actum præstare solent, respici. *Adservatur nunc in M. S. B. ar. deaur. pond. semunc. 2. dr.* Tab. XXXVIII.

FINIS

TOMI II. PARTIS II.

Supplementa ad nummos Austriacos. Tab. XXXIX.

I.



p. 42.

II.




p. 58.

III.




p. 94.

IV.




p. 94.

V.



p. 97.

VI.



p. 97.

VII.



p. 98.

VIII.



p. 100.

IX.



p. 100.

X.



p. 101.

XI.




p. 101.

XII.




p. 103.

XIII.




p. 104.

XIV.



p. 104.

XV.



p. 124.

Peter Mayer del. et sculpsit.

Monument Austr. T. II. P. II.

ad p. 256. Qq.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Supplementa ad nummos Austriacos. Tab. XL.

XVI.




p. 128.

XVII.



p. 130.

XVIII.



p. 133.

XIX.



p. 141.

XX.



p. 142.

XXI.



p. 142.

XXII.



p. 142.

XXIII.




p. 143.

XXIV.



p. 144.

XXV.



p. 145.

XXVI.



p. 153.

XXVII




p. 164.

XXVIII.




p. 164.

XXIX.



p. 165.

XXX.



p. 167.

XXXI



p. 167.

XXXII.



p. 169.

XXXIII.

p. 256.

Peter Mayer del. et Sculpsit.

Monument. Austr. T. II. P. II. *ad p. 256. Rr.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

INDEX I.

Summa capita chartarum, diplomatum, ceterorumque documentorum, quæ Parte I. huius Nummothecæ ad Prolegomena, probationum loco, allata ſunt, ordine chronologico percenſet.

I.

Circa Annum 1228. LEOPOLDI VII. Ducis Auſtriæ, ſtirpis Babenbergenſis, privilegia, Flandrenſibus, qui Wiennæ monetas primo cudebant, conceſſa. *p.* 249.

II.

- - - RUDOLPHI I. R. Reg. diploma, quo Epiſcopo cuidam ius ſignandi monetas elargitur. *Ibid.*

III.

- - - Eiusdem privilegium, quo Nobili cuidam facultatem concedit, novam monetam cudendi. *p.* 250.

IV.

1279. 22. Octobris. ULRICUS Comes de *Heunnburch* & AGNES *Auſtriaca* eius uxor, RUDOLPHO I. R. Rom. cedunt bona, in Carinthia & Auſtria ſita; in quæ ante ius ſibi competere contendebant, ſed ab OTTOCARO R. Bohemiæ eis certa pecuniæ ſumma, ſine prætenſionis loco obtruſa, eoque nomine hypotheca conſtituta erat; reſervata tamen ſibi dicta hypotheca uſufructuaria, donec illis de ſorte ſatisfiat. *p.* 250.

V.

- - - - Supplementum ad proxime præcedens inſtrumentum. *p.* 252.

VI.

1281. 1. Iunii. Diploma RUDOLPHI I. R. Rom. quo magiſtro monetæ Wiennenſis præcipit, pro Prioriſſa & Conventu Sanctimonialium monaſterii *S. Crucis in Tulna*, ſingulis annis LX. marcas denariorum Wiennenſium cudere. *p.* 253.

VII.

- - - Excerpta ex privilegiis civitati Wiennenſi a RUDOLPHO I. R. Rom. conceſſis, quæ adſervantur in libro archivi eiusdem urbis, qui vulgo *Eyſenbuch* nuncupatur, iudicium conſortum concernentia. *Ibid.*

VIII.

- - - Diploma ALBERTI, poſtea Imperatoris eius nominis I. RUDOLPHI I. R. Rom. filii, adhuc Comitis Habsburgi, & Rectoris Auſtriæ. *p.* 254.

IX.

Von den Hausgenoſſen und ihren rechten von den Furſten: das iſt die Handfeſt der Hausgenoſſen. *p.* 255. - - -

X.

1359. Diploma RUDOLPHI IV. Archiducis, quo exercitium iuris monetalis ad tempus commutat in *gabellam*, potulentorum nomine pendendam. *p.* 258.

XI.

1391. 4. Aprilis. Conſenſus ALBERTI Ducis Auſtriæ in permutationem, a PETRO Capellano caſtri Wiennenſis factam, circa cenſus & prædia. Data Wiennæ die Martis poſt Dominicam: *Quaſi modo geniti. p.* 260.

XII.

- - - Sententia ALBERTI Ducis Auſtriæ in controverſia inter magiſtrum monetarum, & iudicem urbicum, Wiennæ agitata, puncto exercitii iurisdictionis criminalis. *p.* 261.

XIII.

1443. Excerpta ex conſtitutionibus FRIDERICI III. Imp. de modo ſubrogandi miniſtros monetarios in locum defunctorum. *p.* 262.

XIV.

1459. 19. Martii. Edictum eiusdem Imperatoris, valvationem, ſeu pretium floreni & monetæ extraneæ conſtituens. *Ibid.*

XV.

- - - Executio præcedentis edicti. *Ibid.* & *p.* 263.

XVI.

1484. 19. Aprilis. Idem Imperator Magiſtratui Vindobonenſi pretium, vulgo *Schlagſchatz*, pro ſexcentis marcis argenti, in officina monetaria Vindobonenſi ſignandis, exſolvendum, liberaliter remittit. *p.* 263.

INDEX II.

Epigrammata, lemmata, apophthegmata & inſcriptiones reliquas, cum ſacras, tum profanas, in Nummotheca Auſtriaca occurrentes, ordine alphabetico complectitur.

Quæ §. notantur, in Præfatione Partis I. quærenda ſunt. Numeri Romani I. & II. partem primam vel ſecundam: Arabici *contextum operis ac paginas: additæ ſiglæ* a. b. *columnas paginarum, primam & ſecundam* denotant. Sicubi vero Prolegomena citantur, eorundem numeris Latinis littera p. paginam indicans, præponitur.

A.

A BELLIS VTRIMQVE FORTITER GESTIS DVLCEDINE PACIS ENATA. A. MDLX. S. P. Q. G. occaſſione pacis Pyrenææ. I. 219. *b.*

A DIO. QVASI E. NIPOTE. *Maximil.* II. II. 48. *b.*

A DOMINO FACTVM EST ISTVD. *Margarita ab Auſtria* Belgii Gubernat. I. 121. *a.*

A. DOMINO. REGNVM. VENIT. IMPERIIQ. POTESTAS. *Maximil.* II. R. Rom. II. 52. *b.* & *Rudolph.* II. 82. *a.*

AB HOC SOLO SEMPITERNA SALVS. in nummo, iconem Salvatoris noſtri referente. II. 133. *b.*

AB INIMICIS MEIS LIBERA ME DOMINE, *Philipp.* I. *Auſtr.* I. 53. *b.*

ABVNDANTIA DILIGENTIBVS TE. *Mathias* II. R. Hung. II. 118. *b.*

AB VTRISQVE TVRPI FVGA DESERT. (*Briſacum*) DIE XVI. OCTOB. ſub *Ferd.* II. Imp. II. 210. *b.*

ACCIPE QVOD TVVM ALTERIQVE DA SVVM. *Philipp.* II. R. Hiſp. I. 142. *a.*

ACCIPIT A COELO MISSAM MANVS VTRAQVE PACEM. in exergo: PHILIPPO IV. CATHOLICO. LVDOVICO XIV. CHRISTIAN. REGIBVS PACIFICIS. S. P. Q. G. I. 219. *b.*

AD. ETHERA. *Ioanna Auſtr.* II. 44. *a.*

ADIVTORIVM. DOMINI. SIT. INIMICIS. TIMOR. *Rudolph.* II. Imp. II. 87. *b.* & 88. *b.*

ADMIRARI. VLTRA. NIHIL. *Ioannes ab Auſtr.* I. 228. *a.*

AD PERP. MEM. ELECT. FERD. II. R. HVN. ET BOH. IN REG. ROM. II. 182. *a.*

ADSIT. in nummo *Rudolphi* II. exponitur II. 88. *b.*

ADVERSIS IMMERSABILIS VNDIS 1619. *Albert.* Belg. Princ. I. 189. *b.*

AD VTRVMQVE. *Philip.* III. R. Hiſp. I. 197. *b.*

A. E. I. O. V. ſymbolum *Friderici Placidi* Imp. I. 2. 8. *b.* 9. *a.* 10. *a. b.* 11. *a.* & in nummo *Ferd.* I. Imp. II. 15. *a.*

ÆQVA LIBRA DEO GRATA. *Philip.* I. *Auſtr.* I. 54. *a.*

ÆQVA POTENTIA. *Albert.* & *Iſabella* Belg. Princip. I. 186. *a.*

AEQVITAS. in nummo Mediolanenſi *Carol.* V. Imp. I. 110. *a.* vid. etiam EQVITAS.

AEQVITAS AEQVALITAS. in nummo parentali *Carol.* V. I. 140. *a.*

AETERNITATI AVGVSTAE. 1633. in nummo exequiali *Iſabellæ Claræ Eug.* Princ. Belg. I. 191. *b.*

ÆTERNVM CORONATA MANEBVNT. 1697. *Carol.* II. R. Hiſp. I. 243. *b.*

ÆTERNVS VTERQVE TESTIS. ſol ſcil. & luna in nummo *Alberti* Archid. & Cardinalis. I. 177. *b.*

ÆTHERA. In nummo exequiali *Magdalenæ Auſtr.* M. Ducis Etruriæ. II. 56. *b.*

AFRICA CAPTA. *Alphonſ. Avola* Capitan. General. *Caroli* V. Imp. I. 125. *b.*

AGITATA RESVRGO. *Philipp.* IV. R. Hiſp. I. 211. *b.*

ALITVM REGNA TENET IOVIS ALES. *Frideric. Placidus.* I. 6. *b.*

AMAT VICTORIA CVRAM. ſymbolum *Mathiæ.* Imp. II. 109. *b.* 111. *b.* 112. *b.* 113. *b.* 114. *b.* 121. *a.* 127. *a.*

AMOR DISTANTIA IVNGIT. *Sigismund.* III. R. Polon. cum *Anna Auſtriaca.* II. 153. *a.*

AMORE FIDEQ. PATERNA. *Ferd.* II. Imp. II. 193. *a.*

ANIMÆ ÆTERNÆ AVGVSTI. OPTIMI. PRINCIPIS. *Maximil.* II. Imp. II. 60. *a.*

ANNAE AVSTRIACÆ REGIS ET REGNI CVRA DATA. M. DC. XLIII. *Anna* filia *Philippi* III. R. Hiſp. I. 204. *a.*

ANSEL. CASI. D. G. A. E. M. A. C. PHI. CHRIS. D. G. A. E. T. A. C. FERDI. D. G. A. E. C. A. C. MAXIMI. D. G. C. P. R. D. B. A. D. IOH. GEORG. D. G. S. A. M. GEORG. WIL. D. G. M. B. A. C. ſub *Ferd.* II. Imp. II. 191. *a.*

ANTE FERIT. 1626. *Philipp.* IV. R. Hiſp. I. 224. *b.*

A∏APA∧∧AKTO≡ *Ioanna Caroli* V. fil. I. 115. *a.*

AQVILA ELECTA IVSTE (vel IVSTA) OMNIA VINCIT. *Carol.* V. I. 84. *a.* & *Ferdinand.* I. II. 14. *b.* item *Maximil.* II. *ib.* 55. *b.*

AQVILA ROMANI IMPERII SIMBOLVM. *Ferdinand.* I. R. Rom. II. 10. *b.*

ARIA OBS. 1641. *Philipp.* IV. R. Hiſp. I. 213. *b.*

ARTIBVS. QVESITA. GLORIA. *Maximil.* II. R. Bohem. II. 51. *a.*

ASPICE QUAM FAUSTO COEANT IN FOEDERA NEXU. SARMATA LIBERTAS AUSTRIACUM IMPERIUM DI RERUM DOMINI FACIANT PLACIDEQUE DIUQUE GAUDEANT UT TANTIS ISTUD ET ILLA BONIS. *Uladisl.* IV. R. Pol. & *Cæcil. Renata Auſtr.* II. 219. *b.*

ASSIDVITATE. *Albert.* Archid. Præf. Belg. I. 178. *b.*

ATTRITA RECRESCO. *Philipp.* II. R. Hiſp. I. 152. *a.*

AVDACES FORTVNA IVVAT. *Carol. Styren.* II. 148. *a.*

AVFRVR DES SCHMALKELDISCHEN BVNDTS IM 1546. IAR. *Carol.* V. Imp, I. 89. *a.*

AVGVSTA VINDELICORVM. 1582. ſſ. 104. *b.* & 234. *a.*

AVGVSTISSIMÆ ORBIS COLVMNÆ APVD SE ELECTÆ FERD. IV. FIDELIS AVG. VIND. AO. 1653. II. 252. *a.*

AVSPICE CHRISTO. in calculo *Alberti* & *Iſabellæ.* Belg. Principum. I. 191. *b.*

AVSTRIA TERRARVM IVBAR, AVGVSTISSIMA RECTRIX
IMPERII, GENERIS FIRMA COLVMNA SVI.
in averſa:
AVSTRIA TOT REGES NVMERET QVOT PERSIA GAZAS
INDVPERATORES SECVLA PLVRA SVOS
Ferd. III. Imp. II. 232. *a.*

AVT PACEM AVT BELLVM DELIGE. *Rudolph.* II. Imp. II. 91. *b.*

AUTRE NAURAY. *Philipp. Bonus* Dux Burg. I. 21. *a.*

AVXI-

AVXILIVM NOSTRVM IN NOMINE DOMINI. *Philipp.* II. R. Hiſp. I. 156. *b.*

B.

BELGICI TVTELA. *Margarita ab Auſtria* Belg. Gubernat. I. 121. *b.*
BENEDIC ANIMA MEA DOMINO. *Philipp.* I. *Auſtr.* I. 54. *a.*
BENEDIC HEREDITATI TVÆ. *id. ibid.*
BONVM CERTAMEN CERTAVI FIDEM SERVAVI. in peripheria: IMP. CÆS. FERDINANDVS III. AUSTR. AVG. ANTIST. ET PRINCIPE FERDIN. I. BAVA. II. 242. *a.*
BVLLONIO ROB. BERG. EP. LEO. EC. REST. *Philip.* II. R. Hiſp. I. 170. *b.*

C.

COELESTI NVMINE SVRGO. *Mathias* II. R. Hung. II. 119. *a.*
CÆSAR MAXIMILIANVS CORONAM IMPERIALEM DONAVIT AMSTELODAMO 1488. *Maximil.* I. Imp. I. 62. *b. ſeq.*
CÆSAR IN IOVE VICTOR, COMES IN SOLE BELLATOR. ſub *Ferd.* II. Imp. II. 207. *a.*
CæSARIS ET REGVM IVNXIT PAX AVREA DEXTRAS 24. 8BRIS. in averſa: HINC TOTI PAX INSONAT ORBI. in imo: MONASTERIVM WESTPHA. ſub *Ferd.* III. Imp. II. 242. *b.*
CAPTIVITAS IOANNIS FRIDERICI DVCIS SAXONIÆ 1547. ſub *Carolo* V. Imp. & *Ferd.* I. I. 90. *a. b.*
CAROLO REGNANTE SECVNDO MAVORTE EXPVLSO PAX EXSPECTATA REDIVIT. Pax Ryſwicenſis. I. 243. *a.*
CAROLVS HESPERII REX ET MODERATOR IBERI INTVLIT AVRIFERO ROMVLA SCEPTRA TAGO. 1542. *Carol.* V. Imp. I. 87. *a.*
CASTE. ET. SVPPLICITER. *Maximil.* II. R. Bohem. & *Iſabella de Gonzaga* II. 49. *a. b.*
CEDANT CONCORDIBVS IGNIBVS ARMA. 1660. *Ludov.* XIV. R. G. & *Maria Ther. Philipp.* IV. R. Hiſp. filia. I. 220. *b.*
CERTVS VIARUM EXITVS RATIO. 1616. *Albert.* & *Iſab.* Belgii Pp. I. 193. *b.*
CHRISTIANÆ REIP. INSTAVRATOR. titulus *Carolo* V. tributus. I. 92. *a. b.*
CIVIT. IMP. GOSLARIA. in antica protome *Rudolph.* II. Imp. II. 104. *b.*
CLARA VBIQVE. *Iſabell. Clara Eug.* Belg Princ. I. 190. *b.*
CLARIOR E NEBVLIS. *Philip.* II. R. Hiſp. I. 152. *a.*
CLASSE TVRCICA AD NAVPACTVM DEVICTA. *Ioan. ab Auſtria* I. 123. *b.*
COLIT ARDVA VIRTVS. *Philipp.* Archid. & Inf. Hiſp. I. 132. *a.*
COMMINVAM VEL EXTINGVAM. *Maximil.* II. Imp. II. 56. *b.*
COMMODITATI PVBLICAE. *Philip.* II. R. Hiſp. I. 169. *b.*
CONCORDES PERENNENT. in nummo nuptiali *Eleonoræ Mariæ*, *Ferd.* III. fil. II. 252. *b.*
CONCORDES SERVAT AMICITIA. *Philip.* II. R. Hiſp. I. 166. *b.*
CONCORDI. LVMINE. MAIOR. *Mathias* R. Rom. II. 123. *b.*
CONCORDIA. *Philipp.* II. R. Hiſp. I. 143. *a.* vid. etiam KONCORDIA.
CONCORDIA. PRINCIPVM. SALVS. REIP. in electione *Mathiæ* in R. Rom. II. 124. *a.*
CONCORDIA RES PARVÆ CRESCVNT. *Philip.* II, R. Hiſp. I. 157. *a.*
CONCORS VERA FIDES, *Albert.* & *Iſab.* Belg. Pp. I. 194. *a.*
CONFITEANTUR TIBI OMNES REGES. *Philip.* II. R. Hiſp. I. 144. *b.*
CONSENTIENTIBVS. VOTIS. 1575. *Rudolph.* II. R. Rom. II. 81. *a.*
CONSOCIATIO RERVM DOMINA. *Maria*, *Caroli* V. Imp. fil. I. 116. *b.* & II. 121. *b.*
COR REGIS EST IN MANV DEI. *Maximil.* I. Imp. I. 32. *a. b.*
COR. REGIS. IN. MANV. DOMINI. EST. *Ferd.* I. Rom. R. II. 10. *b.*
CORONA EXULTATIONIS TIMOR DOMINI. *Leopold. Guil. A.A.* II. 215. *a.*
CORONAT: BOHEMIÆ REX. 1611. *Math.* II. R. Hung. II. 119. *b.*
CORONATVS HVNGARIÆ REX MDCVIII. *Id. ibid.* 117. *b.*
CORONATVS EST IN REGEM ROMANORVM. 1562. *Maximil.* II. II. 52. *a.*
CRESCENTE HAC PAX AVREA CRESCET. *Philip.* IV. R. Hiſp. I. 218. *a.*
CRESCIT GEMINATIS GLORIA CVRIS. in nummo, *Sigismundi* Poloniæ Regis & *Annæ Auſtr.* II. 153. *b.*
CVI MILITAT. AVSTER. *Rudolph.* II. Imp. II. 90. *a.*
CVIQVE SVVM. *Carolus* V. Imp. I. 91. *a.*
CVM EO ERAM CVNCTA COMPONENS. *Elenora Maria*, *Ferd.* III. Imp. fil. II. 254. *a.*
CVM. SOLE. ET. ASTRIS. *Philip.* IV. R. Hiſp. I. 215. *a.*
CVSTODI NOS DOMINE. *Philip.* I. *Auſtr.* I. 54. *a.*
CVSTODIAT CREATOR OMNIVM HVMILEM SERVVM SVVM. *Maximil.* I. Imp. I. 47. *b.*
CVSTODITA CVSTODIT. *Carol.* II. R. Hiſp. I. 247. *b.*

D.

DA MIHI VIRTVTEM CONTRA HOSTES TVOS. *Carol.* V. Imp. I. 98. *a. b.*
DA: MIHI: VIRTVTEM: CONTRA: HOSTES: TVOS: DOMINE QVIA TV ADIVTOR. MEVS. ES. *Ferdin.* I. II. 9. *b.*
DA NOBIS PACEM DOMINE. *Philip.* IV. R. Hiſp. I. 217. *a.*
DA PACEM DOMINE IN DIEBVS NOSTRIS. *Philip.* II. R. Hiſp. I. 157. *b.*
DA PACEM PATRIÆ. *Maximil.* II. R. Rom. II. 53. *b.*
DABIT POPVLIS PACEM. *Philip.* IV. R. Hiſp. I. 218. *a.*
DATE: CÆSARI. QVÆ. SVNT: CÆSARIS. FER. DATE: DEO. QVÆ. SVNT: DEI. *Ferd.* I. Imp. II. 36. *b.*
DE CAELO FORTITVDO. *Philip.* III. R. Hiſp. I. 198. *b.*
DE COELO SPIRITVS VNIT. occaſione pacis Pyrenææ, I. 220. *a.*
DEF. CATHOLICE FIDEI. 1629. *Philip.* IV. R. Hiſp. I. 224. *a.*
DE FROTI DVLCEDO. IVD. XIV. V. 8. I. 219. *b.*
DEI GRA. DIVI FERDINANDI III. ROM. IMP. INVICTISSIMI SEMPER AVGVSTI GERMANIÆ HVNGARIÆ BOHEMIÆ REGIS ARCHIDUCIS AUSTRIÆ AUSPICIIS IMPERIALIBUS. in averſa MAGDEBURGUM RESTAURATUR. ANNO MDCXXXVIII. II. 246. *b.*
DEN FRIEDEN LANG DIE CHRISTE SCHAR GEWUNSCHT. GIB HERR ZUM NEWEN IAHR. in peripheria: STRENA A. C. 1642. PACEM APPETENTIBVS DATA. ſub *Ferd.* III. Imp. II. 241. *b.*
DEO CONSERVATORI. *Albert. A.A.* I. 177. *a.*
DEO ET CÆSARI FIDELIS PERPETVO. *Carol.* V. I. 99. *a.*
DEO ET PATRIÆ. *Ioan. Georg.* II. Elect. Saxon. I. 138. *a.*

DEO REGI PATRIÆ FIDELES MIDDELBVRGENSES. *Philip.* IV. R. Hiſp. I. 154. *a.*

DER GROSE FERDINAND 3. EUROPENS ZIER ZIEHT SEINER VÖLCKER RUH DEM KRIGE FÜR. in averſa: DURCH DIESER GÖTTER FRIED UND EINIKEIT IST ALLE CHRISTE WELT SEHR HOCH ERFREUT. II. 243. *b.*

DESIDERAT. ANIMA. MEA. AD. TE. DEVS. *Carol. Poſth.* Archid. II. 171. *a. b.* 174. *b.*

DET TIBI IN TERRIS VIRTVTEM ET IN CAELIS GLORIAM. *Maximil.* I. I. 47. *b.*

DEVM PLVS AMA QVAM ARGENTVM. *Philip.* I. *Auſtr.* I. 54. *a.*

DEVS NOSTER REFVGIVM ET VIRTVS. *Leopold. Guil.* II. 215. *a.*

DEXTERA DOMINI FECIT VIRTVTEM. *Ferd.* II. Imp. II. 183. *b.*

DIE VII. IVLII. ET III. AVGVSTI ANNO DNI. MDCXXXII. BRISACVM OBSESS. DVCT. REINGR. OT: ET. MARCH. FRID. DVR. ſub *Ferd.* II. Imp. II. 210. *a. b.*

DIE STAT S. VEIT. ſub *Ferd.* II. Imp. II. 185. *b.*

DILIGITE IVSTITIAM, QVI IVDICATIS TERRAM. *Philip.* I. *Auſtr.* I. 54. *a.*

DISCITE IVSTITIAM MONITI. *Philipp.* II. R. Hiſp. I. 151. *b. Carol.* V. & *Ferdinand.* I. Impp. II. 19. *b.*

DISSIPA GENTES QVÆ BELLA VOLVNT. *Philipp.* II. R. Hiſp. I. 157. *b.*

Barba promiſſa a CLEMENTE VII. Papa & CAROLO V. Cæſare primum geſtata. I. 77. *b*. in nummis Principum nonnunquam omiſſa. 182. *a*. *b*.
BARBARA, FERDINANDI I. Imp. filia, ALPHONSI II. Ducis *Ferrariæ* uxor. II. 39. eius ſymbolum *ib*. nummus. 43. *a*.
BARBAROSSA, Algerii tyrannus, a CAROLO V. Imp. pulſus. I. 82. *b*.
Baſileenſis Epiſcopi moneta cum icone B. V. MARIÆ. I. p. XLII.
BATHORIUS (SIGISMUNDUS) Tranſilvaniæ Dux CHRISTINAM, CAROLI *Styrenſ*. fil. coniugem repudiavit. II. 152. eius nummus. 154. *a*.
- - - (STEPHANUS) fit Rex Poloniæ. II. 58. *b*.
Bavariæ Dux OTTO an. 1253. novam monetam cudi fecit. I. p. II.
Bavarica Ducum familia olim in *Ingolſtadienſem*, *Landishutanam*, & *Monacenſem* diſpartita erat. II. 40. *b*. eius tituli. *ib*.
BEBONIS Com. nummus iconicus reſtitutus. I. p. XXIX. & XXXII.
Belli ſymbolum in nummo MAXIMIL. I. Imp. I. 31. *a*. & PHILIPP. II. R. Hiſp. 167. *a*.
Belliducis ſtrenui ſymbolum. I. 190. *a*.
Bellonæ ſimulacrum & ſignum. II. 121. *a*.
BENTIVOLUS (*Ioannes* II.) a MAXIMILIANO I. Imp. ius monetandi accepit. I. 63. *a*. *b*.
BERNARDUS Præpoſitus Clauſtri Neoburgenſis, eius nummus cum icone S. LEOPOLDI. I. p. XXIV.
BETZONIS Com. nummus iconicus reſtitutus. I. p. XXIX. & XXXII.
Bilanx æquitatem & iuſtitiam indicat. I. 148. *b*. II. 107. *a*. *b*.
Binus, nummi ſpecies, eiusque valor. I. p. VII.
BIRCKENIUS (*Sigismundus*) *Octavium de* STRADA in nummis Auſtriacis ſecutus, notatus. I. §. VI. & 29. *a*.
Biſuntinæ civitatis Imperialis nummi unciales. I. 99. *b*.
BIZOTI hiſtoria Belgii memoratur. I. §. XI.
BLANCA MARIA ſecunda MAXIMIL. I. uxor. I. 26. *b*. eius nummus. *ib*.
Bohemiæ inſignia *Hungaricis* poſtpoſita etiam in nummo Bohemico MATHIÆ Regis. II. 130. *b*.
Bohemiæ regnum quatuor olim urbes monetarias habuit. II. 127. *b*.
Bohemiæ Regis titulus MAXIMILIANO II. datus ante ſuſceptam coronam. II. 47. *b*. Filiabus Regum *Reginæ Bohemiæ* titulus datus, etſi regnis non fruerentur. 40. *b*.
Bohemiæ ſymbolum leo. vid. lit. L.
Bohemici nummi nota, ſeu teſſera. II. 27. *a*. & 31. *b*. nec non 144. *b*. moneta quibus gradibus ſub FERD. III. Imp. diſtincta? 233. *a*.
Boruſſiæ Adminiſtratoris titulus Præſidi Ordinis Teutonici olim datus. II. 142. *b*. 143. *a*.
B. P. C. BERNARDUS Præpoſitus Clauſtri Neoburgenſis, eius nummus cum icone S. LEOPOLDI. I. p. XXIV.
Briſacum a Suecis die VII. Iul. & III. Aug. obſidetur, ac die XVI. Oct. h. a. liberatur. II. 210. *a*. *b*. ex hoc nummo corriguntur auctores, qui obſidionem illam die XI. ſolutam fuiſſe tradunt. *ibid*. *b*.
Brixinenſis Epiſcopatus nomen & inſignia cur *Wratislavienſi* ordine præponantur? II. 136. *a*.
Brugenſes MAXIMIL. I. Regem Rom. in cuſtodiam dederunt. I. 26. *a*. in gratiam recepti. 28. *a*.
Bruxellenſes tres ſacras hoſtias conſervant, & ſingulari cultu venerantur. I. 229. *a*.
BUDERUS notatus. II. 37. *a*. *b*.
Bulionii Dux, titulus Epiſcopis Leodienſibus competens. I. 62. *a*.
Burgundiæ Regis titulo an PHILIPPUS II. R. Hiſp. ſit uſus. I. 138. *b*. 139. *a*. Scribitur tamen *Dux & Comes Burgundiæ* 161. *a*.
Byzantina pecunia olim uſi ſunt Germani. I. p. I.

C.

C. littera pro G. in nummo FERDIN. I. Imp. perperam inciſa. II. 14. *b*. illa repetita & in modum monogrammatis complicata, ſolum nomen CAROLI II. R. Angl. indicat. 169. *b*.
C. A. H. Z. S. figlæ in nummo CATHARINÆ *Saxonicæ*, SIGISMUNDI *A. A.* uxoris. I. p. LII.
Caduceus MERCURII, *pacis* ſymbolum. I. 143. *a*. 184. *b*. 215. *b*.
CÆCILIA RENATA, FERDINANDI II. Imp. fil. ULADISLAI IV. R. Pol. uxor. eius vitæ breviarium. II. 211. nummus nuptialis. 219. *a*. *b*.
Calculi ſub CAROLO V. Imp. varii generis. I. 103. *a*. *b*. Sub PHILIP. II. R. Hiſp. 166. *b*. & RUDOLPHO II. Imp. cuſi. II. 102. *b*.
CALDERONIA MARIA, mater IOANNIS *ab Auſtria*. I. 227.
Calicis uſus laicis in Auſtria conceſſus perperam per acerram fumantem interpretatur. II. 37. *a*. *b*.
CALIN (*Dominicvs Franciſc*.) Hiſtor. Cæſ. thecam

numiſmaticam, ſeriem Habsburgo-Auſtriacam continentem, LEOPOLDO I. Imp. cum inſcriptione obtulit. I. p. XXXI.
CALLES (*Sigismundus*) S. I. laudatus. II. 224. *a.*
Cameræ Imperialis iudicium, quo tempore a MAXIMILIANO I. Imp. ſit inſtitutum. I. 25. *a.*
Campidunenſis civitatis Imp. nummus uncialis. I. 99. *b.*
Cancer, *Oſtendæ* ſymbolum. I. 183. *a.* 192. *a.*
Cantherius, monetarii aut officinæ ſignum. II. 195. *a.*
Capricornus *felicitatis*. II. 61. nec non *nativitatis* & *felicitatis*. 86. *b.* 87. *a.* ac *fortunæ propitiæ* ſignum. 92. *a.* gemini capricorni in nummis. 60. *b.* 61. *a. b.*
Caput velatum, viduitatis ſignum. I. 112. *b.* 117. *b.* II. 155. *b.*
Carinthia an *Archiducatus* nomine gloriari poſſit? I. p. XLVI. *in not.* 2.
Carinthiæ Archidux: titulus iſte in nummis occurrens. I. 46. *b.* 49. *b.* expenditur. 47. *a.*
Carinthiaci nummi quando primo ſignati ſint? I. p. VIII. iconem S. LEOPOLDI nec non titulum *Archiducis* præferunt. *ibid.* etiam ſub FERDINANDO I. II. 11. *b.* 29. *a. ſeqq.*
Carinthiacum ſcutum probæ monetæ *Rudolphinæ* tudiculo vel typo impreſſum, ut ab adulterina internoſci poſſit. II. 101. *b.*
Carolinus, nummi ſpecies. I. 107. *b.*
CAROLI *A. A. Styrenſis* nummus reſtitutus. I. p. XXX. & XXXII.
CAROLUS *Audax* Dux Burgundiæ, lemma Ordinis aurei velleris quale aſſumpſerit? I. 21. *b.*
CAROLUS *Burgundus*, pater MARIÆ, uxoris MAXIMIL. I. Imp. I. 13. eius nummi. 15. *a.* 16. *a.*
CAROLUS V. Imp. PHILIPPI *Pulchri* ex IOANNA fil. Eius vitæ breviarium. I. 66. *ſeqq.* Nummi occaſione elect. in R. Rom. cuſi & ſparſi. 71. *a. b.* ſymbolum eius. 69. *b.* 71. *b.* 73. *a.* 79. *a.* 84. *b.* 86. *b.* 91. *b.* 92. *a.* 94. *b.* 96. *a.* 97. *b.* 100. *a.* 106. *b.* Eius coronatio Bononiæ peracta. 77. *a. ſeqq.* eadem occaſione nummi miſſiles in vulgus ſparſi? 79. *a.* Primus erat in numero Imperatorum inferioris ævi, qui barbam promiſſam aluit. 68. & 77. *b.* primus item, qui cum corona clauſa comparet. 68. Honoris titulis mactatur: *Triumphator*. 70. *a. Francorum & Helvetorum Domitor*. 73. *b.* itemque *Romæ Domitor*. 127. *a. Fundator quietis*. 79. *a. Africanus*. 83. *a.* nec non *Germanicus*. 88. *b.* 89. *a. Chriſtianæ Reipublicæ inſtaurator*. 92. *a. Magnus*. 93. *b.* & *Maximus*. 126. *b. ſeq.* immo & *Divus*, *Auguſtus*, *optimus Princeps*, *triumphator felix*, *Chriſtianæ Reipublicæ Imperator* audit. 96. *b.* nec minus *Rex iuſtus* ſcribitur. 105. *a. b.* & titulo *Feliciſſimi & Triumphatoris Auguſti* honoratur. 128. *a. b.* Oris habitus deſcribitur. 81. *b.* In thoraci ſupra pectus imaginem B. V. MARIÆ cum Divino Puſione geſſit. 82. *b.* IOANNEM FRIDERICUM Saxoniæ Ducem in proelio ad *Mulbergam* vicit & captivum abduxit. 90. *a. b.* itemque Gallos vicit, & Inſubriam conſervavit. 109. *b.* eiusque bella deſcribuntur. 73. *b.* 74. *a.* 82. *a. b. ſeqq.* 88. *a. b. ſeqq.* 106. *b. ſeqq.* Cum HERCULE. 90. *b.* nec non cum ALEXANDRO *Magno*. 126. *a.* cum IULIO CÆSARE, LUCRETIA & HENRICO II. R. Francor. tanquam Romæ Domitoribus. 127. *a. b.* ac denique cum *Phœnice* comparatur. 235. *a.* A virtute iuſtitiæ commendatur. 104. *a.* eiusque Maieſtas fere ad cœlos uſque effertur. 92. *b.* Abavi ſui memoriam in nummo reſtituit. p. XLI. Imperio ſe abdicat. 133. *b.* & poſt abdicationem regnorum, omiſſis omnibus titulis, nudum nomen CAROLI retinuit. 94. *b.* Chriſtiano Catholico more ad obeundam mortem ſe parat. *ib. b.* eius mortem cometa indicavit. 140. *a.* nummus funebris. *ib.* laudes poſthumæ. 96. *b.* Comparet etiam in nummis cum avo MAXIMIL. I. Imp. 36. *a.* cum filio ſuo PHILIP. II. R. Hiſp. 96. *a.* 136. *b.* 163. *a.* 164. *a.* ſimiliter cum MAXIMIL. I. & FERDINANDO I. Augg. II. 22. *a. b.* item cum ſola FERDIN. I. icone. 13. *a.* nec non cum PHILIP. II. R. Hiſp. MAXIMIL. II. Imp. & MARIA. 64. *a.* ac in nummo falſo. *ib. b. ſeq.* non minus in nummo iconico RUDOLPHI II. 96. *a.* & MATHIÆ Impp. 127. *b.* Wurtembergiæ Ducatum Domui Auſtriacæ comparavit. I. 101. *a.* Nummi eius hiſtorici. 69. *ſeqq.* An ob Romam captam & direptam numiſma ſignari iuſſerit? 78. *b.* Nummi eius cum titulo *Regis Arragoniæ & utriusqve Siciliæ*. 99. *a.* Unciales nummos non fecit ſignari. 97. *b.* Groſſus eius quinque drachmarum. 103. *a.* calculi item nummarii varii generis. *ibid. a. b.* & monetæ Neapolitanæ. *ibid. b. ſeqq.* Mediolanenſes. 108. *a. ſeqq.*
CAROLI V. Imp. proles in nummis. I. 113. *ſeqq.* Se ut plurimum *filios* ac *filias* CAROLI V. Imp. honoris ergo, omiſſis aliis titulis, ſcribere conſueverunt. 116. *a. b.*
CAROLUS II. R. Hiſp. eius vitæ breviarium. I. 233. cum matre tutrice in nummo comparet. 234. & 244. *a.* CAROLO V. Imp. ſimilem futurum eſſe ominabantur. 235. *a. b.* anno 1679. cum MARIA LUDOVICA *Aurelianenſi* nuptias celebravit. 238. *a. b. ſeqq.* Alteram uxorem duxit MARIAM ANNAM *Neoburgicam* an. 1689. 240. *b.* an myſtacem geſſerit? 244. *a.*
CAROLUS VI. Imp. adhuc Princeps iuventutis ſuum, etiam in itinere, muſeolum nummarium habuit. I. §. XXIV.
CAROLUS *A. A.* FERDINANDI I. Imp. fil. *Styrenſis* dictus. Eius breviarium vitæ. II. 145. veniam ætatis necdum adeptus, regnantium adinſtar ſymbolum aſſumpſit. 146. *a. b.* a fratre Cæſare in Hiſpaniam miſſus. 148. *a.* inde redux a ſuis provinciis nummo honoratus eſt. *ibid. b.* anno 1584. Turcas cædit. 148. *b.* an. 1571. MARIAM, ALBERTI V. Ducis Bavariæ filiam, duxit uxorem. 149. *a.* quindecim prolium pater obiit. 1590. die. VII. Iulii. 146. illarum nummi expenduntur. 152. *ſeqq.*
CAROLUS, PHILIP. II. Regis Hiſp. fil. Eius vitæ breviarium. I. 171. nummi. 173. *a.* A patre heres publice declaratur. 175. *a.* eius perverſa indoles. 174. *a. b. ſeq.* a patre cuſtodiæ traditus. 176. *a.* in eius rei cauſſam inquiritur: & an illa captivitas nummo occaſionem præbuerit? *ib.* quo genere mortis obierit, exploratum non eſt. *ibid.*
CAROLUS *ab Auſtria*, FERDINANDI *Tyrolenſis* ex PHILIPPINA WELSERIA fil. Marchio Burgoviæ. Eius vitæ breviarium. II. 76. Sub PHILIP. II. R. Hiſp. terra marique, & ſub RUDOLPHO II. Imp. in Hungaria meruit. 78. *b.* eius nummus reſtitutus. *ib. a.*
CAROLUS *Poſthumus*, CAROLI *Styrenſis* fil. Eius vitæ breviarium. II. 170. *ſeq.* Statum Eccleſiaſticum amplexus eſt. 171. *a. b.* Epiſcopus Uratislavienſis. an. 1614. *ib. b.* & 172. *a. b.* ac Brixinenſis an. 1616. *ib. b. ſeq.* nec non an. 1618. Ordinis Teutonici Magiſter factus. 173. *a.* Eius ſymbolum. 171. *a.* 174. *b.* Titulos & inſignia familiæ ſuæ, titulo Epiſcopatus ob Domus Auſtria-

ſtriacæ prærogativam præpoſuit. *ibid.* obiit in Hiſpania 1624. in flore ætatis. 171. cum teſſera Ord. aurei velleris comparet, qua tamen nunquam honoratus fuiſſe legitur. 193. *b.*
Carolus Iosephus *A. A.* eius mentio. II. 229. *b.*
Carolus v. Dux Lotharingiæ, Eleonoram Mariam, Ferd. iii. filiam, Michaelis Pol. Regis viduam, uxorem ducit. II. 255. *a.* ac fecundum matrimonium cum illa habuit. *ibid.*
Carolus Emanuel, Sabaudiæ Dux, maritus Catharinæ, Philip. ii. R. Hiſp. fil. eius nummus. I. 194. *b.*
Caſtrenſes nummi, qui in neceſſitate ſunt cuſi. I. 154. *b.*
Caſus *nominandi* & *dandi* in epigraphe nummorum expreſſi, rite diſcernendi. II. 155. *a.*
Catharina, Ferdinandi i. Imp. filia, primum Francisco iii. Mantuæ Duci, poſtea Sigismundo ii. R. Polon. matrimonio iuncta. II. 38. eius nummus. 42. *a.*
Catharina, Philip. ii. R. Hiſp. fil. Carolo Emanueli Sabaudiæ Duci nupta. I. 173. eius nummi. 194. *b.*
Catharina Renata, Caroli *Styrenſis* Archid. filia, anno ætatis xix. obiit. II. 151. *b.*
Catharina uxor ſecunda Sigismundi *A. A.* eius nummus. I. p. lii.
Catholici titulus, Regibus Hiſpaniæ a quo ſit datus? I. 149. *b.* item *Catholici Regis* titulus, quando iisdem obvenerit? 248. *a.*
Cavus nummus. vid. lit. N.
Cecrops coniugii inſtitutor. II. 255. *b.*
Cereris animal lepus. I. 115. *b.*
Chalcographorum errores in nummis notantur. II. 4. *ſeq.* 16. *a.* 40. *a. b.* 94. *a.* 104. *a.* 124. *b.* 125. *a.* 173. *b.* 174. *a.* 221. *b.* 238. *a.* 239. *a.*
Charites tres in nummo Isabellæ, uxoris Caroli v. Imp. I. 76. *a.*
Charta in manu revoluta ſignum veterum conſulum. II. 12. *a.*
Childeberti R. Auſtras. nummus iconicus reſtitutus. I. p. xxix. & xxxii.
Childerici R. Franc. nummus iconicus reſtitutus, *ibid.* & p. xxxi.
Chriſti D. N. monogramma crux. I. 106. *b.*
Chriſtianæ Reipublicæ inſtaurator, titulus Carolo v. Imp. datus. I. 92. *a.*
Christiani iv. Daniæ R. nummus nuptialis expenditur. I. 22. *a. b.*
Chriſtianiſſimi titulo an uſus ſit Maximil. i. Imp. I. 41. *a. b.* Franciæ Regibus proprius, cui opponatur? 248. *a.*
Chriſtianitatis Rex, ac *caput*, an titulus a Maximil. i. Imp. ſit uſurpatus? I. 41. *a.*
Chriſtianorum adiutor & clypeus. titulus RR. Siciliæ tributus. I. 199. *a.*
Christierna, ſeu Maria Christina, Caroli *Græcenſis A. A.* fil. Eius breviarium vitæ. II. 152. repudiatur a *Sigismundo* Bathorio. *ibid.* & 154. *b.*
Chronologicæ notæ in nummo Mathiæ R. Rom. duplicis differentiæ. II. 122. *b.* vid. *Æra.*
Ciconia, *pietatis* ſymbolum. II. 158. *a.* roſtro ſerpentem comprimens, *boni Principis* ſignum. 120. *b.*
Cimburga, Ziemoviti Maſſoviæ Ducis filia, mater Friderici *Placidi* Imp. I. p. 1. 8.
Civitatum Imperialium nummi unciales ſub Carolo v. I. 99. *a.* ſolebant civitates Imperiales nomen Cæſaris, a quo ius cudendi ad eas pervenerat, eiusque typum in nummis conſervare. *ibid.*
Civitatum nomina, in quibus nummi ſignabantur, ſiglis expreſſa. I. p. xiii.
C. K. litteræ promiſcue exarantur. I. 70. *b.* 71. *a.* 73. *b.*
Claudia *Medicea*, Urbinatis Ducis vidua, Leopoldo v. Archid. nupta. II. 157. & 159. *a.* eius nummi. *ibid.* & 163. *a.*
Clauſtri Neoburgenſis Præpoſitorum nummi cum icone S. Leopoldi. I. p. xxii. *ſeqq.*
Clemens vii. primus inter Pontifices Romanos recentioris ævi barbam promiſſam aluit. I. 77. *b.* Carolo v. Imp. coronam *Longobardicam* & *Imperatoriam* Bononiæ impoſuit. *ibid. a.*
Clementiæ, Rudolphi i. R. Rom. fil. numimus falſus. I. p. xxxiv.
Clementiæ ſymbolum. I. 148. *b.*
Clerici Hiſtoire des provinces unies avec des medailles. I. §. xi.
Clodii *Criniti* R. Franc. nummus iconicus reſtitutus. I. p. xxix. & xxxi.
Clodovei M. R. Franc. nummus iconicus reſtitutus. I. p. xxix. & xxxi.
Clotarii R. Franc. nummus iconicus reſtitutus. I. p. xxix. & xxxi.
C. O. ſiglæ monetarii in nummo Maximil. iii. *A. A.* II. 142. *a.* 143. *a.* 144. *a.*
Coco arbos Indica variæ virtutis. I. 153. *a.*
Cognatio an inter Domum Auſtriacam, & Imperatores Orientis interceſſerit? I. 44. *b.*
Collegium S. I. a Ferd. i. Imp. Wiennæ erectum, Ferd. ii. in domum profeſſam commutavit, & Academiæ coniunxit. II. 206. *b.*
- - - Fluminenſe decimis & vectigalibus &c. auctum, templique eiusdem primus lapis poſitus. 228. *a.*
Columna roſtrata, honoribus Ioannis *ab Auſtria* poſita. I. 123. *b.*
Columnæ Herculis funе colligatæ in nummo Philip. iv. R. Hiſp. I. 221. *a.*
Columnæ Herculis binæ. vid. lit. H.
Cometa, mortis Caroli v. index. I. 140. *a.*
Comites Tyrolenſes ſuos habebant nummos, antequam Comitatus cognominis ad Principes Auſtriæ devolutus fuit. I. p. viii. ix.
Comitia Imperii Rudolphus ii. congregavit ſepties, eorumque memoria totidem nummis conſervatur. II. 94. *a. ſeq.*
Commercium nummorum a monetariis in Auſtria frequentatum. I. p. xv. & pro eo ab illis locarium perſolutum. *ib.*
Conceptio Immaculata B. M. V. vid. lit. I.
Concordia: vox hæc in nummis Caroli v. quin & in veterum Romanorum nummis pro *concordia militari*, & pro *concordi electione* ſumitur. I. 71. *a.*
Concordiæ ſymbolum. I. 120. *b.* 141. *a.* 192. *a.*
Concordiæ & *matrimonii* ſymbolum dextræ iunctæ. I. 180. *b.*
Coniugii ſymbolum tæda. I. 174. *b.*
Conſecrationis ſymbolum apud veteres. I. 177. *a.* 191. *b.* II. 44. *a.*
Conſortes, vulgo *Hauſsgenoſſen*, monetarii commercium nummarium in Auſtria exercuerunt. I. p. xv.
Constantia, Caroli *Græcenſis A. A.* fil. Eius breviarium vitæ. II. 152. eius nummus. 154. *b.*
Conſtantiæ ſymbolum. I. 120. *b.*
Constantinus *Palæologus* a Maximil. i. *cognatus* nominatur. I. 44. *b.*
Conſulum veterum ſignum, charta in manu revoluta. II. 12. *a.*

INDEX III.

Contremarque tudicula nummis impreſſa, ut moneta proba a ſpuria diſcernatur. II. 101. *b.*
Corona clauſa a CAROLO V. Imp. in nummis aſſumpta. I. 68. eius forma ab eo introducta. 98. *a.*
- - - Comitum. I. 156. *b.*
- - - duplici circulo inſtructa, differt ab Imperatoria, qua FRIDERICUS *Placidus* in ſigillis uſus eſt. I. 7. *b.*
- - - Imperialis a MAXIMIL. I. Imp. Amſtelodamenſibus ſupra clypeum geſtandi facultas conceditur. I. 62. *b.*
- - - in ſella ſeu menſa ſita, ſignum *ſummi Imperii*. I. 234. *b.*
- - - laurea baccis oppleta. I. 117. *b.* radiata & laureata ſimul iunctæ. 95. *b.* non ſolet imponi aquilæ. II. 73. *a.*
- - - laurea & civica heroem, & civium ſervatorem adſignificant. II. 187. *a.*
- - - *Longobardica & Imperatoria*, a CLEMENTE VII. CAROLO V. Imp. impoſita. I. 77. *a.*
- - - myrtea ſponſi nec non defuncti fuerunt honorati. II. 60. *b.* 62. *a.*
- - - quernea ſeu civica in nummo CAROLI V. I. 109. *b.* ob populum ſervatum data. II. 92. *a. b.* obſidionalis & roſtrata. *ib. b.*
- - - radiata RUDOLPHUS II. R. Rom. obtectus comparet. II. 82. *a.* 84. *a.*
- - - ſpicea *abundantiæ* ſymbolum. II. 118. *b.*
Coronæ, in nummis FERD. II. Imp. expreſſæ, non continuo coronationem indigitant. II. 186. *a.*
Coronatio Reginæ Hungariæ quo ritu peragatur. I. 116. *a.*
COSMUS I. de *Medices* Ordinis S. STEPHANI auctor. II. 43. *b.*
COSMUS II. M. Dux Etruriæ MARIÆ MAGDALENÆ *Auſtr.* marit. II. 155. *a.* comparet cum inſigni Ordinis S. STEPHANI. *ibid.*
Cruces patulæ, quarum minor maiori decuſſatim incumbit, in crucigeris Tyrolenſibus. II. 203. *a.*
Cruci affixi Salvatoris noſtri imago in nummo CAROLI V. I. 94. *a.* & FERDIN. I. Augg. II. 14. *b.* 19. *a.*
Cruciger. vid. crux.
Crux nummis impreſſa crucigeris, cruciatis, ac cruciferis nomen attulit. I. p. L.
- - - in moneta Tyrolenſi ad extremum marginem pertingens. II. 31. *b.*
- - - monogramma Chriſti. I. 106. *b.*
- - - *mortis* ſymbolum. II. 236. *a.*
- - - Ordinis Teutonici inſigne deſcribitur. II. 143. *a.*
Crypta ſepulcralis Archiducum Wiennæ. I. 5. *b.*
CUNEGUNDÆ, MAXIM. I. Imp. ſororis nummus iconicus. I. 51. *b.*
CUPERUS (*Gisbertus*) notatus. I. p. XXXIV.
Curæ ac *vigilantiæ* ſymbolum. II. 113. *b.* 114. *a.*
Cuſtodiæ & *vigilantiæ* ſymbolum. I. 200. *b.*
Cypreſſus luctus ſymbolum. I. 140. *b.*

D.

D. littera per T. in nnmmis nonnunquam exarata. II. 5. *b.* ac D. T. permutabiles erant. 21. *a.*
Danubius fluvius in nummis veterum & recentiorum repræſentatus. II. 16. *b.*
Defenſatrix fidei, titulus MARIÆ Reginæ Angliæ tributus. I. 135. *b.* 138. *a.*
Defenſor Catholicæ fidei, titulus PHILIP. IV. R. Hiſp. datus. I. 224. *a.*
Dei gratia, formula hæc in nummis FRIDERICI *Placidi* plerumque omiſſa. I. 4. *a. b.* 10. *b.* CAROLO *Burg.* iam vita functo tributa fuit. 16. *a.* in nummo RUDOLPHI II. Imp. denuo omiſſa. II. 82. *b.*
Deliciæ generis humani: elogium PHILIP. II. R. Hiſp. I. 134. *a.*
Delphinus ancoræ implicitus, ſymbolum *moderationis*. I. 184. *a. b.*
Denarius ſpecies monetæ, eiusque valor. I. p. VII. Pragenſes denarii dicti *Groſſi*. p. XLVII.
Deſponſatio a MAXIMIL. I. Imp. cum ANNA, ULADISLAI R. Hung. fil. pro uno ſuorum nepotum facta. I. 32. *b.*
Devolutionis ius Brabantinum a Gallis poſt obitum PHILIP. IV. R. Hiſp. in Belgio exercitatum. I. 228. & 232. *a.* 236. *a.*
DEWERDECKII Sileſia numiſmatica memoratur. I. §. X.
Dexter locus in nummis an olim etiam pro honoratiori ſit habitus? I. 70. *a. b.* 73. *a.*
Dextræ iunctæ *concordiæ & matrimonii* ſymbolum. I. 180. *b.* Item *pacis* ſymbolum. 185. *b.*
DIEGO ſeu DIDACUS, PHILIP. II. R. Hiſp. fil. ex ANNA *Auſtr.* I. 153. *b.*
DIETRICHSTEIN (*Franciſcus* a) Cardinalis, MARIÆ Reginæ Hung. & Boh. FERD. III. coniugis natalem variis lætitiæ ſignis celebravit, ſparſis populo nummis. II. 226. *a.*
Divus & *Diva* honoris titulus etiam ſuperſtitibus attributus. I. 6. *b.* 33. *a. b.* 75. *b.* 134. *a. b.* II. 48. *ſeqq.* id etiam factum in nummis oblatis. 63. *a. b.* qui tamen titulus olim ante conſecrationem legaliter dari haud conſuevit. 61. *a.* FERDINANDO I. Imp. tributus in nummo, poſt eius obitum, ut videtur, cuſo. 41. *b.*
Divina favente clementia electus Rom. Imperator. formula in diplomatibus frequens: ea & in nummis uſus eſt FERDIN. I. Imp. II. 16. *a.*
R. P. DOMINICUS *Carmelita*, Strackowizii ſculpturam invenit, nativitatem Servatoris referentem. II. 190. *a.* MAXIMILIANO Duci Bavariæ gladium conſecratum a Summo Pontifice attulit. *ibid.*
Dominus terrarum occidentis orientisque: titulus in num. MAXIM. I. Imp. legitur. I. 43. *b. ſeq.* & exponitur. 44. *a. ſeq.*
Draco, vid. Serpens.
D. T. permutabiles erant II. 21. *a.*
D. T. C. *et cetera* in nummo CAROLI V. Imp. I. 85. *b.*
Ducatons, Dugati minores, ſpecies monetæ. I. 188. *b.*
Ducis Sileſiæ titulus, titulo *Marchionis Moraviæ* poſtpoſitus. II. 183. *a.*
DUILLII columna roſtrata. I. 124. *a.*
Duo clavi decuſſati, monetarii ſignum. 218. *a.*

E.

Eccleſiæ Catholicæ typus. I. 162. *b.*
Eccleſiam & monaſterium Capucinis poſuit LEPOLD. GUIL. *A. A.* quale vero ſit, definiri nequit. II. 215. *b.*
Eccleſiaſtici Ordinis Principibus ius cudendi monetas citius quam laicis obtigit. I. p. 11.
Effigies, vid. *icon.*
EGGENBERG (S. R. I. Princeps) ELEONORÆ, FERD. II. Imp. uX. ingentis pretii monile obtulit. II. 185. *a.*
Electio LEOPOLDI GUIL. in Epiſc. Olomuc. die XVI. Nov. 1637. facta, ab aliquibus ad diem XXI. huius menſ. falſo reponitur. II. 212. *b.*
Electorum S. R. I. icones & inſignia in nummo RUDOLPHI II. Imp. II. 94. *a. ſeqq.* ac in FERD. II. Cæſ. 188. *a.* 191. *a.*
Electus Rom. Imp. hac formula FERD. I. & ſucceſſores,

fores, ex eo, quod a Summo Pontifice coronari omiserint, usi sunt. II. 27. *b.*
Electus Imperator: titulus est, qui Cæsaribus peracta semel electione, toto vitæ decursu tribui posse videtur. I. 7. *b.*
ELEONORA, CAROLI V. Imp. soror, Reg. Franc. eius nummus. I. 110. *b.*
ELEONORA, CAROLI *Styrens. A. A.* fil. in monasterio obiit. II. 151. *b.*
ELEONORA, FERDIN. I. Imp. fil. GUILIELMI Mant. Duc. uxor. eius nummi. II. 42. *a. seqq.*
ELEONORA, FERD. II. Imp. ux. secunda. II. 175. eius nummi nuptiales. 184. *b.* 185. *b.* 192. *b.* 193. *a.* cum marito in nummis comparet. 184. *b.* 187. *a.* 189. *b.* 192. *b. seq.* sub coronæ schemate, addito signo cœlesti, quod *Virgo* dicitur, ut Regina venit. 186. *b.* ei EGGENBERGIUS, S. R. I. Princeps, ingentis pretii monile 185. *a.* & civitas S. VITI nummum obtulit. *ibid. b.* qui mnemonicis potius, quam usualibus accensendus. *ibid.* ter comitiis cum marito interfuit. 187. *a.* 189. *a.* 191. *a.* Pragæ an. 1627. in Reginam. 189. *a.* & an. 1630. in Imperatricem coronata fuit. 191. *a.* coronationi, FERD. III. filii in R. Hung. interfuit. 231. *a. b.*
ELEONORA, filia EDUARDI Lusitaniæ Regis, uxor FRIDERICI *Placidi* Imp. I. 1. eius nummus, in quo rosæ comparatur. 3. *a.*
ELEONORA MAGDALENA THERESIA, cum LEOPOLDO I. Imp. marito in nummo iconico restituto. I. p. XXX.
ELEONORA *Mantuana*, FERD. III. Imp. uxor tertia, in Reginam Bohemiæ coronatur. II. 230. *a.* eius liberorum brevis recensio. eiusque nummi. *ibid. a. seq.* symbolum: VNVM SEQVOR, videtur nuptiarum tempore assumptum. *ibid. b.*
ELEONORA MARIA. FERD. III. Imp. filia. eius vitæ breviarium. II. 247. nummi nuptiales. 252. *b.* 253. *a.* coronatur Regina Poloniæ. *ibid.* & 254. *a.* Vidua facta CAROLO V. Duci Lotharingiæ copulata. 255. *a.* titulum *Reginæ Poloniæ* retinuit. *ibid. b.*
ELISABETHA, ALBERT. II. Imp. uxor. eius nummus iconicus falsus. I. p. XLIII.
ELISABETHA *Borbonia*, HENRICI IV. R. Franc. filia, uxor PHILIP. IV. R. Hisp. I. 208. eius nummi. 214. *a.*
ELISABETHA, FERDIN. I. Imp. filia, SIGISMUNDI R. Polon. uxor. eius vitæ breviarium. II. 38. eius nummi 39. S. IACOBO Apost. addicta erat. *ibid.*
ELISABETHA, IOANNIS *de Zapolia* vidua, memoratur. II. 16. *b.* 17. *a.*
ELISABETHA, MAXIMIL. II. Imp. fil. CAROLO IX. R. Galliæ matrimonio iuncta. II. 135. *b.* amborum nummus. 145. *b.*
EMMANUEL, Dux Sabaudiæ, CATHARINAM, PHILIP. II. R. Hisp. fil. uxorem duxit. amborum nummi. I. 194. *b.*
Emblematicus nummus ad res gestas significandas non solet assumi. II. 70. *b.*
Enns, Anisum, Laureacum, urbs Austriæ. I. p. XIV. in ea Duces Austriæ seculo XIV. officinam monetalem iam habebant. p. III. & XIV.
E. P. & E. P. C. ERNESTUS Præpositus. Vid. infra *Ernestus.*
Epigraphe in nummis Austriacis, quando primo compareat. I. p. VI. olim non nisi latina erat. p. XIV.
- - - examinanda, an nomen Principis in *nominandi* vel *dandi* casu efferatur; ut sciamus, cui, & a quo nummus sit datus? II. 155. *a.*
Epitaphium MARGARITÆ *Austr.* quod ipsa sibi scripsit. I. 58. *b.* item WALLENSTEINII, Ducis Frid. II. 209. *a.*
Epocha obsidionis Wiennensis ex nummo ad diem 23. Sept. restituitur. II. 33. *a, b.* Itineris Belgici a MATHIA Archid. suscepti emendatur. 110. *b.*
Equites CXXII. Romæ a FRIDERICO *Placido* Imp. creati. I. 2. *a.*
Equo vectus in nummis comparuit MAXIMIL. I. quando profectio ad militarem expeditionem instituenda erat. I. 30. *b.* equusque eius varie ornatus & armatus fuit. 35. *a.*
ERICUS Brunswicensis MAXIMILIANUM I. Imp. certo vitæ discrimini eripuit. I. 29. *a.*
ERNESTUS *Ferreus*, pater FRIDERICI *Placidi*. I. 1. 4. *b.* 5. *a.* eius nummus iconicus restitutus. p. XXX. XXXII. & XLI.
ERNESTUS *A. A.* MAXIMIL. II. Imp. fil. eius breviarium vitæ. II. 105. nummi mnemonici & iconici. *ibid. a. seqq.* Styriam & subinde Belgium gubernavit. 106. *b.* iustitiæ & æquitatis symbolo honoratus. 107. *b.* obiit. an. 1595. d. 2. Febr. *ibid.*
ERNESTUS Præpositus Claustri Neoburgensis: eius nummus cum icone S. LEOPOLDI, & B. AGNETIS. I. p. XXV. primus is fuit, in numero suorum, qui gladium, iurisdictionis signum, Pontificalibus insigniis in nummis addidit. *ibid.* p. XXVI.
ETZA. pro *et cetera* in nummo CAROLI V. I. 70. *a.*
Eucharistiæ Sacramentum Bruxellis singulari cultu adoratur. I. 229. *a.*
EUROPA a IOVE abducta. I. 115. *a.*

F.

F. littera impositam habens coronam, *Ferdinandei* nominis figla, seu compendium. II. 27. & 33. *a.* 179. *a.*
F. littera per V. in nummis perperam expressa. II. 5. *b.*
Falsitas nummi detecta. I. 24. *b.*
FARNESII (*Alexandri*) Ducis Parmæ, laudes & nummus. I. 171. *a.* Belgis præfectus fuit. II. 106. *b.*
FARNESIUS (*Octavius*) maritus MARGARITÆ *ab Austr.* CAROLI V. Imp. fil. I. 118. eius numuni. *ib. a. seqq.*
Fasces securi carentes, clementiam denotant. I. 148. *b.*
Fascia Austriaca FRIDERICUM *Bellicosum* auctorem habet. I. p. XII. In nummis ante annum 1230. signata non fuit. p. XVI.
Fatum quid sit, ex principiis Christianis exponitur. II. 69. *b.*
Felicissimus & *Triumphator Augustus*, honoris titulus, CAROLO V. Imp. datus. I. 128. *a.*
FERDINANDUS I. Imp. PHILIP. *Pulchri* fil. Eius breviarium vitæ ex nummis. II. 1. In Hispania natus ac nutritus, ab avo materno primo heres scriptus erat: sed mutato consilio regna Hispaniæ CAROLO V. fratri obvenerunt. 3. *a. b. Principem Infantem Hispaniæ* se scripsit usque ad an. 1526. 4. *a.* eius nomen in nummis Germanicis primitus perperam scriptum. 5. *b. seq.* Anno 1521. Ducatus Wurtembergiæ Administrator. *ib. b.* ac Vicarius S. R. I. a fratre constitutus. 6. *a.* 8. *a.*

ANNAM LADISLAI R. Hung. fil. uxorem duxit. 7. *b. ſeqq.* inde Hungariæ ac Bohemiæ coronas adeptus. 9. *a.* in Hungaria IOANNES *de Zapolia*, FERDINANDI æmulus, Turcam evocavit, a quo Wienna 1529. obſeſſa eſt. 9. *b.* & 33. *a.* diuturnum bellum exinde ortum, quod quidem 1530. ſopitum, ſæpius tamen recruduit. 13. *a.* 16. *b.* 35. *a.* donec octennales induciæ 1562. pactæ ſunt. 19. *a.* Rex Romanorum 1531. Aquisgrani coronatur. I. 81. *b.* & II. 9. *b. ſeq.* ob quam ſolemnitatem etiam nummi populo ſparſi ſunt. I. 80. *a.* & II. 9. *b. ſeqq.* comitiis unacum Imperatore ſæpe interfuit. 7. *a.* 16. *a.* 21. *b.* 23. *b.* & fratrem Cæſarem in bello *Schmalkaldico* fideliter adiuvit. 15. *b.* 20. *a.* Eius virtutes commendantur. 11. *a.* Imperator electus 1558. 14. *a.* plerumque *Imperatoris electi* titulo uſus eſt. 18 *a.* 27. *a.* 30. *a.* 31. *a.* eius cauſſa. 27. *b.* formulam etiam: *Divina favente clementia elect. Rom. Imp.* adhibuit. 18. *a.* Demum aquilam bicipitem pro ſymbolo adſcivit. 15. *a.* cui quoque imaginem Crucifixi imprimi fecit. 14. *b.* 19. *a.* ob mortem ANNÆ, coniugis ſuæ, nummum ſignari fecit. 15. *b.* Anno 1558. *Wratislaviæ* cameram inſtituit. 67. *b.* & nummophylacii aulæ Cæſareæ conditor fuit. I. §. XXIII. Obiit die XXV. Iulii 1564. exequiis ob belli motus in annum ſequentem dilatis. II. 19. *b.* Nummi eius exequiales *ibid. a. b.* iconici & reſtituti. I. p. XXX. & XXXII. ac II. 20. *b. ſeqq.* in uno eorum titulo *Regis Siciliæ* mactatur. 20 *b.* comparet in nummis cum fratre CAROLO V. Imp. I. 90. *a.* 95. *b.* 96. *b.* item cum ANNA uxore. II. 21. *a. b.* cum MAXIMIL. I. & CAROLO V. Augg. 20. *b.* 22. 23. 24. 64. *b.* & 127. *b.* ac demum cum filio MAXIMIL. II. I. 96. *b.* & II. 48. *a.* 63. *a.* Eius unciales & monetæ. 26. *a. ſeqq.* nummus Würtembergicus. 6. *a.* in nummo IOANNÆ fil. ſuæ *Primus* ſcribitur, etſi orbis tunc *Secundum* nondum viderit. 43. *a. b.* Statuit, ut, ad exemplum MATHIÆ Regis, imago B. V. MARIÆ, in patronam aſſumptæ, in nummis Hungaricis conſervetur. 28 *a.* templum & cœnobium PP. Ord. *Prædicat.* Solymannica obſidione deſtructa reparavit. 224. *a.* SIGISMUNDO Archiduci nummum reſtituit. 32. *b.* an uſum calicis pro laicis in nummo teſtari voluerit? 36. *b. ſeq.* Eius proles fœmineæ in nummis. 38. *ſeqq.*

FERDINANDUS II. Imp. CAROLI *Græcenſis A. A.* fil. II. 174. eius vitæ breviarium *ibid.* Ingolſtadii litterarum cauſſa quinquennio commoratus erat. 176. *a.* inde redux primum a Styriæ, dein a Carinthiæ, Carniolæ ac Goritiæ, Ordinibus homagium ſumpſit. *ibid. a. ſeq.* Pro ſymbolo coronam delegit addito lemmate: LEGITIME CERTANTIBVS. 176. *a. b.* 179. *a. b.* 180. *b.* 181. *a.* 184. *a.* 188. *a.* 202. *a.* quod ſubin varie expreſſum. 180. *b. ſeq.* non ſine omine fuit. 181. *b.* A MATHIA Imp. Succeſſor in terras Auſtriacas declaratus, an. 1617. Bohemiæ. 178. *b.* an. inſecuto Hungariæ. 179. *a. b.* & an. 1619. Romanorum Rex IX. Sept. contra exſpectationem inauguratus fuit. 179. *b. ſeqq.* FRIDERICUM Comitem Palatinum & Elect. memorabili prœlio in *Monte Albo* prope Pragam vicit. 183. *a.* 189. *a. b. ſeq.* & ditione hereditaria ac dignitate Electorali exuit. 187. *b.* 188. *a.* quæ ſubinde in MAXIMILIANUM Ducem Bavariæ delata fuit. *ibid.* & 191. *a.* Eo regnante Briſacum obſeſſum & Alſatia devaſtata fuit. 209. *b. ſeqq.* unacum coniuge ſua ELEONORA coronationi Hungaricæ filii ſui FERD. III. interfuit. 231. *a.* Durante adhuc bello diem obiit. 175. Eius nummi unciales. 194. *a. b. ſeqq.* quos inter rariores ſunt ante annum 1620. cuſi. *ibid. a.* cum titulo *Archiducis Carinthiæ* apparent. *ib. b.* etiam communi Archiducum nomine ſignati. 196. *a.* Nummi aurei. 199. *a. ſeqq.* ac argentei. 200. *a. ſeq.* & in Sileſia cuſi. 201. *b. ſeqq.* Eius nummus reſtitutus. I. p. XXX. & XXXII. Nummi nuptiales. II. 177. *b.* 184. *b.* 192. *b.* ſoli comparatur. 186. *b.* comparet cum FERDINANDO I. Imp. & FERD. Archid. filio. 206. *b.* cum coniuge prima MARIA ANNA. 178. *a.* & ſecunda, ELEONORA. 184. *b. ſeq.* 189. *b.* 190. *b.* 192. *b.* ac cum ſeptem Electoribus. 188. *a.* 191. *a.* & cum fratribus LEOPOLDO V. & CAROLO *Poſthumo.* 193. *b.* Comitia Ratisbonam indixit. 187. *b. ſeqq.* 191. *b.* Adhuc Archidux an. 1613. monaſterium S. FRANCISCI *de obſervantia* in Clagenfurt. 205. *b.* ac ſibi ſuisque mauſoleum Græcii an. 1615. ædificavit. 178. *a.* Ibidem uxor eius MARIA ANNA condita. *ibid. b.* Templum ſub titulo MARIÆ DE VICTORIA ædificat. 189. *b. ſeq.* & collegium S. IESU, a FERD. I. erectum, ac in domum profeſſam commutatum, Academiæ Wienn. coniunxit. 206. *b.* Senatui Norimbergenſi poteſtatem fecit, in Academia Altorf. Doctores promovendi. *ibid. a.* WALLENSTEINIUM Comitatu Fridlandiæ, & Ducatu Megapolitano donavit. 208. *a.* Wiennæ venationem inſtituit. 182. *b.* Eius proles. 210. *ſeqq.*

FERDINANDUS III. Imp. eius vitæ breviarium. II. 219. nummi. 221. *a. ſeqq.* Rex Hungariæ an. 1625. coronatus. 221. *a.* ſingulare pietatis erga parentes teſtimonium dedit. *ibid. b.* Pro ſymbolo trutinam bilancem delegit cum lemmate: PIETATE ET IUSTITIA. *ibid. a. ſeqq.* quod & factus an. 1626. Bohemiæ. 222. *a.* & 1636. Rom. Rex. 226. *a.* immo & Imperator, conſtanter ſervavit. 227. *a. b.* quamvis alio modo uſus ſit. 226. *a.* 227. *a. ſeqq.* ita etiam emblematice exprimitur. 226. *b.* ac eleganter ad id adluditur. 245. *b.* Patribus Ord. Prædicatorum templum novum, pro felici regimine votum, an. 1630. Wiennæ conſtruxit. 224. *a.* ac Templi S. I. Fluminenſis primum lapidem ponit. 228. *a.* Supremus Cæſarei exercitus Dux, capta Ratisbona, Suecos 1634. ad Nordlingam memorabili prœlio vicit. 225. *a.* Matrimonia tria iniit. 220. primum cum MARIA, PHILIP. III. R. Hiſp. fil. 224. *b. ſeq.* quæ ei an. 1631. FERDINANDUM FRANCISCUM genuit. *ib.* ſecundum cum MARIA LEOPOLDINA, LEOPOLDI V. *A. A.* fil. 229. *b.* quæ anno inſecuto iterum obiit. *ibid.* ac tertium cum ELEONORA, CAROLI III. Mant. Duc. fil. 230. *a.* 232. *b.* 234. *a.* Comitia Ratisbonæ an. 1641. celebravit. 229. *a.* B. V. MARIAM in Patronam Domus Auſtr. elegit, poſita ei ſtatua, immaculatam conceptionem referente. 237. *a. Magni* elogio mactatur. 243. *b.* ſub eo Magdeburgum reſtauratum. 246. *b.* MARIAM, WILHELMI March. Bad. fil. e S. fonte baptiſm. levat. 241. *b.* Briſaci commoratur. *ibid.* Edictum de pace publica quandonam emanaverit? 245. *b.* eius annus emortualis. 234. *a.* Nummi eius miſſiles. 221. *a. b.* 226. *a.* mnemonici & iconici. *ibid.* & 231. *a.* torevma nummi forma. 232. *b.* qualibus nummis pro honorariis ſit uſus? 228. *a.* nummi aurei. 233. *a. ſeqq.* in Bohemia. *ib. a.* & Auſtria ſignati. *ibid. b.* unciales item. 234. *a.* rariores. *ibid. b.* qui eo regnante primi in Hung. cuſi ſint? 235. *a.* qui in Carinthia? 238. *a.* vexatiſſimus cum

cum ſiglis I. K. E. M. exponitur. 235. *a.* Sileſiacus 237. *b.* 239. *a. ſeqq.* Auguſtani quingentos nummos aureos eidem obtulerunt 252. *a.* Comparet cum ſuis Augg. anteceſſoribus. 231. *b.* item cum LEOPOLDO V. FERD. I. & II. 223. *b.* cum ſuis parentibus. 231. *a.* ac cum patre ſolo. 228. *a.* nec non cum uxoribus. 224. *b.* 229. *a.* 234. *a.* & filio FERD. IV. 251. *b.* quem coronatum iam R. Rom. an. 1654. amiſit. 235. *a.* Eius proles. 247. *ſeqq.*

FERDINANDUS IV. R. Rom. eius vitæ breviarium. II. 247. coronatur in Regem Bohemiæ. 248. *a. b.* dein Hungariæ. 249. *a.* ac demum Romanorum. *ibid. b.* 250. *a. b.* 251. *a.* qua occaſione nummi varii ex auro & argento ſparſi ſunt. *ibid.* quorum tamen nullus ultra binos appenderet *ducatos.* 250. *a.* Electio eius Auguſtæ Vindelic. facta. 252. *a.* ſymbolum eius. 248. *a. ſeqq.* exponitur. *ibid. b.* ad illud exprimendum aquila bicipiti non incongrue utitur. 251. *a.* mors. 237. *a.* 251. *b.* eandem ſtella prænuntiat. 235. *b.* cum patre in nummo ſiſtitur. 251. *b.*

FERDINANDUS, dictus *Tyrolenſis*, FERDIN. I. Imp. fil. eius vitæ breviarium. II. 68. eius ſymbol. 69. *a.* lemma: VINCIT POTENTIA FATI, exponitur. *ibid. b.* eius nummi emblematici. *ibid. a. b. ſeqq.* Annos undeviginti natus rei militaris tirociniis poſitis: dein duabus contra Turcas expeditionibus Herois inſignia meruit. 71. *a.* Eius nummi unciales. *ibid. b. ſeqq.* unus horum inſignia Imperii continet. 72. *a.* duo aquilam *Tyrolenſem*, laurea corona redimitam ſiſtunt. 73. *a.* officinam monetariam Oeniponti conſtituit, opus miræ celeritatis. *ibid. b.* eius monetæ. *ibid.* & 74. *a. b.* uxores duas duxit, PHILIPPINAM WELSERIAM, & ANNAM CATHARINAM *Gonzagam.* 68. harum nummi. 74. 75. proles ex prima uxore. 75. *a.* ex altera. *ibid. b.* anno 1695. ſummus Chriſtiani exercitus Imperator deſignatus, Oeniponti obit. 68.

FERDINANDUS, PHILIP. III. R. Hiſp. fil. Cardinalis & Belgii Gubernator, eius vitæ breviarium I. 203. nummi. 205. *a. ſeq.* cum ISABELLA CLARA EUGENIA Belg. Gubern. in nummo ſignatus. *ib. a.* Victoriam, a Cæſareanis ad Nordlingam de Suecis reportatam, plurimum promovit. 206. *a.* aliasque victorias adeptus eſt. *ibid. b.* 213. *a.*

FERDINANDUS CAROLUS, LEOPOLDI V. *A. A.* fil. II. 167. eius vitæ breviarium. *ibid.* nummi 168. *a. b.* unciales & monetæ. 169. *b.* ANNA *Medicea*, uxor eius, in flore ætatis ſine maſcula prole de vita deceſſit. 167.

FERDINANDUS *Gonzaga* maritus ISABELLÆ *Capuanæ*. II. 49. *b.*

Fidei defenſatrix: titulus MARIÆ *Anglicæ*, PHILIPPI II. R. Hiſp. uxori datus. I. 135. *b.*

Fidei defenſoris titulo uſus eſt PHILIP. II. R. Hiſp. etiam poſt mortem uxoris, & unde ſit ortus? I. 169. *a.* quo titulo etiam mactatur PHILIP. III. in nummis Neapolitanis. 199. *a.* qui Angliæ Regibus proprius erat. *ibid. b.* Vid. etiam in voce *defenſor.*

FISCHER (I. B.) ſcalptor monetalis. I. 240. *a.*

Fiſſuræ in nummis a ruptura typi vel negligentia ſcalptorum proveniunt. II. 11. *b.*

Flandrenſes, ex Flandria acciti monetarii, Wiennenſi civitate donati & privilegiis aucti ſunt. I. p. II. eorum iura & immunitates. p. III. Hauſgenoſſen. *ibid.* & latine Conſortes adpellati ſunt. p. XIV. nummos ſuos olim arbitrariis ſignis diſtinxerunt. p. IV.

Flandrenſes contra MAXIMILIANUM I. Imp. bellum civile excitarunt. 26. *a.*

Flinderlen, nomen a Flandrenſibus ductum, Auſtriacis minorem bracteolam ſignificat. I. p. VIII.

Florentini monetarii an etiam in Auſtriam ſint adſciti? I. p. VI. *ſeq.* iconem S. IOANNIS BAPT. in ſignandis nummis ad ceteras gentes propagarunt. p. XI.

Florenus æquipollebat talento, ſeu libræ denariorum. I. p. VII.

Flores & laquei in nummis MARGARITÆ *Auſtr.* I. 57. *a.* 59. *b.* 60. *a.*

Fluminenſe Collegium S. I. decimis & vectigalibus auctum, templique eius primus lapis poſitus. II. 228. *a.*

F. M. monogramma nomin. FERD. III. Imp. & uxoris MARIÆ. II. 225. *b.*

Formæ nummariæ diverſæ coniunctæ. II. 227. *b.*

Fortitudinis bellicæ ſymbola. II. 137. *b.*

Fortunæ ſymbolum. II. 138. *b.* 147. *a.* qua ratione in nummis Principum Chriſtianorum exponenda ſit? *ib. b.*

Fortuna ſine alis, ſtabilitatis ſignum eſt. II. 9. *b.*

Franciæ Regem ſe ſcripſit PHILIP. II. R. Hiſp. I. 138. *a.*

FRANCISCI I. Aug. Imp. flagrans rei numiſmaticæ ſtudium laudatur. I. §. XVIII.

FRANCISCUS *de Medices* Mag. Dux Etrur. maritus IOANNÆ, FERD. I. Imp. fil. II. 43. *a.* eius nummi. *ibid.*

Francorum & Helvetorum domitor CAROLUS V. Imp dictus. I. 73. *b.*

Frenum, *rationis* ſymbolum. I. 193. *b.*

FRIDERICUS *Bellicoſus* Dux Auſt. *Faſciæ Auſtriacæ* auctor. I. p. XII.

FRIDERICUS *Pulcher*, Dux Auſt. I. p. XL.

FRIDERICUS *Placidus* Imp. Eius vitæ breviarium. I. 1. ELEONORAM *Luſitanam* uxorem duxit. *ibid.* Rom. Rex electus Romam profectus eſt. 2. *b.* ubi a S. P. NICOLAO V. coronatur. 6. *b.* & CXXII. equites creavit. 2. *b. Tertius* appellari voluit, quamvis *Quartus* 8. *b.* & *Quintus* audiat. *ibid.* Pro ſymbolo habuit litteras vocales A E I O U. 8. *b. ſeq.* 10. *a. b.* totius orbis imperium ſibi poſtulabat. 45. *a.* MAXIMILIANUM I. in Regem. Rom. coronari fecit. 4. *a. b.* Ordinem aurei velleris a PHILIPPO *Pulchro* aſſumpſit. 7. *b.* Duces Auſtriæ titulo *Archiducum* honorari iuſſit. p. XLVI. *in not.* 2. Lincii occubuit. 5. *a. b.* eius ſepultura. *ibid. b.* eius nummi exequiales. *ibid. ſeqq.* nummus reſtitutus. p. XXX. & XXXII. item cum icone S. HENRICI. 9. *a.* & S. IOAN. BAPT. *ibid. b.* nummi reliqui. 2. *a.* 9. *a.* monetæ. 9. *a.* 13. *b.* torquem *ſocietatis* cum ſtola candida geſtat. 4. *b. ſeq.* comparet cum filio MAXIMIL. 4. *a.* 38. *b.* item cum eodem MAXIL. I. CAROLO V. & FERD. I. II. 24. *b.* cum RUDOLPHO II. Impp. 96. *a.*

FRIDERICI II. Epiſc. Baſileenſis moneta cum icone B. V. MARIÆ. I. p. XLII.

FRIDERICUS III. *Sapiens* Elect. Saxoniæ, Vicarius Imperii & locum-tenens Generalis a MAXIMILIANO I. Imp. declaratus in nummo comparet. I. 28. *a.*

FRIDERICUS AUGUSTUS Saxo. eius nummus in cunis conſecratus percenſetur. I. 25. *b.*

FRIDERICUS *Palatinus* a rebellibus Bohemis Rex coronatur. II. 180. *a.* 183. *b.* A FERD. II. Imp. prœlio in *Monte albo* prope Pragam victus. 183. *a.* & ditione hereditaria ac dignitate Electorali exutus fuit. 187. *b.* 188. *a.*

Frondes, ſtriæ & ſtellæ, in nummis ornatus gratia adpoſitæ. I. 12. *b.*

Fulmen ſymbolum *ſtrenui Belliducis.* I. 190. *a.*

INDEX III.

Fundator quietis. Laus CAROLO V. datus. I. 79. *a.* similes formulas veteris suis heroibus tribuerunt. *ibid. b.*

G.

G. littera urbem *Gloggovium* indicat. II. 202. *b.*
Galli post obitum PHILIP. IV. R. Hisp. ius devolutionis Brabantinum in Belgio exercuerunt. I. 228. & 232. *a.* 236. *a.*
GANSII Gynæceum notatur in MARIA & MAGDALENA filiabus FERD. I. Imp. II. 41. *b.*
de GASTRIGLIO Comes, Prorex Neapolitanus sub PHILIP. IV. R. Hisp. I. 226. *b.*
Gazæ nummorum Austriacorum. vid. *Nummophylacium.*
Genealogia Austriaca, stirpis Habsburgicæ, in tabulis *Heræanis* expositа censetur. I. §. XX. *seq.* eadem nummis expressa. §. XXV. & in numismate alchymistico p. XXVI. *seqq.* ac in alia theca numismatica. p. XXX. *seqq.*
Genius a genendo dictus, Deus tutelaris, & præses nativitatis. I. 197. *a.* eos RUDOLPHUS IV. primus in sigillis adhibuit. p. XLI.
S. GEORGII icon. I. 61. *b.* 187. *b.*
GEORGIUS *ab Austria*, MAXIMIL. I. nothus. eius vitæ breviarium. I. 57. eius duo nummi unciales. 61. *b. seq.* factus Episc. Leodiensis Dux Bullonii & Comes Lossensis scribitur. *ibid.*
Germani usum cudendæ monetæ sero assumpserunt. I. p. 1. sed Romana & Byzantina pecunia usi sunt. *ibid.*
Germanicus: titulus hic CAROLO V. Imp. ob victos in Germania Protestantes datus. I. 88. *a.* 89. *a.* 90. *b.*
Gheusii in Belgio orti, unde nomen traxerint? I. 146. *a.* eorum signum. 147. *a.*
Gladii in scuto *Saxonico*, qua ratione sint locati? II. 36. *a.*
Gladium & pileum consecratum a LEONE Summo Pontif. MAXIMIL. I. Imp. obtinuit. I. 46. *a.* item MAXIMIL. Dux Bav. similiter gladio consecrato a PAULO V. S. P. donatus est. II. 189. *b.*
Gladius, *iurisdictionis* symbolum, Pontificalibus insignibus additus. I. p. XXVI.
- - - *regentium* insigne dextrum in nummis locum occupat: sed in nummis MAXIM. II. R. Rom. sinistrum tenet. II. 53. *b.*
- - - *tuendæ* ditionis signum. II. 26. *b.*
Globus *providentiæ & summæ potestatis* symbolum. I. 148. *a.*
de GONZAGA *Ferdinand.* vid. FERD. *Gonzaga.*
de GONZAGA *Guilielmus*, Mantuæ Dux, vid. GUILIELMUS *Gonzaga.*
Goritiæ nummi quando primo signati sint? I. p. VIII. eius Comitatus symbolum. p. LI. & insignia. 50. *b.*
Gothicæ litteræ quousque in usu fuerint. I. 53. *a.*
Gothicæ & Romanæ litteræ in uno nummo. I. 70. *a.*
Græcensis moneta imperante FRIDERICO *Placido* cusa. I. 10. *a.*
GREGORIA MAXIMILIANA, CAROLI *Styrensis* fil. PHILIP. III. R. Hisp. desponsata, in flore ætatis obiit. II. 151. *b.*
Grossi, nummorum species, unde nomen trahat. I. p. XLVII. omnes sunt *solidi*, sed non vice versa omnes *solidi* sunt grossi. *ib.* Pragenses XX. & XLVII. Tyrolenses. XLVII. *seq.* Carinthiæ. XXII. Inde orti floreni *gulden-groschen*, unciales *imperiales.* p. XLVIII.
- - - SIGISMUNDI *A. A.* Com. Tyrol. p. LI.
Grossus CAROLI V. pendens quinque drachmas. I. 102. *b. seq.*
Grossorum medii & recentioris ævi Collectores Eruditi Lipsienses commendantur. I. §. IX. emendantur. II. 239. *b.* 241. *b.*
GRUBER (Leop. S. I.) nummos Augg. CAROLI VI. & ELISABETHÆ CHRISTINÆ edidit. §. XII.
Grus, avis, lapidem sustinens, curæ ac vigilantiæ symbolum. II. 113. *b.* 114. *a. b.* 121. *a.* 233. *b.* habetur etiam pro signo officinæ monetariæ in Austria. 233. *b.*
Gryphi alati, telamonum vices obeuntes, in nummo MAXIMIL. I. Imp. I. 36. *b.*
GUILIELMUS Dux Iuliæ Cliviæ & Montium, MARIÆ, FERDIN. I. Imp. fil. maritus. II. 35. eius nummus. 41. *a.*
GUILIELMUS *Gonzaga*, Mantuæ Dux, maritus ELEONORÆ, FERDIN. I. Imp. fil. II. 39. eius nummi. 42. *b.* pater ANNÆ CATHARINÆ, uxoris secundæ FERDIN. Tyrol. 68.
GUISIUS (*Henr.*) Dux. eius nummus. I. 225. *b. seq.* fata. 226. *a.* 227. *a.* an Adonidi sit comparatus. *ib.*
GUNTRAMI I. Com. nummus iconicus restitutus. I. p. XXIX. cognominis ordine secundus. *ib.* & XXXII.

H.

HANSIZIUS (Marcus S. I.) cum laude citatur. I. p. XIV.
Hasta potentiam & fortitudinem bellicam denotat. I. 148. *b.* II. 158. *a. b.*
HANTHALERUS (*Chrysostomus*) eius specimen nummorum Wiennensium laudatur. I. §. XIV. citatur. p. III. VII. XIII. XVI. XVIII. XX. & XXIV. commendatur. II. 9. *a.* 14. *a.* corrigitur. I. p. LIV. notatur. p. IV. VI. XII. & 12. *a. b.* 33. *b.* 50. *b.* ac II. 5. *a.* eius nummus Austriacus, MATHIÆ *Corvino* tributus, reiicitur. I. p. XXXV. *seq.*
Hausgenossen dicti monetarii Flandrenses. I. p. III. latine *consortes* nominati. *ib.* p. IV.
H. B. & H. R. *Hartbergam*, Styriæ urbem monetalem, denotant. I. 49. *a.*
HELENA, FERD. I. Imp. fil. sacrum Ordinem ingressa. II. 38.
Heliotropium *coniugii* emblema. II. 230. *b.*
Heller, obuli iussu Regum Bohemiæ cusi. II. 67. *b.*
S. HENRICI Imp. icon in nummis FRIDER. *Placid.* I. 9. *a.*
HENRICO II. R. Franc. comparatur CAROLUS V. Imp. I. 127. *a.*
HENRICO VIII. Angliæ Regi MAXIMIL. Imp. in obsidione auxilia tulit. I. 31. *b.*
HERÆI (Carol. Gustav.) merita & laudes. I. §. XIII. eius tab. numismat. percensentur. §. XV. harum vero scalptor notatur. §. XVI. Zodiaci signis nummos distinxit. §. XVII. sed non semper accurate annorum ordinem secutus est. *ib.* eius tabulæ plenius expenduntur. §. XVIII. illarum series ac ordo. §. XIX. *seqq.* tres edidit tabulas numismaticas genealogiæ domus Austr. §. XX. citatur. II. 126. *a.* notatur. I. 58. *a.* 74. *b.* 75. *a.* licentia in coniungendis diversis typis nummorum. 232. *b.*
HERCULES a virtute & voluptate tentatus. I. 132. *a.* ATLANTEM onere sublevat. 136. *a.* cum ANTÆO luctans. 164. *a.* eius columnæ coronatæ, in mari consistentes, symbolum sunt CAROLI V. Imp. 69. *b.* 71. *b.* 73. *a.* 79. *a.* 84. *a.* 106. *b.* sunt colligatæ in nummo PHILIP. IV. R. Hispaniæ. 221. *a.* & HERCULES infans, serpentem com-

INDEX III.

comprimens, pro eius ſymbolo adducitur. 208. *b.*

HERMANI Marchionis Bad. nummus cum inſignibus propriæ & Domus Auſtr. I. p. XX.

HETOBERTUS Com. eius nummus iconicus reſtitutus. I. p. XXIX. & XXXII.

HEUTERUS (Pont.) notatur. I. 69. *a. b.*

H. F. ſiglæ cælatoris. II. 251. *a. b.*

Hildesheimenſes a CAROLO V. Imp. inſignia imperii acceperunt. I. 128. *a.*

Hiſpana vidua ad ſecunda vota non tranſit. I. 234. *a.*

Hiſpaniarum regna, cur plurali numero efferantur? I. 166. *b.* eorum inſignia. 54. *a. b.* monetæ. 100. *b.* 201. *b.*

Hiſpaniæ Rex ſe *utriusque orbis regentem* ſcripſit. I. 159. *b.* Hiſp. Reges a quo tempore titulum *Catholici* ſuſceperint. 248. *a.* eorum filii *infantes*, ſed primo loco natus *Princeps Infans* ſcribitur. II. 3. *b.* 4. *a.*

- - - Regis titulus PHILIP. IV. etiam in monetis Neapolitanis tribuitur. I. 223. *a.*

HOFFMANNUS (Abraham) notatur in tribuendo nummo RUDOLPHO I. R. Rom. I. p. XXXVI.

Homagium Archiducibus heredibus, etſi annis adhuc minores fuerint, præſtitum eſt. II. 168. *a.*

Hoſtiæ ſacræ tres Bruxellis adſervatæ. I. 228. *b.*

H. R. ſiglæ monetarii. II. 154. *a.*

H. R. M. ſiglæ in nummo emblematico exponuntur. II. 169. *a.*

HUEBERI (Philib.) locus de valore monetæ Auſtr. adducitur. I. p. VII.

HUNFRIDI Com. nummus iconicus reſtitutus. I. p. XXIX. & XXXII.

